UVA MISC. SC 05826 (1)

BIBLIOTECA
DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.
Estante n.º
Tabla
Número

Sr. Toledo

Del Collegio della Comp.a de Ihs.

de Baltù. de S. Ambrosio

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ALEXANDRI
APHRODISIENSIS
PERIPATETICI DOCTISSIMI,
QVAESTIONES NATVRALES ET MORALES
ET DE FATO,

HIERONYMO BAGOLINO VERONENSI PATRE, ET

Ioanne Baptiſta filio interpretibus.

De Anima, lib. primus, Hieronymo Donato patritio Veneto interprete:

De anima liber ſecundus vnà cum commentario de Miſtione, recens uerſi.

Angelo Caninio Anglarienſi interprete.

Omnia accuratiſsimè nunc in lucem eduntur.

Es de la Biblioteca de la Real Universidad de Valladolid.

Esta expurgado por comiſsion del Sr. D. N. segun el expurgatorio de 1640
Hrs.
Don Diego Valladares

Ne quis hunc uſquam alius ſuæ ditionis locorum impune librum imprimat, alibiue impreſſum uendat, & Pontificis Maximi, & Veneti Senatus Illuſtriſsimi Decreto cautum eſt.

VENETIIS
Apud Hieronymum Scotum.

M. D XLVI.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

CAPITA PRIMI LIBRI.

Per quę quis conſtituat primam cauſam ſecundum Ariſtotelem.	Cap. primum.
De colore quædam.	Cap. ſecundum.
Quorum ſunt definitiones.	Cap. tertium.
Annotatio in dialogo de hoc, ſi omnia fato fierènt, auferri poſsibile, & contingens.	Cap. quartum.
Quamobrem augmentatio ſecundum formam ſolum, non autem etiam ſecundum materiam.	Cap. quintum.
Cur ſi magis aqua per frigidum, q̃ per humidum, eius quidem mutatio ex frigido in calidum non corrumpit ipſam, ex humido uero in ſolidum corrumpit.	Cap. ſextum.
Quo pacto, non ſunt contraria magnum, & paruum, cum mutatio quidem ſit in contraria, quod autem augetur, & minuitur in hoc mutatur.	Cap. ſeptimum.
Ad id, quo'd non ſit forma in materia, ut in ſubiecto.	Cap. octauum.
Cur non bonę habitudini ægritudo potius q̃ mala opponitur habitudo.	Cap. nonum.
Quo pacto, ſi quatuor ſunt cauſæ, non erit & in diuinis corporibus ſubiectum ipſa materia.	Cap. decimum.
Quomodo dictum ſit in primo de Anima, Animal enim uniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius.	Cap. vndecimum.
Quo pacto poſsibile eſt ſimul eundem uoluptate, & dolore affici, ſi contraria hæc.	Cap. duodecimum.
Quo'd non eodem modo, & ſecundum alias ſectas, & ſecundum Epicurum introducuntur colores, ut dicebat Cenſorinus Academicus.	Cap. decimumtertium.
Quo'd ſecundum quos ſolum honeſtum bonum eſt, nullum Dii hominibus præbent bonum.	Cap. decimumqwartum.
Quo'd ſi eadem materia & in Diuinis, erunt et illa corruptibilia.	Cap. decimumquintum.
Expoſitio textus dicti in primo Phyſicæ auſcultatiõis Ariſtotelis, de eo quo'd contraria omnes quodammodo principia faciunt.	Cap. decimumſextum.
Quo'd non ſit forma in materia, ut in ſubiecto.	Cap. decimumſeptimum.
Quo'd non poſsibile eſt mundum eſſe Dei uoluntate incorruptibilem, ſi ſui natura corruptibilis ſit.	Cap. decimumoctauum.
Quomodo eadem potentia ſimul contrariorum eſſe dicitur.	Cap. decimumnonum.
Quamobrem æſtate ſumus ſomnolentiores, ſi ſomnus eſt propter connati nobis calidi ad intra retroceſſionem.	Cap. vigeſimum.
In quo prædicamento ſit motus.	Cap. vigeſimumprimum.
An, quod mouetur ſuper aliquo ſecũdũ priorẽ eius partẽ prius moueatur.	Cap. vigeſimumſecundum
Cur, ſi corruptibilis eſt terra, non cõtingit ipſam et ſimul qñq; corruptã iri.	Cap. vigeſimumtertium.
Expoſitio textus ex primo Phyſicæ auſcultationis Ariſtotelis, in fine dicti, per quem dicit, inuentam materiam ſoluere etiã antiquorũ dubitationes.	Cap. vigeſimumquartum.
Quædam conferentia ad ea, quę de prouidentia.	Cap. vigeſimumquintum.
Quomodo forma in materia, per ſe ne, an per accidens.	Cap. vigeſimumſextum.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDO
DOMINO BERNARDO SALVIATO
PRIORI ROMANO DIGNISSIMO,

Angelus Caninius Anglarienſis S. P. D.

SVPERIORIBVS *diebus quorundam meorum amicorum hortatu Alexandri Aphrodiſienſis ſecundum librum de Anima vnà cum libello de Miſtione in latinam linguam conuerti. Qui meorum ſtudiorum primus fructus in publicum emerſit. Verùm, cum vt conſuetudinem, quę in edendis libris paſſim ab omnibus ſeruatur, ut ſub alicuius viri illuſtris auſpiciis in lucem exeant, ſequerer: tum vt patronum huic meo labori, licet exiguo, pararem, mecum ipſe reputabam animo, quem his meis rationibus accommodatum inuenire poſſem: Cum tu Vir clariſſime occurriſti(etſi tibi fortaſſe ignotus ſum, tua tamen illuſtria geſta mihi, ut omnibus aliis hominibus luce clariora ob oculos uerſantur) Tu ſolus inquam occurriſti, qui et hoc munere digniſſimus, et ad id præſtandum aptiſſimus eſſes. Non ſum enim neſcius quantum per te auctoritatis, quantum exiſtimationis liber is apud omneis habiturus ſit. Omnes quippe inuidorum et maleuolorum morſus tua auctoritas, tuumq; celeberrimum nomen retundet. Quis enim eſt, qui tuæ familię nobilitatem, tuorumq; maiorum uirtutes, tua demùm clariſſima geſta ignoret? Quis rei bellicæ arteis, quis omnia στρατηγήματα melius explorata habet? Naualium præliorum peritiam, in qua ſumma cum laude excellis, quòd omnibus id notiſſimum ſit, prætereo. Quæ omnia cum in te eximia ſint, rei militaris acrimoniam philoſophiæ lenitate temperare voluiſti. Id quod à te, vt alia omnia, ſapientiſſimè factum eſt. Felicisſimè itaq; philoſopharis, bonasq; literas non græcas minus quàm latinas, quod perrarum eſt, optimè tenes, ut omnium bonorum ἀποπλήρωσιν conſequaris. Sed ſi tuas laudes oratione perſequi uellem, et eloquentia maiore, et tempore longiore opus eſſet. Quanq; nec mea, nec alterius commendatione indigeant, cum omnibus perſpicuæ ſint, ſuaq; luce præfulgeant. Accipe igitur Vir Illuſtriſſime hilari vultu hoc tenue munus, quod mei ingenii uires elaborare potuerunt, meq; in tuorum clientium numero repone. Vale.*

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

IOANNES BAPTISTA BAGOLINVS

VERONENSIS, HIERONYMI FILIVS

VINCENTIO MADIO BRIXIANO

PHILOSOPHO S. P. D.

MAGNAM *esse uim propinquitatis, & similitudinis animorum, rerumq; omnium, sicut ante sentiebam, sapiētissime, idemq; mihi amicissime Vincenti: ita nunc ea ipsa vi factum est, cum Aphrodisiensis Alexandri naturales, & morales Quæstiones à patre olim inchoatas, à me nuper in latinum plene conuersas emissurus essem, vt eas in nomine emitterem tuo: nempe pro tuorum cum scriptis Alexandri consensu dictorum, pro nostrarum coniunctione voluntatum. Cum enim eodem tempore & te audirem, & Alexandro operam vertendo darem, magnis in rebus, difficilimisq; in philosophia locis illæ mihi ipsæ sententiæ, eadem inuenta vtriusq; videbātur: siue quod ex te idem ipse sentires: vt acute soles, & perspicue iudicare, non temere: siue quod Alexandrum legisses accurate, vt uersaris in ueteribus Græcis omnibus magnis viris illis, non Philosopho quouis inepto: siue quod vtrunq;, et, cum optime sentires, placeret Alexander tibi: & cum Alexandrum studiose legeres, optima quæq; ex illo depromeres. neque id mihi modo, sed permultis alijs etiam, ijsq; doctis tuis auditoribus cum tua summa laude uidebatur. Nostra autem coniunctio, Vincenti, non vulgaris. primum enim apud patrem meum, dum viueret, non tu discipulus modo, sed penè filius, quod tu assidue prædicas: illo deinde mortuo, non tu magister modo meus in doctrinis, sed actionibus, uita: quod ego testor: cum tu non in contemplando solum, uerumetiam agendis in rebus consilio valeas, atq; prudentia. tum vero ijdem mores, eadem fortuna, eædem res inter nos omnes. ea prætereo, quę magnam vim habent, quibus tam multa sæpe tribuimus, nobilitatem, opes, potentiam: quæ, sicut ea sunt apud te, vt eorum causa in amplissimo honore esse posses, ac mihi, & amicis cum splendore patent honestis: ita ab illustrioribus tuis ornamentis obscurantur, virtus autem ea tua est, vt tibi vel ipsa sola in primis deuinctus esse possim: quę etiam ipsa quam plurimas magnorum hominum amicitias tibi conciliauit. quibus ego te pro rebus omnibus cum amem, obseruo etiam uehementer, te vtor cum reuerentia familiariter: cum mihi, quæ tua est humanitas, fraterno in amore mirifice respondeas, idq; tribuas, quod ego mihi sumere nunquam ausim. Itaq; tum pro nostra coniunctione, tum pro tua cum Alexandro, vt ita dicam, identitate, re postulante, inclinante animo, opus quadam ex parte meum, Alexandrum tuum tibi reddidi. Idq; eo etiam libentius feci, quod, cum studio seruirem in te meo, amicitiam etiam nostram ipsam, qua ego delectari in primis, & gloriari soleo, hoc facto peruulgabam meo: & Alexandrum ipsum, pro tuo inter horum temporum philosophos nominis splendore, & loci, quem obtines, dignitate illustrabam. addo etiam nonnihil merito, quod res tuo magna ex parte suscepta consilio, magna tibi debebatur ex parte. Alexander autem, optime nosti, quam corruptus gręce circunferretur: admirabilis auctor in philosophia, miserabilem in modum mendosus. sed vt scis, veteribus adhibitis manu scriptis exemplaribus græcis multo melioribus, locis collatis vel in Alexandro ipso, vel Themistio, Ioanne Grammatico, Simplicio, Aristotele plurimum, mea summa industria, doctis consulendis, et te in primis, Vincenti, effeci, vt plurimis in locis antea obscurum, nunc clarum fecerim Alexandrum: quantum eius propria breuitas, obscura. & concisa quædam oratio hactenus à me fieri diluci dior potuit. qua in re ita me intra latinę linguæ terminos constitui, vt Alexandri sententias conseruarem in magna difficultate. Multo certe melior à me nunc latinus exit Alexander, quam græcus habeatur: res, vt ita dicam, tua amoris nostri pignus, labor hic meus, quicunq; est, in publicam philosophantium utilitatem. Quod tu factum meum cum probaris, probatum omnibus pro tua et in rebus iudicandis inielligentia, et apud omnes auctoritate putabo. Vale.*

Alexandri

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ALEXANDRI APHRODISIENSIS
NATVRALIVM ANNOTATIONVM, DIFFICVLTATVM, ET SOLVTIONVM, LIBER PRIMVS.

PER QVAE QVIS CONSTITVAT *primam causam secundum Aristotelem.*

CAPVT PRIMVM.

SI SVBSTANTIAE omnes sunt corruptibiles, erunt omnia corruptibilia: alia enim à substantia separari non possunt: sed non sunt omnia corruptibilia: nec substantię omnes corruptibiles. non sunt autem omnia corruptibilia, quia impossibile est motum esse corruptibilem, est enim æternus. si enim genitus esset, cum omne quod generatur, ab aliquo, & ex aliquo generetur, essent utiq; & illa, ex quibus motus. Sed siquidem ita se haberet, ut neq; quod agit, neq; quod patitur, ut illud quidem pati posset, hoc uero agere, indigeret mutatione aliqua iam esset utiq; & motus, non autem fieret. Si autem esset aliquid illa impediés, oporteret motum aliquem factum iri, ut hoc quidem agere, illud uero pati, & fieri motum ex ipsis. hoc autem pacto necesse erit, antequam fiat motus, esse motum non genitum. atqui motus est in eo quod mouetur: quare & æternus in eo quod mouetur æterne: impossibile enim est aliquid æterno motu moueri, nisi sit ęternum. Nam si quis dicat motum esse ęternum, quia ipsum ex alio in aliud succedat corpus: primum quidem non faciet motum continuum, & unum: motus enim cõtinuus est, cum est unum id, quod ipso mouetur. insuper possibile erit deficere motũ, nisi aliquod aliud, quod sit æternum, ordinatæ, & terminatæ, eorum quę mouentur, successionis causa sit, ęternum corpus, quod æterno tempore moueatur: atqui æternus, & continuus est solus motũ circularis latio: igitur id, quod eo mouetur est ęternum. Est quoq; hoc inter corpora optimum: æternum enim non ęternis melius. Id etiam, quod primo omnium mouetur, & animatum: optimum enim ex corporibus animatum: est enim melius animatum corpus inanimato: at circulo uersatile corpus optimum, quare & animatum: quod enim est oĩum corporũ optimũ, aĩatum est: circulo uero uersatile corpus huiusmodi est. At uero omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur: igitur & quod per animam mouetur, omne ab aliquo. Si uero quod per anima mouetur, ex impulsu mouetur: impulsus autem est ex alicuius desiderio: itaq; & si etiã ęternũ sit corpus, ex impulsu & desiderio alicuius mouebit. Si autem est quod ex impulsu, & desiderio mouetur, necesse est aliquid esse, quod desiderans hoc, mouetur ęterno motu, quod & ipsum æternum sit & actu: omne enim, quod uim habet mouendi aliquid, actu aliquid existens mouet: & quod semper, & continue mouet, semper idem erit actu, & expers omnino potentiæ erit: si enim erit potentia, poterit utiq; & motus corruptum iri, cum non fit actu quod ipso motu mouebit. Quinetiam illud erit immobile: si enim & hoc mouebit, cum moueatur, indigebit & hoc rursus aliquo alio mouente. Sed si immobile incorporeum: omne enim corpus, qua corpus, mobile. erit igitur substantia aliqua ęterna, simplex, & immobilis, actus existens corporis circulo uersatilis, ęterni, atq; continui motus. Mouebitur autem ab ipso diuinum corpus, eò q; ipsum intelligat, appetatq;, & desideret ei simile fieri: omne enim, quod mouetur ab immobili aliquo separato, hoc modo mouetur. Monstratio est per resolutionem: impossibile est enim primi principii demonstrationem esse: sed opus est, cum à posterioribus, & manifestis inceperimus, per conuenientiam cum his, resolutione utentes, illius naturam constituisse. Quòd autẽ forma motiua circularis motus sit primo intelligibilis, & maxime, & primo appetibilis, & maxime, ex hoc demõstrari posset. forma est ꝓprie intelligibilis: materia enim cũ nullũ sit actu entiũ proportione intelligibilis est, & ut inqt Plato, rõcinatione: forma uero intelligibilis est, cũ sit aliquid actu. formarum quoq; magis intelligibilis est, quę est in substantia, quàm quę est in aliquo alio, quia & magis, & earum quę in substantia, quę maximę simplex, & quæ semper est actu: est enim hæc maxime intelligibilis, eò q; & maxime sit, cum semper sit actu, & quia sui natura simplex sit: simplex uero maxime intelligibile: quę enim sunt in compositis, tunc sunt intelligibilia, cum intellectus ipsa separauerit ab illis, in quibus sunt, & ueluti simplicia ipsa fecerit: huiusce modi autem est uniuersi motiua substantia: maxime igit̃ ipsa intelligibilis. Verum & maxime appetibilis. maxime enim sui natura appetibile, quod sui natura maxime bonum: huiuscemodi autem hęc, in forma enim bonum magis, q̃ in materia: in eo enim quod agit magis, q̃ in patiente: & patiés quidem est, quod aliquid potentia est, agens uero, quod actu: & in terminato magis, q̃ in interminato. in forma itaq; bonum magis, q̃ in materia: & in forma, quę in substantia magis, quàm in aliquo alio genere: per hanc enim etiam alię sunt: & eaꝝ quę in substãtia, quę maxime existit, & simplex, & expers eius, quod in potẽtia, bona maxime: huiusmodi aũt ostensa est esse prius dicta natura: ꝓprie igit̃, & prío appetibilis ipsa est atq; inteilligibilis.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

De *colore quædam*. Caput *secundum*.

COlorem definiuit Aristoteles, extremum perspicui terminati, quatenus est perspicuum: corporis enim, qua quidem corpus, extremum superficies, qua uero perspicuum color: idcirco & simul est color cum superficie. quoniam enim cuiusq; corporis, ut corpus, extremum est superficies: & perspicuũ ipsum est corpus: huius quoq;, qua corpus, extremum est superficies. est autem eius etiam, ut perspicui, extremum color: & simul sunt eius ambo extrema: quandoquidem extrema non sunt eadem inter se: omne enim corpus in superficie, & cum superficie: non omnis tamen superficies cum colore: quia nec omne corpus perspicuum terminatum. nam perspicui corporis quoddam est terminatum, quoddam uero interminatum. perspicuum ergo interminatum, cuiusmodi sunt aer, & aqua, quemadmodum nec superficiem propriam, atq; terminatam habet (terminantur enim humida, atq; interminata corpora, à continentibus) ita nec proprium habet colorem, sed est alienorum colorum ministratoriũ, & receptiuum, quemadmodum & figurarum. Et iure natura submi niſtrandum alienis coloribus fecit absq; colore perspi cuum: perspicuum quidem, ut recipere possit colores: interminatum uero, & absq; colore, ne proprius eius color, ex mistione eius ad ea, quę p ipsum uidentur, impediat ueram ipsorum repręsentationẽ. quod autẽ est in terminatis, & solidis corporibus, quẽadmodũ terminatã habet, ut corporis figurã, atq; extremũ, sic opus é, & ut pspicui, & est, vt pspicui, eius extremũ color: nam color est extremum perspicui terminati: neq; enim omne corpus est perspicuum: neq; enim omne receptiuum colorum neq; omne perspicuum est terminatum. quę autem sunt in profundo perspicuorum terminatorum sic habent colorem, quemadmodum superficiem, & figuram. Ex terminatis uero perspicuis, illa quidem magis sunt, hęc uero minus talia: maxime enim perspicua sunt splendida, & alba corpora: cuius naturę est ignis: flauus enim uidetur mistione fumi nigri existentis: secundo uero, & tertio perspicua sunt per distantiam ab hoc. quæcunq; uero corporum nigra sunt, hæc cum priuata sint colore, etiam superficie priuata sunt. cum enim color sit de numero entium, & eorum que in aliis nata sunt esse, oportebat esse aliquid, & corpus, in quo color: & est hoc perspicuum corpus: est enim hoc proxima coloris materia: quod quidem est actu perspicuũ, ipsum actu habens. perspicuum uero potẽtia est, ut materia, quod est receptiuum & cõtrariorũ inter se colorum, & eorum qui sunt inter ipsos: & omni corpori colorem habenti, aut ei quod est coloris receptiuum, mista est etiam perspicui natura. In quibus ergo corporibus, perspicuis existentibus, habentibus aliquid perspicuum in se, extremum manifestum est, & terminatum (est autem hoc in solidis) est in his & color manifestus, & propriust: & est in his solis, qui proprie dicit color, & magis, in qbus magis. Perspicuũ uero interminatũ nullũ quidẽ propriũ, nec terminatũ habet colorem: eò q; propter raritatẽ nullũ retinere, & coercere potest. cum autem sit alienorum colorũ, receptiuum, & ministratorium, nullum quidem ipsorum passiue recipit: mouetur autem ab eis per pręsentiam, & habitudinem quandam ad ea corpora, quæ proprium colorem habẽt, quousq; cõtigerit ei uideri permotum, qui fit à coloribus in illis existentibus, subministrando animalibus uim cernendi habentibus, ut p ipsum colores comprehẽdant. hoc uero facere potest ipsum perspicuũ in lumine primo moto à præsentia eorum, quę naturam habent illuminandi patiens, & recipiẽs ipsum, ut proprium colorem: neq; enim est hic eius proprius color: sed quousq; præsens ei fuerit, quod uim habet illuminandi, lumen habet: abeunte uero, quod in hoc, cessauit lumen. quousq; igitur illuminatum fuerit, & aliorum colorum qualitates, & differentias similiter recipiens, quemadmodum & lumen ministratorium fit sensibus uim cernendi habẽtibus: qui & ipsi constant ex corpore eodem modo perspicuo, per passionem quę fit in aspectibus, à perspicuo eis extrinseco, quod mouetur prædicto modo à pręsentia colorum. Quemadmodum autem in perspicuo interminato, & propter raritatem nullũ colorem passiue recipiente, præsentia quidem eius, quod natum est illuminare, est causa luminis, absentia uero tenebræ, sic & in terminatis corporibus plurima mistio, & pręsentia maxime pspicui corporis. huiuscemodi autem est illud, cuius album est proprius color: est enim hic maxime color, & maxime uisibilis, & causa, quòd corpora sint magis colorata, & q magis uideri possint. omnimoda uero huius absentia est ipsius nigri causa: quod priuationi potius ipsius coloris quàm colori simile est. colores uero inter hos ex certa quadam mistione perspicuorum, & eorum quæ non sunt huiusmodi, generationem habẽt, & differentiam. Est autem simplicium corporum maxime quidem ignis, & uisibilis sui natura, & ita perspicuus, ut prędixi huiusmodi est, ut etiam possit aerem illuminare, & præbere ei perfectionem secundum quod est: lumen enim actus est, & forma interminati perspicui, quà perspicuum: minime uero huiusmodi terra ipsa ex horum autem certa quadam inter se mistione, & ex ea illorũ, quę fiunt ex horum mistione, ipsa colorum, exceptis primis, (primi autem sunt in simplicibus, & primis corporibus,) generatio est, & differentia. quemadmodum enim in odore, aliqua quidem in seipsis odorem habent, quęcunq; huiusmodi generationem habent, & constitutionem, qualem dicimus esse odoris generatiuam: quoddam uero inodorum quidem secundũ se, receptiuum tamen, et delatiuum odorum, qui sunt in aliis: idcirco inodorum uocatur: eodem quoq; modo colorem quidem habent perspicua terminata: est enim hęc coloris natura: receptiuum uero, & ministratorium coloris est quidẽ sui natura abscolor, quod est interminatum perspicuum. quemadmodum ergo interrogati, quidnam est superficies, dicimus solidi extremum: ita & de colore interrogati, quidnam est, merito utiq; dicemus, extremum perspicui tetminati: quoniam, quam rationem habet ad corpus terminatum superficies, hanc rationem habet ad perspicuum terminatum color. Melius ordinatum fuisset hoc problema in eo libro, qui inscribitur, Textuum quorundã ex libro de sensu, & sensili expositio atq; discursus.

Quorum sunt definitiones. Caput *tertium*.

DEfinitiones singularium quidem nõ sunt, eò q; hæc cum accidentibus quibusdam, ut sint huiusmodi, habent, & non semper eisdem, sed quę decidunt, & sensu potius quàm ratione ipsa declarante indigen

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

tibus. Sed neq; alicuius communis à singularibus separati, & quod sit incorporea natura aliqua, & æterna: nam quo pacto fuerit bipes incorporeum aliquid? aut quo pacto mortale ęternum? dicimus autem hominem definientes, quãdoq; quidem animal gresile bipes, quandoq; uero animal rationale mortale. Sed sunt definitiones communium quidem, quę sunt in ipsis singularibus: aut singularium, quo ad communia, quæ in eis sunt. nam in singularibus, hæc quidé sunt propria, & singularia, illa uero communia, & mutua: quę in omnibus, in quibus utiq; fuerint, communia cum sint, & indifferentia secundum sui naturam, eò quòd similis, & eiusdem naturę sint omnia habentia ipsa, sunt causæ. animal enim rationale mortale, siquidem cum materialibus circunstantiis, & differentiis sumatur, cum quibus est ipsorum subsistétia, quę alterius alterę sunt, Socratem faciũt, & Calliam, & singulares homines: si autem absq; his sumeretur, commune fieret: non quia nõ sit in unoquoq; singulariũ hominum: cum his enim sunt propria ipsorum singularium: sed quia est in omnibus idem. huiusmodi itaq; & hoc pacto communis, quia multis singularium est idem, definitiones. idcirco neq; incorporeę alicuius naturę, & a singularibus separatæ sunt talium definitiones: hominis enim definitio, animal gresile bipes, cõmune est in omnibus singularibus hominibus, integrum in singulo: commune, eò quòd in pluribus sit idem, sed non quia parte huius participet singulũ, unusquisq; siquidem hominum animal est gresile bipes. ideo neq; communium, ut communium sunt definitiones, sed horum, quibus singularem accidit esse naturam: nam etiam uno tantum homine subsistente eadem est hominis ratio. non enim, quia sit in multis, hæc est eius ratio, sed quia per talem naturam homo homo est, siue plures fuerint hac natura communicantes, siue non. Dicuntur autem notionum, & communium definitiones: quia ipsius intellectus est separare hominé ab his, cũ quibus subsistit aliis & per se sumere. eius uero quod cum aliis quidem subsistit, intelligitur autem seorsum ab illis, & aliis, & non ut subsistit, definitio ipsius notionis, & communis esse uidetur: quia absq; accidentibus, quod huiusmodi est in uno quoq; intellectum, comune quoddam est, & in pluribus idem. incorruptibilia autem sunt ipsa communia, singularium, in quibus sunt per sucesionem ęternitate: eo enim quòd in singularium omnium generatione simile, & idem maneat, existũt: huiusce modi enim sunt ipsa communia, non quia in his singularibus solis sint, quæ simul pariter existunt, & propter hoc sint cõmunia: sed in omnibus, quę sunt ejusdem speciei. idcirco etiam nihil uetuit mortale aliquid existens esse æternum: mortale enim existens ut singulare, est æternum.

Annotatio in dialogo de hoc, si omnia fato fierent, auferri posſibile, & contigens. Cap. *quartũ.*

NVm uidentur tibi, quę secundum seriem causarũ fiunt ita fieri, ut & ipsorum omnim anteiactę sint causæ, & ex necesitate sequatur ipsorum unumquodq; ad anteiactam causam? Quo enim pacto aliter posibile est dicere fieri ea, quæ hoc modo fiunt? Quod autẽ necessario sequitur ad aliquam determinatam, & anteiactam causam, nonne uidetur tibi impeditũ esse ab ea, ne aliter aliquo modo fiat, quàm quòd se habeat secundum consequentiam ad ipsam? Videtur & hoc. At uero, quod non fit, eò quòd factum iri impeditum fuerit, non utiq; factũ illud posibile dicetur: siquidem posibile id est, quod potest factum iri, cum impedimento caret: nam ex sententia illorum, qui dicunt posibile factum iri quod non est impeditum, quod impeditum est factum iri imposibile porro fuerit: hoc uero impeditum est factum iri. Recte & hoc mihi uideris dicere. Sed si hęc uidentur tibi hoc pacto se habere, procul dubio, & quod ad hęc sequitur concesseris: est autẽ hoc eorum, quę fiũt secundũ seriem causarum, & ab anteiactis causis, nullum aliter fieri posse: hoc autem posito, illud quoq; sequetur, ex sententia illorum, qui omnia fato fieri dicunt, sola hęc esse posibilia quotcunq; fiunt, cũ omne quod non fit, idcirco non, fiat quia impeditum sit factum iri ab anteiactis eorum, quæ fiunt causis. Cur enim non concesserim quę iam concesi? Atqui positũ erat nobis & illud, omnia quę hoc modo fiunt ex necesitate fieri. Positum quippe erat. Ad quæ rursus sequitur illud, sola hęc esse posibilia, quęcunq; ex necesitate fiunt: nam si sola quidem posibilia sunt ea, quę fiunt: quę uero fiunt omnia secũdum seriem causarum fiunt: quæ autem sic fiunt ex necesitate fiunt: liquet sola ea esse posibilia, quæ ex necesitate fiunt. Recte dicis. Atqui iuxta eos, qui omnia fato fieri dicunt, iuxta hos omnia fiũt secundum seriem causarũ. Nam quo pacto aliter? Iuxta ergo eos, qui omnia fato fieri dicunt, secundum hos, solũ quod ex necesitate, fit, ut quod est, aut quod erit, hoc solum posibile secundum ipsos fuerit. Neceſſe quippe. Sed quę ex necesitate fiunt non possunt non facta iri. quod enim posibile est non factum iri, contingit hoc & non factum iri: quod autem contingit non factum iri, posibile est non factum iri: quare quod neceſſario fit, erit imposibile non factum iri. Recte dicis. Sed, si imposibile est non factum iri quod neceſſario fit solũ, erit & posibile factum iri quod neceſſarium, non quod fit solum: & hoc pacto sequetur ad id, quod neceſſario fit, neceſſario nõ factum iri, ex quo posibile factũ iri etiam non factum iri posibile est: de solo autem, eo quod neceſſario fit, posibile uerificatur: quod cum sit absurdum, sequetur utiq; ad eos, qui fato omnia fieri dicunt posibile esse solum, quod ex necesitate fit: cum sumitur id quod ex necesitate, non ut de uiolento dicitur, sed de eo, cuius oppositum est imposibile: & si secundum eos tantum, qui omnia fato fieri dicunt, non est aliud ab eo, quod neceſſario fit, id quod fit, neq; quod ex necesitate fit. neq; est illud quidem, quod ex necesitate fit, ut dicunt, quod ui fit, quod uero neceſſario, quod secundum causarum consequentiam. notum est autem hoc ex eo, quòd nec ui aliquid fieri potest secundum eos, qui omnia fato fieri dicũt: si enim quæ fato fiunt, secundum seriem causarum, & secundum diuinum quẽdam ordinem fiunt: nullum autem eorum, quę secundum ordinem fiunt, eiusmodi, ui fit: nullum igitur eorum, quę fato fiunt, ui fiet: nam & si aliqui non uideantur his, qui eorum temperstate fuerunt assentire, & hoc ab ipso fato, & diuino ordine habebunt. Quid enim aliud dicere possunt ii, quę fiunt, dicunt secundum quasdam incommutabiles causas fieri? Et hoc fatum appellant: dicere

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

enim fatum ipsum facere quædam huiuscemodi, quę absq; ui nō paritura sint causis ipsis, alieunm prorsus à diuino ordine uidebitur. Cum autem omnia fato fiant, tollitur per hoc aliquid fieri: nam & hoc fuerit secundum fatum, & ordinem, ut prius dictum est: nā secundum eos, qui omnia dicunt hoc pacto fieri, & ipsum non uelle si qui ad ipsum agens, erit secundum fatum. quod quo pacto non omnino irrationabile est dicere quosdam cogi ab anteiactis quibusdam causis, his reniti, quę necessario sunt secutura? Maxime quidem irrationabile. Etenim adhęc, si quæ fato fiunt, ex prouidentia fiunt, cur rationi consonum fuerit ex prouidentia aliquos his reniti, quę bene, & recto ordine à prouidentia fiunt? Recte dicis. Etenim si necesse est hæc non facta iri, eo quòd impedita sunt facta iri, non fiunt hæc nec, possibilia sunt facta iri: siquidem possibile id est, quod potest factum iri, non impeditum. Recte dicis. Quæ ergo necesse est non facta iri, hęc non sunt possibilia facta iri. at de quibus possumus, prędicentes quod non erunt, uerum dicere hęc necesse est non facta iri: siquidem hęc facta iri necesse est, quę quis futura prędicens uerum dixerit. Quo enim pacto aliter? De quibus potest, prædicens quod non erunt, uerum dicere, hęc non poterunt facta iri. Nam quo pacto facta iri poterunt, quorū opposita ex necessitate fiunt? Sed si de omnibus iis, quę pręter fatum, potest, qui nō futura prædixerit, uerum dicere, nullum eorum, quę pręter fatum, possibile erit factum iri. Recte dicis. Atq; & necesse ē hęc facta iri, de qbus, q̄ futura sunt prędicēs, verę dicere pōt, q̄ uero necesse ē facta iri hęc nō possunt nō factairi. Nō enim est pos̄e. De quibus igitur, q̄ futura sunt prędicentē, pos̄e est uerę dicere, hæc nō p̄nt nō facta iri: & de oībus his, q̄ fiūt, q̄ futura sunt p̄dicētes, pos̄e ē verę dicere. Nā q̄s alius dicēdi modus? Nullū igitur eorū, quę fato fiunt, possibile est non factum iri. Nō enim pos̄e est. Sed si pos̄e q̄dē potest & nō factum iri: nullum autem eorum, quę fato fiunt, possibile est. & non factum iri, nullum utiq; eorum, quæ fiunt, possibile fuerit. Omne enim potest. Secūdum quos omnia quæ fiunt, fato fiunt, nullum etiam eorum, quę fiunt, ut possibile, & non factum iri possibile est. ostensum est autē q̄ nullū eorū, quę præter fatū, aliquod pos̄e est nullū igit̄ pos̄e est, cum omne aut fato, aut præter fatum sit: neutrum autem eorum possibile est. etenim si quod fato fit possibile quis dicat, quod necessario fit possibile utiq; dicet. sed si, quod possibile est factum iri, possibile & non factum iri, quod necessario fit possibile erit non factum iri. si uero præter fatum possibile quis dicat, accidet rursus huic, quod impossibile est factum iri, possibile factum iri dicere. nam quo pacto possibile est dicere id contingere factum iri, quod, cum quis non futurum prædixerit, uerum dicit? manifestum enim est, quòd & si possibile aliter fuerit sui natura, ex hoc tamen quòd impeditū est uerum erat, quod prædicebatur de ipso, ipsum non futurum. etenim si hoc est possibile, quod si suppositum fuerit esse nullum sequetur impossibile: ad omne autē id, cuius oppositum, cum prædicitur, uerum est, supponenti esse, ipos̄e, eo q̄ idē esset, & non esset: nullum eorum, de quibus contradictionis de futuro altera pars determinate uera est, contingens fuerit: in omnibus autē aiūt alterā contradictionis partem determinate uerā esse. Aiunt quippe. Nihil igitur est cōtingēs. neq; enim, de quibus uerum est uerbum, erit, contingens, cum impossibile sit ipsa nō facta iri: neq; de quibus verum est uerbum, non erit, cum impossibile sit aliquod horum factum iri. Si enim aliquis, de quo falsum est, ex eis, quæ dicuntur, ipsum non factum iri, dicat alterum horum, contingens aut factum iri, aut non factū iri, sequetur ad hunc utranq; dicere contingentia: nā & quod contingens est factum iri, uerum, eò quòd cōtingat & non factum iri: & quod contingens est non factum iri, huiuscemodi est, eò quòd contigat ipsum factum iri: hoc autem pacto erit, de quo factum iri cōtingens, de hoc & non factum iri huiuscemodi: & de quo non factum iri, de hoc & factum iri contingens. cū autem idem sit æque contigens factum iri, & non factum iri, quo pacto nō est absurdum in his unam quidem prædictę contradictionis partem determinate ueram esse dicere, alteram uero falsam, cum proposita res utraq; æque posit? sequitur enim ad eos, qui dicunt hoc pacto fieri ea, quę fiunt, pariter ueram affirmationem, & negationem fieri dicere in his, quę hoc modo fiunt, aut pariter utranq; ipsarum falsam.

Quamobrem augmentatio secundū formā solum, nō autē etiam secundum materiā. Cap. Quintum.

SIaugetur subiectum cum eo, quod augeri dicitur, permanet autem & materia, non solum forma, non enim tota permutatur: quamobrem secundum formam solum, non autem etiam secundum materiam est augmentatio? non enim uniuersa materia, quæ est in his, quę augentur, permutatur, sed manente aliquo ex ipsa alia adiicitur: neq; enim quod à principio seruaretur: neq; forma maneret præexistentis materię: neq; enim in eo, quòd sit tanta quędam materia, est esse ipsi materiæ: quemadmodum nec carni in eo, quòd tanta sit, est esse carni. An, cū duo sint in eo quod augetur quale scilicet, & quātum: est enim hoc, quod augetur hoc autem est composita ex utroq; substantia: & cum ipsum quantum, ut materia, subiiciatur, forma uero qualis locum teneat: quantum quidem nō manet idē, quale uero, quod est ut forma rei, quæ augetur, manet. quoniam ergo quale, quod & forma est, manet, quantum uero non manet: & causa quod ipsum non maneat idem, est materiæ ipsius fluxus: propter hoc secundum materiam quidem non augentur, quæ augentur, sed secundum formam: hæc enim est, quæ eadem manet. eius enim quod per se subsistit, fit augmētatio secundum id, quod manet in eo: per se uero subsistit ipsum compositum, quod manet secundum formam: est enim materia id, quod fluit. nam & si permanet aliqua materia in eo, quod augetur, non est tamen prædicare de hac, quòd si augmentata: eò q̄ ipsa quandoq; & si permanserit, postea tamen fluat, & permutet̄. non enim est in eo, quod auctum est, sumere aliquam materiam, quæ per uniuersum, manens in ipso eadem numero, receperit additionem aliquam in quātitate: quācunq; enī sumpseris, hęc quoq; fluit, & permutatur, & nihil ipsius idem numero manet, forma uero eadem manet, quouscq; res seruetur.

Cur, si magis aqua p̄ frigidū, q̄ per humidū, eius quidē mutatio ex frigido in calidū non corrupit ipsam, ex humido uero in solidū corrūpit. Cap. sextū.

SI magis aqua aqua est per frigidum, quàm per humidum: ut ignis quidem per calidū magis quàm siccum

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ſiccum, aer uero per humidum magis, quàm cali/dum: terra uero per ſiccum magis, quàm frigidum: quanam de cauſa, cum mutatur ex humido non eſt aqua: non eſt enim aqua glacies: ſi autem ex frigido mutatur, manet adhuc aqua: eſt enim aqua etiam cũ calefacta fuerit: & cum tamen ignis, ſi mutatur ex cali/do, non eſt amplius ignis: neq; aer, ſi ex humido mu/tetur: ſed neque terra manet, ſi ex ſicco fuerit muta/ta. Hoc quoq; de ipſa quis quæſiuerit. quamobrem, ſi per frigidum eſt ei eſſe, intenſio in frigido corrumpit ipſam: ſiquidem conglaciat ab exuberante frigidita/te: cum uero conglaciauit, nõ eſt amplius aqua actu: neq; enim intenſio in calido eſt ignis corruptiua: neq; in humido aeris: neq; in ſicco terrę: neq; oĩo alicuius alterius intẽſio in ꝓpria forma eſt corruptionis cauſa. An, quoniã mutatio ex frigido in calidũ ipſius, aquę é aeris generatiua: nullum enim aliud corpus ex aqua poſsibile eſt per ſolam mutationem ex frigido factum iri: non eſt autem aer calidus ſolum. ſed etiã humidus & eſt eſſe ipſi aeri per humidum magis. eſt quoq; nõ ſimile humidum in aqua & aere: eſt enim aqua den/ſior, & idcirco repletiua: aeris uero humiditas eſt te/nuis: indiget aqua muratione, non ſolum ex frigido ſed etiam ex humido: & maxime, quoniam humidi/tas huiuſcemodi eſt aeris formatiua, in quem eſt mutatio aquæ per frigidum: mutatio uero aquæ ex humido à calido, & ſicco, quod eſt in hoc, fit, ipſum attenuante, & craſsitiem eius immutante: quę mutatio tempore indiget: ob hoc, quouſq; calidi/tas genita in aqua humiditatem ad tantum muta/uerit, ut forma aeris fiat, manet adhuc aqua: quę qui/dem nõ eſt talis, qualis ſincera aqua, ſed tenuis magis: eſt enim magis tenuis aqua calefacta, quàm prius: aquę quoq; rurſus frigefactę tenues magis ſunt, quàm quæ prius non fuerint calefactæ: eſt enim uia aquæ ipſi mutationis in aerem caliditas: & calefacta aqua nõ eſt ſimilis & ei, quæ prius. Quemadmodum autem caliditas humiditatem attenuat, ſic rurſus frigiditas condenſat, & concreſcere facit: & quoniam huiuſce/modi humidi concretio à frigido in tempore etiam ipſa fit, ob hoc nec aer frigefactus fit ſtatim aqua, ſed manet aer, quouſq; humidum adhuc tenue fuerit: mutatio autem ex humido, cum nõ ſit ita formatiuũ aquæ ipſum humidum, ut frigidum, aquam corrum/pere uidetur: quia non ſolum fit aquæ mutatio in ter/ram ex humidi mutatione, ſed etiam in glaciem. uerũ tamen & hęc eſt quodam modo adhuc aqua: eſt enim proportionalis aquæ calidę glaciei: tambæ enim ſunt aqua aliquid paſſa, & in confinio, illa quidem aeris, & aquæ, hæc uero aquę, & terrę. Eſt quoq; & in aliis corporibus ſimplicibus mutationem in iuxta poſita eis corpora per mutationem alterius ipſa formantium conſpicere indigentem tempore: nõ enim, ut apparet, ſecundum alterum tantum mutãtur, ſed & ſecundũ ambo: ex eo quòd mutatio ſecundum alterum non fit in contrarium: ſed aut ad remiſsionem, aut ad intẽ/ſionem eiuſdem qualitatis ſolum ex mutatione eorũ quæ ſunt in eo in contrarium uidetur mutari: neq; enim eſt terra ſtatim ignis, ſi frigefactus fuerit: opor/tet enim fieri ſiccitatem quãdam certam. ob hoc neq; fumus, neq; fuligo iam eſt terra. ſed neq; ſi in humidũ ſolum ignis fuerit mutatus, iam eſt aer: opus enim eſt eo pacto & certa quadam caliditate: idcirco in confi/nio primum quodam fit. eadem quoq; & in cæteris ratio. forma uero aquæ non eſt ſimpliciter ipſum fri/gidum, & ſi ſecundum hoc magis, ſed frigidum cum humido. quoſq; igitur ſeruari poterit humidum, exi/ſtente in ipſa frigido, erit forma aquę frigidũ: frigidũ aũt humidi corruptiuũ nõ poteſt amplius eſſe forma aquæ. huiuſcemodi igitur frigidum eſt eius forma, cuius accretio non eſt aquę, hoc eſt humiditatis cor/ruptiua.

Quo pacto ſunt contraria magnum, & paruum cum, mutatio quidẽ ſit in contraria, quod autẽ augeť & minuitur in hæc mutatur. Cap. ſeptimum.

SI omnia, quæ mouentur ex contrario in contra/rium mutantur, quæ uero augentur, & minuun/tur mouentur, & hæc quoque ex contrariis in contraria mutabuntur: mutantur autem in magni/tudiné, & paruitatẽ: id enim quod augetur ad magni tudinem creſcit, quod uero minuitur in paruitatem contrahitur: cõtraria igitur ſunt magnum, & paruũ: ſed non uidentur, ut per plura in prædicamentis mõ ſtrauit Ariſtoteles. An nõ ſimpliciter in magnitudiné, & parruitatem mutantur quę augentur, & minuun/tur, ſed quę augẽtur ſecundum naturam: (hęc autem ſunt, quę anima nutritiua communicarunt) in perfe/ctionem, & perfectam magnitudinem creſcunt: quæ autem minuuntur à perfectione remouẽtur, & in im/perfectam contrahuntur. in perfectam igitur magni/tudinem, & in imperfectã ipſa mutantur: hę uero con trarię ſunt, & ſi magnum paruo non ſimpliciter con/trarium dicebat. Amplius quoq; motum in cõtraria mutationem dicit, contraria communius accipiens: eſt enim ei mos contraria dicere etiam priuationem, & habitum, & quę ad aliquid opponuntur: exupe/rantiam quippe & defectum in moralibus contraria dicit, quę ſecundum ad aliquid inter ſe opponuntur: & magnum ergo & paruum, cum ſint ad aliquid, con traria utiq; dici poſſent, non proprie contraria, ſed ut ea, quę ad aliquid. An neque ſecundum ipſum fit motus in ad aliquid: non enim fit dextrum alicuius dextrum, cum omnino ipſum motũ fuerit: calidum uero aliquid, aut ſurſum fieri non motum eſt impoſ/ſibile. Aut quanquam non ille, qui dexter factus eſt, per mutationem habitudinis talis factus eſt. (Propter hoc enim non eſt in ad aliquid motus, quia non fit ſecundum hanc habitudinem mutatio ipſius motus ei, quod mutatur ſecũdum habitudinem. non enim quemadmodum in loco fit mutatio ipſius, quod hoc modo mutatur, & mutatur ſecundum locum, ſimi liter & mutatio in qualitate, & quantitate, ſic & in ad aliquid mutatio ſecundum habitudinem fit, cum mouentur ſecundum habitudinem ea, quæ habitu/dinem mutant: nam, etiam ſi non moueantur, per/mutatur habitudo) non igitur, quia non fit hoc mo do permutatio ſecundum habitudinem, propter hoc poſsibile eſt permutationem fieri abſque motu: nun/quam enim quis alteri dexter factus fuerit, niſi factus fuerit amborum, aut alterius ſecundum locum mo tus: ſed nec duplum aliud alius factum fuerit, niſi fa ctus fuerit motus ad quantitatem. quare & ſi non ſit motus in his, quæ ſunt ad aliquid, tamen per quen/dam motũ ad diuerſas habitudines fit mutatio. qua/

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

re ob hoc nihil uetuerit & mutationem in magnum & paruum, quæ ſecundum habitudiné inter ſe ſunt oppoſita, per motum fieri: ſi concedatur illud etiam, ea quæ ut ad aliquid opponuntur, cõtraria dici, & eſſe, & mutationes in hæc contrarias. An non dicuntur ab ipſo, quę ſunt ad aliquid contraria: neq; enim exuderantia, & defectus ab Ariſtotele contraria dicuntur quatenus ſunt ad aliquid, ut clarum eſt ex hoc quòd ipſa ad ſe mutuo dicuntur: nam exuberantia eſt defectus exuberantia, & defectus exuberantię defectus: contraria autem eſſe non ſecundum hanc habitudinem, ſed quatenus, illud quidem plus eſt commenſurato: id enim quod magis, huiuſmodi eſt, hoc uero minus commenſurato: tale enim eſt quod deficit. non enim ea, quæ quouis modo excedunt, deficiuntue cõtraria dicit: ſed quæ ad ipſum cõmenſuratum ita ſe habent, ad quod habitudinem, quę eſt in ad aliquid neutrum ipſorum amplius ſeruat. album etiam, & nigrũ, quà quidé uicisſim dicunt, ſunt ad aliqd, & nõ cõtraria: qua uero albũ qdé eſt talis color, nigrũ uero talis, contraria ſunt, & non ad aliquid: contraria enim quatenus quidem oſtendunt naturas quaſdam maxime inter ſe differentes non ſunt ad aliquid, quatenus uero ſic appellantur, ſunt ad aliquid.

Ad id, quod nõ ſit forma in materia ut in ſubiecto.

Caput octauum.

AD id, quod non ſit forma in materia, ut in ſubiecto, neq; anima in corpore dicebatur, quòd ut materia ſit actu forma é cauſa: ipſa enim ſine forma ſubſiſtere nõ poteſt: quod aũt eſt in ſubiecto eſt in aliquo qđ eſt actu, quod poteſt etiã ſine eo eſſe, quod eſt in eo ſubiecto. Cui illud aduerſabat, qđ & corpora ſubſiſtendũ iuuãtur ab accidẽtibus: ſiquidé omne corpus neceſſe eſt cũ aliqua eſſe figura, & colore, cũ tñ concedatur hæc in ſubiecto eſſe corpore. non igitur ſatis eſt, ut non ſit in ſubiecto aliquo, conferre ipſi ſu ſubiecto ad ſubſiſtendum: aut ſiquidem aliquid ſimpliciter alicui confert ad ſubſiſtendum, non impeditũ eſt hoc in ſubiecto ipſo eſſe: ut oſtenſum eſt in corpore, & qualitate, ſine qua impoſsibile eſt aliquod corpus ſubſiſtere. Si autem aliquid ſit ut pars conferens illi, in quo hoc eſt, impoſsibile eſt eſſe in hoc ſubiecto, cuius eſt pars: forma uero illi, in quo eſt, ut pars, conferre uidetur, oportet enim quæſtionem facere de re propoſita, ſit ne ut in ſubiecto aliquo, an non, ſumentes aliquam rem, in qua eſt hæc. de qua eſt quęſtio: quęritur autem modus quo eſt in ea, qui enim demonſtrat, quòd album eſt in corpore, ut in ſubiecto, cum ſumpſerit aliquod corpus in quo eſt album, & oſtenderit, quòd ipſum ſit in corpore, neq; ut pars neq; ut id, quod poteſt eſſe ſine ipſo, monſtrauit quòd eſt in ſubiecto ipſo. ſic autem oportet etiam quærentẽ de forma, an ſit in ſubiecto, nec ne, ſumere tale aliquid in quo quidem iam eſt forma, quæritur autem modus. In materia igitur, ſi per ſe ſumatur, nunquam eſt forma: idcirco nec utiq; quæreretur modus, quo ſit in ea: quod neq; ab initio eſt in ea. quoniam autem eſt in compoſita ſubſtantia talis forma, oportet tale quid præaſſumentes de ipſa quæſtionem facere, atqui quãcunq; ſumpſerimus compoſitam ſubſtantiam, in ipſa eſt forma, quæ eſt in ea, ut pars eſt compoſiti: nam & anima eſt in corpore organico, in quo eſt ita, ut pars: ſi autem ut pars minime fuerit ut in ſubiecto exiſtens hoc, in quo hoc modo eſt, nec anima ipſa, neq; aliqua omnino forma. An dicet aliquis etiam album albi quidem corporis partem eſſe, in ſubiecto tamen eſſe, corpore, cui confert ad ſubſiſtendum: idcirco & formam compoſitę quidem ſubſtantiæ partem fore, in materia uero, cui confert ad exiſtentiam eſſe in ſubiecto. Igitur oportet dicere, id, in quo, an ſit aliquid, ut in ſubiecto, quæritur, oportere quidem eſſe omnino hoc aliquid & actu exiſtens: non enim in non ente poſsibile eſt eſſe aliquid in ſubiecto: eorum uero, quæ huic ad ſubſiſtendum, & actu eſſe conferunt, eò quòd ſint in ipſo, quęcunq; quidem in ipſo ſolum ad ſubſiſtendum cõferunt, non autem & ad eſſe hoc aliquid, hæc in ſubiecto ipſo ſunt: ſecundum quæ enim ſeruans aliquid naturam propriam poſsibile eſt mutari, hęc in ſubiecto ipſo ſunt: quæcunq; uero non ſolum ad ſubſiſtẽdum, ſed multo antea ad eſſe hoc aliquid alicui conferunt, ſecundum quę cum mutatur, non poteſt amplius id, quod erat ꝓmanere, hęc porro amplius nõ ſunt in eo ut in ſubiecto: quo pacto enim fuerit in ſubiecto hoíe hoc, cuius abſentia hominem corrumpit: idcirco grãmatica quidem in ſubiecto homine eſt habente ipſam uerum conferens ei, ut ſit grammaticus: non enim ex abſentia grammaticæ definit etiam eſſe homo. anima uero non eſt amplius in ipſo ſubiecto: quia ipſa confert ei ad eſſe, non autem ut ſit qualis, aut quantus, aut alicubi, aut aliquod talium entium: huiuſcemodi enim eſt forma naturalis: ſiquidem ſecundum formã eſt unicuiq; eſſe hoc, quod eſt. in compoſito igitur, & eo, quod eſt hoc aliquid propter hoc forma nõ eſt in ſubiecto: eſt enim pars ſubſtantiæ uniuſcuiuſq;, hoc pacto in ipſis exiſtens, & nõ in materia ſolum: cum neq; à principio ipſa ſit ita ſubiectum, ut hoc aliquid, non habens aliquo pacto formam in ſe: in his autẽ, quę hoc modo ſunt, eſt, id quod in ſubiecto: aliqd enim, & hoc aliqd eſſe oportet id in, quo eſt illud, quod in ſubiecto, huiuſcemodi enim eſt, quod habet partes. Amplius, ſi ſubiectum quidem ab eo, quod eſt in ipſo ſubiecto, differt, eò ꝙ ſubiectum poſſit abſq; his eſſe, quę ſunt in ipſo ſubiecto: nam & ſi nõ poſsit cæra eſſe abſq; figura, abſq; tamen hac figura, quam nunc habet, poſsibile eſt ipſam eſſe: quod autẽ eſt in ſubiecto non poteſt ſeparato ab eo ſubiecto eſſe materiam uero, & formam impoſsibile eſt ſine ſe mutuo eſſe, cum ipſa ad ſe mutuo dicãtur: quę uero ad ſe mutuo dicunt, ſimul ſunt natura: ſiqdẽ ad aliqd ea ſunt, quibus id eſt eſſe, eò quòd ad aliquid quodammodo ſe habeant: neq; etiam hac ratione erit forma in ſubiecto ipſa materia. An poteſt & de materia dici, ꝙ abſq; forma quidem eſſe non poteſt, quẽadmodũ nec cera abſq; figura: ſed abſq; hac forma poſsibile eſt ipſam eſſe, quemadmodum & ceram abſq; hac figura. An ſi anima non poteſt in aliquo alio corpore ab organico cé aut facta iri, huius auté eſt pars, minime fuerit in ſubiecto: figurarum autem unaquęq; non fit in determinato corpore. Amplius homo quidem eſt & cum anima: eſt etiam cum colore atq; figura: ſed non eodem modo: ſed cum anima quidem ut parte, & quę maxime ei confert, ut ſit homo: in quo enim fuerit huiuſmodi anima, hoc eſt homo: non eſt item color, & figura hoc modo in homine: nõ enim omne quod habet huiuſcemodi figuram, aut colorem eſt homo:

idcirco

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

idcirco hęc quidē in ſubiecto ipſo ſunt, nō itē & anima ipſa. eadē quoq; ratio & in aliis naturalibus formis.

Cur nō bonæ habitudini ægritudo potius q̄ mala opponitur habitudo. Caput nonum.

QVæſitum eſt, cur non bonæ habitudini, quæ eſt intenſa ſanitas, ægritudo potius q̄ mala opponitur: habitudo ſiquidem contraria plurimum inter ſe diſtant in eodem genere. ſi enim mala habitudo in ſano fit, etit quędam remiſſa ſanitas: ſic autem erit intenſæ ſanitati remiſſa ſanitas contraria: abſurdum autem eſt ſanitati quidem ægritudinem contrariam dicere, non item intenſæ quoq; ſanitati ægritudinem, aut in ægritudine intenſionem: hęc enim erit plurimum ab ipſa diſtans. An ſiquidē circa idem fierent & ſanitas, & bona habitudo, necnon ęgritudo & mala habitudo, eſſet utiq; rectum, quod dicitur: quoniam oportet circa idem contraria fieri. ſi autem in alio quidem eſt ſanitas. in alio uero bona habitudo & in quo quidē eſt ſanitas, in hoc & ægritudo: in quo uero mala habitudo, in hoc & bona habitudo: neq; bona habitudo fuerit intenſa ſanitas, neq; ipſi contrarium ægritudo: cum neq; initio circa eadem ipſa fiat: fiunt enim ſanitas, & ægritudo circa potētias primoꝝ corporum, ex quibus animalia, quæ ſunt ipſa elementa, quorum potentiæ ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas: nam in harum potentiārum mutua menſura eſt ſanitas, in earundem uero incommenſuratione eſt ægritudo: bona autem, & mala habitudo circa hæc fiunt, circa quæ robur, & imbecillitas: eſt enim ſimilis bona habitudo robori, mala uero habitudo imbecillitati. nā qui habet robur maius, quàm ſit robur ſecūdum ſimplicem ſanitatem, accurate bene habituatus uocatur: & qui habituatus eſt ita, fortis eſt: & qui imbecillior eſt, quàm ſit qui ſecundum ſimpliciter ſanorum robur, male habituatus ſecūdum illud. atqui robur, & imbecillitas in commēſuratione ſimilarium pārtium in animalibus, & incommenſuratione habēt eſſe: robur quidem in harum commenſuratione, imbecillitas uero in earundem incommenſuratiōe: quare & bona habitudo, & mala habitudo in his utiq; merito fient: & erit utiq; ut imbecillitas robori, ita bonæ habitudini mala habitudo contrarium. idcirco & ſi circa quę ſanitas, circa eadem & bona habitudo, uerſaretur, dicere bonam habitudinem ſanitatē intenſam, rationem utiq; aliquam haberet: ſed quia non eſt circa eadem, non decenter ita dici poſſet. Niſi forte, quia aduenit bona habitudo pręſuppoſitę omnino ſanitati facta quidem aliqua additione ei, qui eſt ſanus: ſed nō ſecundū ſanitatē, nec ſecūdū huius cōmēſurationem.

Quo pacto, ſi quatuor ſunt cauſæ, nō erit ęꝝ in diuinis corporibus ſubiectum ipſa materia. Cap. decimū.

SI naturalium principia, & elementa ea ſunt, de quibus Ariſtoteles dixit in Phyſico auditu, ſunt autem hęc, materia, forma, & efficiens, & ipſum cuius gratia, corpus circulo uerſatile, aut non erit naturale corpus aut erit materia, & ſubiectum in illo, aut non dicet omnia naturalium principia. quid enim eſt ſubiectum illi? at uero naturale corpus & illud: omne enim corpus aut naturale eſt, aut mathematicum: nō eſt autem mathematicum illud, cum omne, quod eſt in motu, qui ex ipſo procedit, corpus eſt naturale: illud autem eſt in motu, ſiquidem & ſemper mobile, & cauſam motus in ſeipſo habens. An ſi natura ſecundum ipſum principium motus, & ſtatus, in quibus eſt primo, & non ſecundum accidens: non habet autem illud principium ſtatus in ſe, neq; utiq; naturam habebit: ſi uero naturam non habebit, neq; naturale corpus utiq; erit. Sed ſi non naturale, quale nam? nō enim procul dubio mathematicum, quia animatum eſt: omne autem corpus animatum eſt naturale. ſi autem non eſt naturale corpus, non habet ſubiectum ipſum materiam: ſiquidem materia eſt, quæ ſucceſſiue uim habet recipiendi contraria. An ſiquidem materiam dicere ſolum ultimū ſubiectum contrariorum ſucceſſiue receptiuum, in ipſa materia non eſſet comprehenſum ſubiectum quinto corpori: ſi autem definit materiam etiam hoc modo, ultimum ſubiectum informe ſecundū ſe, in materia, quæ ſic dicitur, comprehendetur etiam ſubiectum diuino corpori: eſt enim communior hęc ratio principii ſecundum ſubiectum, & complectens in ſeipſo utraq; ſubiecta. Nō tamen ſi diuerſę ſunt inter ſe materię, & quę eſt ſubiecta diuino corpori, & quæ in generabilibus, & corruptibilibus, iam ſunt etiam compoſitæ: ſi enim eſſet aliquod eis unum ſubiectum, indigerent ipſæ differentiis, quibus ſpecificatæ, habentes idem ſubiectum, inter ſe different. ſi autem ſunt omnino diuerſę, nō neceſſe eſt ipſas ſpecificis quibuſdam differentis inter ſe differre: neq; enim forma, & materia ſunt ob hoc etiā compoſitæ, quia ſunt inter ſe diuerſæ.

Quo modo dictum ſit in primo de Anima, Animal enim vniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius. Caput vndecimum.

QVærebatur, quomodo dictum eſt in primo de Anima ab Ariſtotele, Animal enim uniuerſale, » aut nihil eſt, aut poſterius. Quòd quidem » poteſt uſus eſſe animali exemplo, in ipſa anima, & his, quę ſic uniuerſalia dicuntur, ut habeant primum, & ſecundum, uolens quomodo ſe habet oſtēdere, dictū eſt à me in commentario illius libri. Poſſumus tamen oſtendere, quod dictum eſt in animali etiam in his, quæ proprie genera ſunt, conuenire. quoniam enim genera uniuerſalia ſunt: uniuerſalia uero qbuſdā exiſtētibus uniuerſalia ſunt: non enim ſi eſt nihil, eſt uniuerſale, & genus, & uniuoce prædicatur: ſed oportet eſſe rem aliquam, cui ipſum uniuerſale accidit: & eſt illud quidem res aliqua, cui uniuerſale accidit: ipſum autem uniuerſale nō eſt proprie aliqua res, ſed quoddam alteri accidens: ut animal eſt quædam res, & naturæ cuiuſdam ſignificatiua: ſignificat enim ſubſtantiam animatā uim ſentiendi habētem: quod ſecūdum quidem ſui naturam non eſt uniuerſale: nihil enim minus erit etiam ſi unum numero animal eſſe ſuppoſitum fuerit: ineſt autem ei, cum ſit huiuſmodi, in pluribus eſſe, quæ etiam ſpecie inter ſe differunt: accidit ergo hoc ei: quod enim non eſt in ſubſtantia alicuius eſt ei accidens. quoniam ergo genus huiuſmodi non eſt aliqua res, ſed accidēs alicui rei, dixit ipſum Ariſto. aut nihil eſſe, cū nō ꝓprie ſit: aīal enim, ut genus ſignificare uolēs, addidit animali uniuerſale, dicēs, animal enim uniuerſale. hoc igit aīal, ut genus, aut nihil eſt, quia non naturam aliquam propriam ſignificat, ſed eſt accidēs alicui rei poſt accedēs: aut, ſi etiam quis, quod

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

hoc pacto eſt, ens dicat, poſterius erit illo, cui ineſt: ré enim oportet eſſe priorem, quàm ſit accidés illi. Quòd autem ſi hoc re poſterius, clarum. cum enim eſt animal, non neceſſe eſt animal, ut genus, eſſe: poteſt enim ex ſuppoſitione etiam unum aliquod animal eſſe, quoniam non in eius ſubſtantia ipſum uniuerſale. ſed ſi ſit animal, ut genus, neceſſe eſt & animal eſſe. & ſublata quidem ſubſtantia animata ſenſitiua, neq; utiq; animal erit, ut genus: impoſſibile enim eſt quod non eſt eſſe in pluribus: ſi tamen ſublatum fuerit animal ut genus, non neceſſe eſt & ſubſtantiam animatam ſenſitiuam ſublatam iri: poteſt enim in uno eſſe, ut dixi: & propter hoc dictum eſt illud, aut nihil eſt, aut poſterius. cum autem ſit poſterius re, cui accidit, rurſus ipſum fit prius unoq; eorum, quę in parte, & quę ſunt ſub eo: quia eſſe quidem generi eſt ut de multis, & differentibus prædicetur: eſſe uero in parte eſt eſſe eum multis ſub uno aliquo, aut genere, aut ſpecie. idcirco ſublato quidem uno eorum, quę ſub communi, non ſimul aufertur ipſum commune, quia eſt in pluribus ſed ſi ſublatum fuerit ipſum commune, nullum utiq; erit eorum, quę ſunt ſub communi, quibus eſt eſſe ut illud in ſeipſis habeant.

Idem alio pacto accuratius ordinatum.

QVerebat, quomodo dixit in primo de aïa Ariſt. Animal enim uniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius. Quòd quidem poteſt uſus eſſe animali, exemplo in ipſa anima, & his quę ſic dicuntur uniuerſalia, ut habeant primum, & ſecundum, uolens quomodo ſe habet oſtendere, dictum eſt à me in commentario illius libri. Cum enim dixiſſet: quòd oportet caluere, ne id inconſideratum relinquamus, ſpecie ne ſolum differant animę interſe, aut etiam genere: ſi enim hoc determinatum fuerit, nō latebit nos, ſit ne aliqua communis animæ ratio, & generica: ſi autem non ſint eiuſdem generis, cuiuſq; generis animæ propria erit: ipſum enim commune animæ nomine ſolum eſt, non item & re. Cum oſtendiſſet quoq;, quomodo cuiuſq; propria, exemplis uſus eſt, quę ſub uno genere ſunt: quod & obſcurius fecit quod dicitur. Si enim ſunt hæc, inquit, non eiuſdem generis, equus, & canis, & homo, & deus, ut ſit ipſorum genus animal, propria cuiuſq; ipſorum ratio erit: animal uero, quod cōmuniter de ipſis prædicatur, aut nullam propriam ſignificat naturam, ſed erit æquiuocum: aut etiam ſi ſignificat, erit, ut uidetur ſe habere in his, quę multipliciter dicuntur, eorū in quibus eſt prius, & poſterius. quod enim cōmuniter de his, quę ſic ſe habent, prędicatur ſignificat quidem naturam quandam, ſed non quæ in omnibus eodem modo ſe habeat, de quibus prædicatur: idcirco poſterius eſt hoc his, quę ſunt ſub eo: quod enim de aliquibus, ut genus, prędicatur ſublatū ſecum ſimul aufert omnia, quę ſunt ſub ipſo, quorum nullo ſublato ſimul auferetur: ideo eſt primum natura: quod autem, in quibus eſt prius, & poſterius, ſublato primo habente, ſimul aufertur & quod ab ipſo ſignificatur: idcirco nō amplius primum, ſed poſterius fit. Oſtendet autē & animam ipſam huiuſmodi quid eſſe: & ob hoc merito proponit inquiſitionem de ipſo. Cum autem feciſſet ſermonem de animali, quia illa, de quibus meminit, erant ſub animali, addidit illud ſimiliter autem & ſi commune aliquod aliter prædicetur, oſtendens, q; omne, ſiquid ſic communiter de aliquibus prędicatur, ut non ſit genus ipſorum, aut nihil erit, aut poſterius, ut prius dictum eſt. hoc quidem in illis dictum eſt. Poſſumus tamen oſtendere quod dictum eſt in animali etiam in his, quæ proprię genera ſunt conuenire. quoniam enim genera uniuerſalia ſunt, uniuerſalia uero quibuſdam exiſtentibus uniuerſalia ſunt: non enim, ſi eſt nihil, eſt uniuerſale, & genus, & uniuoce prædicatur: atqui cum ſit genus, ens quoque eſt hoc pacto: ſubiectum quidem, cui uniuerſale accidit, res quędam eſt: uniuerſale uero, quod eſt illi accidens, non res quædam per ſe eſt, ſed accidens quid illi. ut animal eſt quędam res, & naturæ cuiuſdam ſignificatiua: ſignificat enim ſubſtantiam animatam, ſentiendi uim habentē, quod ſecundum ſui naturam non eſt uniuerſale: nihil enim minus erit, etiam ſi unum numero animal eſſe ſuppoſitum fuerit. ineſt autem ei, cum ſit huiuſmodi, in pluribus eſſe, quæ etiam ſpecie inter ſe differunt. accidit ergo hoc ei: quod enim non eſt in ſubſtantia alicuius eſt ei accidens. quoniam ergo genus huiuſmodi non eſt aliqua res, ſed eccidens alicui rei, dixit ipſum Ariſtoteles, aut nihil eſſe, cum nō proprie ſit: animal enim, ut genus ſignificare uolens, addidit animali, uniuerſale, dicens, animal enim uniuerſale. hoc igitur animal ut genus, aut nihil eſt: quia non naturam aliquā propriā ſignificat: ſed eſt accidēs alicui rei poſt accedens: aut etiam, ſi quis quod hoc pacto eſt ens dicat, poſterius erit illo, cui ineſt: rem enim oportet eſſe priorem, quàm ſit accidēs illi. Quòd autem ſit hoc re poſterius clarum. cum enim eſt animal, nō neceſſe eſt animal ut genus eſſe: poteſt enim ex ſuppoſitione etiā unum aliquod animal eſſe: quoniam non in eius ſubſtantia ipſum uniuerſale. ſed ſi ſit animal, ut genus, neceſſe eſt & animal eſſe: & ſublata quidem ſubſtantia animata ſenſitiua, nec utiq; animal erit ut genus: impoſſibile enim eſt quod non eſt eſſe in pluribus, ſi tamen ſublatum fuerit animal, ut genus, non neceſſe eſt & ſubſtantiam animatam ſenſitiuam ſublatam iri: poteſt enim in uno eſſe, ut dixi: & propter hęc dictum eſt illud, aut nihil eſt, aut poſterius. cum autem ſit poſterius re, cui accidit, rurſus ipſum fit prius unoquoque eorum, quę in parte, & quę ſunt ſub eo: quia eſſe quidem generi eſt, ut de multis, & differentibus prædicetur, eſſe uero in parte eſt eſſe cum multis ſub uno aliquo, aut genere, aut ſpecie. idcirco ſublato quidem uno eorum, quę ſub communi, non ſimul aufertur ipſum commune, quia eſt in pluribus: ſed ſi ſublatum fuerit ipſum commune, nullum utiq; erit eorū quę ſunt ſub communi, quibus eſt eſſe, ut illud in ſeipſis habeant.

Quo pacto poſſibile eſt ſimul eundem uoluptate, & dolore affici, ſi cōtraria hæc. Cap. duodecimū

SI impoſſibile eſt cōtraria ſimul eidem ineſſe, quo pacto poſſibile eſt eundem ſimul uoluptate, & dore affici? quod accidit ſitientibus, & bibentibus: ſimiliter quoq; & fameſcentibus, & comedētibus: nec non ſcabioſis, & ſcalpentibus ſe. aut enim non eſt contraria uoluptas dolori, aut non eſt uerum non poſſe ſimul contraria eidem ineſſe. Neq; q; impoſſibile ſit contraria ſimul eidem ineſſe eſt ſimpliciter uerū, ſed

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ſecũdũ idẽ: nec ſimpliciter uoluptas dolori cõtraria é: non enim omnis uoluptas omni dolori contraria: nõ eſt enim uoluptati, quę eſt ex ſpeculatione, dolor, qui eſt ex ſiti, contrarius: ſed quæ eſt ab eodem uoluptas, dolori, qui eſt ab eodem, eſt contraria: quos & impoſſibile eſt ſimul eidem ineſſe: neq; enim ſimul uoluptate, & dolore affici posſibile eſt ſpeculando q̃ diameter eſt lateri incommenſurabilis. ob id neq; fameſcentem, dum fameſcit, posſibile eſt ſimul uoluptate, & dolore affici: cum tamen dolore ex fame, affectum ſimul ex comeſtiõe uoluptate affici nõ eſt impoſſibile: nõ enim eſt cõtrarius illi uoluptati huiuſmodi dolor: eſt enim dolor in indigentia, uoluptas uero in indigẽtię ipſius medela: idcirco, quouſq; quidem fuerit indigens medela, medelam recipiens, uoluptate afficitur: ſimul autem medela indiget, & eſt in dolore. q̃ enim nõ ab eodem ſit uoluptas, & dolor, manifeſtũ eſt ex eo, quòd qui fameſcunt, non autem cibantur, dolore ſolum afficiuntur, & eò q̃, qui cibantur, minuũt dolorem. hoc pacto indigentia quidem doloris ſola eſt cauſa, repletio uero uoluptatis. Scabioſi quoq;, & ſcalpẽtes, non quia ſcalpunt ſe, dolore afficiuntur, ſed quia iterũ indigent ſcalpore: quemadmodum, & qui cibãtur, quia adhuc indigent, dolore afficiuntur, nõ quia cibent.

Quod nõ eodem modo q̃ ſecũdũ alias ſectas, q̃ ſecũdũ Epicurũ introducũtur colores, vt dicebat Cẽſorinus Academicus, Caput decimũtertium.

QVod non eodem modo ſecundum Epicurum introducuntur colores, ut dicebat quidã eius opinionem adducẽs, & ſecundum alias ſectas. Nam hic quidem in indiuiduis elementis, quæ principia ſupponit omnium, nihil horum dicit eſſe: ſecundum quos autem elementa quatuor, ſecundum hos in elementis ſunt & hi. ideo ſecũdum hos quidem ex præexiſtentibus coloribus fiunt colores quidam: ſecundum quem uero non ſunt in elementis hi, ex non præexiſtentibus eſt ipſorum generatio. quo igitur pacto, ſi ſupponeret quis indiuidua eſſe corpora principia entium, non ſolum habentia figuram, & magnitudinem, & reſiſtentiam, ſed etiam colorem, non eodem modo & ſecundum hunc eſſet colorum generatio (eſſet enim ex præexiſtente colore, & eo, qui in elementis) & ſecundum quem hęc indiuidua elementa non habẽt colorem: ſic, neq; ſi nõ atoma quis elementa diceret, ſed diceret ipſa quatuor, eò q̃ in his ſint & cũ aliis ſimul ipſi colores, neq; hic utiq; ſimiliter Epicuro coloręe introduceret naturam. quemadmodum enim, quę fiunt ex elementis, nullam haberẽt reſiſtentiam, ſi nulla omnino eſſet reſiſtentia in elementis, ita pariter nullum eorum, quę fiunt, colorem haberet, ſi nullus eſſet color in elementis. Quærere autem unde in elementis, igne, & aqua, & aliis fiũt colores, par eſt, ac ſi quis quærat unde in atomis ſunt figurę. Quod uero hęc quidem à nonnullis dicantur eſſe genita & corruptibilia, atomi uero ingenitæ ab his, qui illis elementis utuntur, nihil refert: nam & ſecundum quos elementa hęc genita ſunt, & corruptibilia, ſecundum hos numero genitum habent hęc, & corruptibile, ſpecie uero incorruptibilia, & ingenita ſunt: nã in ſe mutuo mutantur, & ex ſe mutuo fiunt: quare & in hoęe generatione ex præexiſtentibus eſt generatio. quemadmodum ergo alioęe, ita quoq; & ipſorum colorum.

Quod, ſecũdũ quos ſolum honeſtũ bonũ eſt, nullũ Dii hominibus præbẽt bonũ Caput decimũquartũ.

SI Dii hominibus prouident, bonum aliquod eis præbent: omne enim, quod alicui prouidet, bonũ aliquod ei, cui prouidet, adipiſcitur: quẽadmodum, quod nullum bonum alicui adipiſcit, hoc neq; utiq; ei prouidet: atqui ſecundum quos ſolum honeſtum eſt bonum, nihil Dii hominibus acquirunt, ut oſtendam: ſecundum quos igitur ſolum honeſtum bonum, Dii non prouidẽt hominibus. Quod autem nullum hominibus bonum ſecundum prędictos fit hinc eſt manifeſtum. honeſtum in nobis: quod in nobis eſt, hoc ex nobis ipſis poſſidemus: quod à nobis ipſis poſſidemus hoc à nullo alio nobis aduenit: igitur honeſtũ à nullo alio nobis aduenit: ſi à nullo, neq; à Diis ipſis: at uero idem eſt bonum atq; honeſtum: ſecundum quos igitur ſolũ honeſtũ bonum, nullũ hominibus bonũ à Diis aduenit.

Quod, ſi eadem materia q̃ in Diuinis, erunt et illa corruptibilia. Cap. Decimumquintum.

MAteria aut eadem in diuinis, & generabilibus & corruptibilibus, aut altera: ſed ſi quidem eadem, erunt & illa corruptibilia: cũ illa, quibus quod potentia eſt ſubiicitur, hęc ſunt corruptibilia, ut oſtenſum eſt ab Ariſtotele, & in aliis, & etiam in primo de Cœlo: ſi autem alia, manifeſtũ quòd differet ſubiecta materia generabilibus & corruptibilibus ab ea quę diuinis ſubiicitur. ſi autẽ hoc habebit aliquam differentiam ad ipſam: hoc autem modo neq; qualitatibus carẽs amplius utiq; fuerit, neq; ſimplex. An neq; omne, quod ab aliquo differt differentia differt: ſiquidem eſt proprie differentia, qua genus in proprias ſpecies diuiditur. non ens quippe ab ente differt, ſed non quia differentiam habeat: ſed, neque quia differt ab aliquo, iam ob hoc & compoſitum eſt. Verum neque entia ipſa inter ſe, cum prædicamẽtis differant, iam & differentiis different: qa neq; ſub cõmuni aliquo genere ſunt ipſa decẽ genera: oſtenſum eſt enim nõ eſſe genus ipſum ens. Amplius multa entia, eò q̃ non habeãt aliqua, differunt ab habentibus illa, uerbi gratia non habere capillos, aut manus, aut quid huiuſmodi: non habere autẽ aliquid, & eſſe priuatũ non eſt qualitas, Amplius quoq; non omnis differentia eſt qualitas: ſi enim differentia eſt, qua contra diuiduntur inter ſe, quę ſunt ex eodẽ genere, iam utiq; erit cuiuſq; ſpeciei differentia, cuius eſt differentia, ſecundum q̃ eſt eſſe ipſi hoc, cuius eſt declaratiua. At uero omniũ quæ, natura cõſtant, quibus nõ materia ſola eſt ſubſtantia, ſed etiã forma, in his differentia declaratiua utiq; fuerit ſubſtantiæ alicuius, ſed nõ qualitatis: & quæ huiuſcemodi differentiis inter ſe differũt, ſubſtantia, nõ qualitate differũt. quare cũ & ipſa materia ſit ſubſtantia, eò q̃ ipſa in ſubſtantia ſit cõtrariorum receptiua, qui dicit in hoc differre hãc materiam ab illa, non qualitate differre dicet: quoniam ponentes materiam contrariorum eſſe receptiuam ipſam qualitatibus carentem eſſe dicunt: manifeſtum, quòd non dicunt eſſe qualitatem ipſius hoc, quod eſt eſſe contrariorum receptiuam. ſi autem non eſt hoc qualitas materiæ, neq; qui dicunt materiam generabilibus ſubiectam ab eò, quòd eſt in diuinis, ſubie-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

cto differre,eo quòd hoc habét,qualitate ipſam differre dicent.ſi enim cõtrariorum receptiuum qualitatẽ habet,quatenus eſt huiuſmodi, non quia differt hoc habens à non habéte,in qualitate erit:ſed quia in propria natura habet ipſam,quam neceſſe eſt ipſam ſeruare,ſiue ab aliquo differat,ſiue non.

Expoſitio textus dicti in primo Phyſicę Auſcultationis Ariſtotelis,de eo quod contraria oẽs quodã modo principia faciunt. Caput. decimumſextũ.

QVod quidem contraria quodammodo omnes principia faciunt manifeſtum eſt,& hoc merito: oportet enim principia neq; ex ſe mutuo eſſe, neq; ex aliis, & ex his omnia:contrariis autem primis hæc inſunt:ex eo quidem q; ſunt prima, non ex aliis: ex eo uero q; ſunt contraria, non ſunt ex ſe mutuo. Dubitatum eſt,quid nam eſt quod per hunc textum dictum eſt:& cur non ex ſe mutuo contraria:aut non ex aliis & priora. nam & q; ex ſe inuicẽ contraria fiant ipſe paulo procedens dicit.cum enim oſtendiſſet quędam, ſubintulit,ſi ergo hoc eſt uerum,omne utique, quod fit,fiet,& corrumpetur, quod corrũpitur, aut ex cõtrariis aut in contraria,& horũ media:media autem ex contrariis ſunt, ut colores ex albo & nigro: quare omnia, quæ natura facta fuerint, aut cõtraria, aut ex contrariis. Dicere quoq; ipſa prima contraria non ex aliis fieri dubitauerit utiq; quis quo pacto dicitur. quatenus enim prima eſſe cõtraria ſupponitur, non utiq; facta fuerint ex quibuſdam præexiſtẽtibus contrariis: non enim eſſent amplius ipſa prima. Sed quo pacto,niſi hoc fiat,æterna erunt prima cõtraria? aut enim oportebit ipſa inuicem mutari,ut fiat aliqd ex ipſis: ſed hoc pacto non ſeruarentur utiq;,nec ſemper manerent,nec incorruptibilia, nec immutabilia eſſent inter ſe:aut ſi ſemper manerent eadem, nec q; mutationem utiq;,nec per alterationem aliquam fierent, quæ fiunt,ſed compoſitione,& concretione, & diſgregatione primorum inter ſe, & certa quadã poſitione, & ordine: non ſic autem ſe habere ei uidetur. An ex ſe mutuo fieri non dicit ipſa contraria:quia non ſic fieri ex ſeinuicem poſſunt,ut permanentibus:non enim manet unum contrarium ſub altero: uidetur autem omne,quod fit ex aliquo,ut permanente ipſo,fieri,ut ipſe procedens oſtendit, & explicat. ſi autem hoc quidem pacto non fiant ex ſe mutuo, ſed ſecũdum ſubiecti ipſius ſucceſſiue ad utrunq; ipſorum mutationẽ fiunt,nihil uetabit,& prima contraria,inter ſe mutuo hoc pacto mutata, cauſas fieri generationis poſteriori bus. Sed ſi hoc modo mutantur, quo modo manent adhuc perpetua? aut quonã differrét à nõ primis contrariis? etenim mutatio horum mutua hoc modo fit. An differant utiq; prima contraria à non primis. primum quidem,eò q; ex illis,quę fiũt omnia fiunt:nam ex forma quadam, & priuatione quadam, quę ſucceſſiue in materia fiunt, generationes omnium ſunt, & corruptiones:non item & ex albo & nigro, aut dulci & amaro,aut quibuſdam his ſimilibus cõtrariis. Amplius ipſa quidem poſteriora cõtraria etiam inuicem mutantur,eò q; fiant ſucceſſiue in materia, quod habent & prima contraria. ſed & generantur ipſa à principio ex illis:nam per certum quendam habitum, & priuationem eſt humorum generatio,& colorum, & aliorum,quę his proportionantur contrariorum: ex nullo autem immutato priora contraria fiunt: ideo & ętterna ſecundum hoc,eò q; nullum ipſis prętintelligatur primum,ex quo ſit horum generatio. Poterũt quoq; & æterna demonſtrari. non enim ſi ſingulares formę, & priuationes oſtendunt ſucceſſiue inuicem mutari,propter hoc non æterna: ſed ſi ſemper apparreant neceſſario circa materiam utrunq; ipſorum exiſtens,erunt utiq; ętterna habitus,& priuatio: & ſi non hic habitus,neq; hęc priuatio ętterna ſit. Quòd autem neceſſe ſit hæc ſemper eſſe manifeſtum eſt. primũ quidem, ex eò q; materia æterna exiſtens nunquã poteſt eſſe ſine forma, niſi intelligentia tantum. ſecundo,ex eo q; ipſa eſt potentia oppoſita & contraria, eò q; non poſſit ſimul eſſe in contrariis actu, neceſſe eſt,cum alterum contrariorum ei affuerit,potẽtia alterum eſſe: quod autem eſt in potentia,tunc eſt in priuatione illius,ad quod eſt in potentia:neceſſe eſt materiam ſemper eſſe cum forma aliqua & priuatione:ſi autem ſemper cum utriſq;:& nunquam eſt,quando ſumpta materia,aut omnia,quę poteſt,ſimul actu erit,aut omnia quæ poteſt,potentia,nullum autem eorum, quę poteſt,actu:nihil enim utiq; ipſa eſſet: neceſſe eſt prima contraria æterna eſſe.

Quod non ſit forma in materia,vt in ſubiecto. Caput decimumſeptimum.

SI aliqua forma alicuius eſt in ſubiecto, aut eſt in materia prima in ſubiecto,aut in corpore,cuius eſt forma,aut in corpore,quod in hoc mutat̃. Sed neque in prima materia poſſibile eſt,ut in ſubiecto,eſſe, quia neq; à principio ſupponitur talis materia actu ſed indiget ad exiſtendum ipſa forma:neq; enim materiam ſine forma poſſibile eſt ſubſiſtere, neq; formam ſine materia: utraq; enim ipſarum altera indiget ad eſſe actu,& ad exiſtere:oportet autem id, in quo eſt aliquid, ut in ſubiecto, ipſum eſſe primum actu, nihil adiutum ut ſit id, quod ſubiicitur,ab eo quod eſt in ipſo ſubiecto.Sed neq; in corpore,in quo eſt,& cuius eſt forma poſſibile eſt in illo eſſe, ut in ſubiecto: eſt enim pars huius ſiquidem ſecundum hanc eſt eſſe illi. Sed neq; in corpore,quod in hoc mutatur, utiq; fuerit:quia neq; illud eſt,quod a principio,ſed eſt corruptũ: mutatio enim corporum ſecundum formas eſt corruptio.nullam itaq; formam materialem,& alicuius exiſtentem poſſibile eſt eſſe in ſubiecto. Si autem hoc forma quoq;,& anima animati corporis,neq; ipſa utiq; fuerit in ſubiecto,nam neq; in animali: eſt enim pars animalis principaliſſima ipſa anima: neq; in corpore,quod in animatum corpus mutatur:quomodo enim in corrupto? nam corruptio in illo eſt facta mutatio in animatum corpus.omninoq; impoſſibile eſt animam in aliquo eſſe,quod animam nõ habet.quod autem ab initio non eſt in aliquo,neq; utiq; in ſubiecto ipſo fuerit. ſi aũt,in quo eſt qdé corpore,forma illius eſt,& pars:in quo auté ab initio nõ eſt,nec in ſubiecto illo erit:nõ erit utiq; aĩa in ſubiecto aliquo.

Quod non poſſibile eſt mundum eſſe Dei voluntaté incorruptibilem,ſi ſui natura corruptibilis ſit. Caput decimumoctauum.

POſſibile aut eſſe,aut factum iri de his prædicatur proprie, quę contingunt,& non eſſe, & non facta iri hæc quę dicuntur poſſibilia aut eſſe, aut facta

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

iri: siquidem dicimus posſibile eſſe, quod poteſt eſſe, aut factum iri, cum non eſt impeditum. non enim omnino ex eo, ꝙ factum eſt ipſum posſibile iudicatur, ſed ex eo, ꝙ ipſum non impeditum ſit factum iri: posſibile enim eſt nihil minus, quod non impeditur ab aliquo caſu factum iri, ad quod aptitudiné habet, & ſi non fiat. poteſt enim Dion grammaticus factus iri, quouſqꝫ fuerit, & ſi non fiat, niſi ipſum poſſe grammaticum factum iri fuerit impeditum. ſi autem huiuſcemodi, manifeſtum ꝙ uerificabitur utiqꝫ posſibile factum iri hoc aliquid, in quibus posſibile fuerit idem hoc & non factum iri. quod autem ex neceſsitate aliquid aut eſt, aut fit, hoc non eſt uerum dicere poſſe factum iri, niſi quis posſibili utatur pro neceſſario: & imposſibile quod fit tale, quia eſt impeditum, & cadens à posſibili propter impediẽtem ipſum factum iri caſum. hoc igitur posſibile ſecundum ſui naturam in his utiqꝫ fiet. & dicetur, quę ut fiant, & non fiant, ex propria natura præparationem, & aptitudinem habent. idcirco palea quidem, quam posſibile eſt combuſtã iri, & non cõbuſtam iri, imposſibile eſt combuſtam iri, ſi in atomum redacta fuerit: & lapillus, qui uideri poteſt, pariter & non uideri, fit imposſibilis uideri, quando in profundo extiterit: eò ꝙ impedita ſit ad actum ueniſſe aptitudo ad alterum eorum, quę poterat. diametrum uero eſſe lateri cõmenſurabilẽ non item eſt imposſibile, quia ſit impedita: à principio enim recipere non poſſe dicitur hoc, quod ſit lateri commenſurabilis: ſed ipſam incommenſurabilem eſſe dicentes, cõmenſurabile de ipſa imposſibile prædicamus. Ipſum quoqꝫ diuinum ex neceſsitate incorruptibile eſſe dicentes, imposſibile eſſe dicimus ipſum ſui natura corruptum iri. Cum ergo duplicia ſint imposſibilia, illa quidẽ natura, hæc uero qa impedita ſunt: & natura quidem imposſibilia ſint hæc, quibus ineſſe ipſis oppoſita ex neceſsitate ineſt: ex eo autem ꝙ impedita ſunt hęc, quę habentia ad hoc ut fiant naturalem aptitudinem, ab aliquo in ipſis caſu impediuntur: & cum ſolum imposſibilia fieri posſint ex impediméto alicuius contingentium, aut posſibilium: quoniam potentia erant, nõ autem ex neceſsitate: ſiquidem mũdus, genitus exiſtens, potentiam habet ut corrumpatur, & nõ corrumpatur, poterit ab aliquo impeditus corrumpi, factus imposſibilis ad corruptionem. ſi autem eſt ex neceſsitate, & in natura cuiuſqꝫ, quod generatur, corruptum iri, ex neceſsitate utiqꝫ inerit omni, quod generatur, oportere ipſum corruptum iri: cui autem ineſt ex neceſsitate ipſum corruptum iri, hoc non poteſt non corruptum iri: quia ad æternitatem ſui natura peruenire non poteſt: quare & mũdus corruptilis exiſtẽs ex neceſsitate, ſiquidem & genitus, ſui natura æternitatis minime eſt capax: quod autem hoc modo æternitatis minime capax eſt, ſecundum ſui naturam ętternitatem accipere nõ poteſt: quod autem eſt hoc modo imposſibile, cum omnibus ſit imposſibile, etiam ipſis Diis huiuſcemodi fuerit. neque enim quod ex neceſsitate ineſt alicui, ineſſe ei posſibile eſt vnquã impeditum iri, & nõ eſſe hoc modo inexiſtens: neque quod imposſibile eſt ineſſe posſibile eſt inexiſtens factum iri: ſola enim illa ineſſe quibuſdam impediri poſſunt, quæ & habendi ipſa, & non habẽdi naturalẽ habent facultatem, quæ etiam abſqꝫ impediméto poſſunt in illo non facta iri. ſed quę ex neceſsitate ad quædam ſequuntur, non poſſunt hęc impediri, quin futura ſint: erit enim hoc modo ſimul quod fit, & quod non fit: quod fit quidem, quia neceſſariũ erat factum iri: quod non fit autem quia erat impeditum: hoc autem eſt imposſibile: imposſibile eſt igitur & quod corruptibile eſt à corruptione prohiberi: quia neceſſarium eſt corruptibili ipſum corruptum iri, & ipſum non corruptum iri imposſibile: erit enim hoc pacto ſimul corruptibile, & non corruptibile. Quòd autem imposſibilia ſui natura etiam Diis ſint huiuſcemodi, etiam Plato ipſe teſtatur per ea, quæ dicit. Sed neqꝫ aboleri mala posſibile eſt ò Theodore: cõtrarium enim aliquid bono ſemper eſſe neceſſe eſt: neqꝫ illa apud Deos locum habere, ſed mortalem hanc naturam, & hunc locum circũuagari neceſſe eſt.

Quomodo eadem potentia ſimul contrariorum eſſe dicitur. Caput decimumnonum.

EAdem potentia cõtrariorum eſſe dicitur, nõ quia posſint ipſa contraria circa id, quod ipſorũ habet potentias ſimul fieri, hoc enim eſt imposſibile, ſed quia non hoc modo ſe habet, quod habet, contrariorũ potentias, ut primo debeat hoc contrariorum recipere, poſt uero hoc, hoc: in omni enim tempore contingit quod in neutro contrariorum eſt in quouis ipſorum factum iri, & non determinate in hoc: idcirco & dicitur ſimul habere contrariorum potentias. Contingere enim, quantum eſt in natura cõtraria recipientis, quãdo alterum in ipſo fit, nihil minus loco huius alterũ in ipſo factum iri, cauſa eſt huius, quòd ſimul ipſorum potentias habet: nam penes ipſorum agentia hoc primum contrariorũ in utroqꝫ receptiuo fit, eò ꝙ hoc ſit pręſens, non eò ꝙ habeat talem habitudinem ad ipſum, aut cum ualidiori potentia ipſum moueat. ſi enim non ſimul potentias ipſorum haberet, ſed in alio, & in alio tempore, imposſibile utiqꝫ eſſet aliquando hoc aliquod contrariorum ipſum recipere, cum ſic alterũ ipſorum in ſe eſſe pręaſſumpſiſſet, & ſi neutrum adſit, & ſi adſit ei effectiuum, eò ꝙ non habeat tunc potentiam ipſum recipiẽdi. ſi autem nullum eſt tẽpus, in quo receptiuum contrariorum ęqualiter impeditum ſit aliquod ipſorum habere: nã tunc ſolum alterum ipſorũ impeditur in receptiuo factum iri, cum ab altero receptiuum ipſorum fuerit præoccupatum, eò ꝙ imposſibile ſit cõtraria ſimul inuicem coexiſtere: nihil tamen impeditum eſt, quantum eſt ex natura receptiui, corrumpi ipſum pręexiſtẽs, eò ꝙ receptiuum potentiam habeat huius, quod effectiuũ in ipſo fiat: etenim quando eſt in altero cõtrariorum, tunc habet potentiam quòd mutetur in alterum: ſi enim non haberet quod eſt in altero contrariorum potentiam, ut mutaretur in alterum, maneret utique in altero, cũ imposſibile eẽt amplius in hoc mutari: ſi autem mutatur, manifeſtum ꝙ, eò ꝙ habet potentiam ut recipiat, & mutetur, mutabitur utiqꝫ omne in ipſum. uerum & exiſtentis in ipſo contrarii habet potentiam non enim, quod non poteſt eſſe in ipſo, eſt in ipſo: quãdo enim potentiã habet alterius cõtrariorũ, tũc habet & alterius: quare ſimul quidẽ utrorũqꝫ: & quando alterius etiã alterius: & ſi alterũ præaſſumpſerit nihil minus quantum eſt ex natura ſuſceptiui, cum potuiſſet etiam hoc præaſſumpſiſſe, fit horum,

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

quorum habet potentiam, hoc quidem habens, illud uero habiturum.

Quamobrem ęstate sumus somnolentiores, si somnus est propter cōnati nobis calidi ad intra retrocessionem. Cap. vigesimū.

SI somnus est propter cōnati nobis calidi ad intra retrocessionem, æstate uero retrocesit magis calor ad exteriora: propter quid ęstate somnolentiores sumus, cum somnus fiat eò q̄ occupetur à delata à capite ad ipsum pectus euaporatione calidum nobis cōnatum? huiuscemodi enim ibidem contractio causa est segnitiei ipsis sensibus: quę detentione caloris circa pectus fit, quousq̄ delata euaporatio, cum sit dēsa, ab occupata ab ipsa caliditate, quæ tota est ibidem simul correpta, concocta sit, & attenuata disgregata fuerit: & hęc est naturalis causa somni, & eius qui in hyeme, & eius qui in æstate fit: sed hyeme quidem, eò q̄ à continente nos aere frigido existente infrigidetur superficies ipsa, non similiter connatum nobis calidum ad ipsam affluit, & in ipsa diffunditur, sed est interius circa ipsum pectus, & cor amplius congregatum: idcirco à delata euaporatione non similiter uincitur: & cum deuictum est, copia ipsa celeriter concoquit, & attenuat uaporem ipsum occupantem: idcirco nec faciles sunt hyeme somni, nec diuturni: æstate uero propter superficiei raritatem, quæ fit à caliditate aeris continentis, cum connatum nobis calidum ad ipsam ferat amplius, & exhalet, minus est & circa pectus, & cor: idcirco, cum à delata euaporatione uincatur, & occupet facile, nec item possit similiter ipsum disgregare, & attenuare ob paruitatem, cū ad longius tempus ab ipso uincatur, causa fit, ut ęstate nobis sint ampliores somni. Fortasse autem & noctium breuitas maiorem prębet apparentiam q̄ uideamur æstate plus dormire, eò q̄ ipsius diei aliquid occupemus. Fueritq; etiam ob impotentiam sensoriorum, quæ fit à continente nos ęstatis caliditate copiosior, qui fit æstate somnus. cum enim ipsa sicciora fiant ab extrinseca caliditate, & ob hoc operari non possint, deferuntur in somnum: cum proprium & innatum ipsis calidum imbecille sit ad actionem: eò q̄ uincatur ab extrinseco calido maiori existente: quod & lucernarum lumen à lumine ipsius diei pati uidemus.

In quo prædicamēto sit motus. Cap. vigesimū primū.

MOtum, si quis non reciperet in quantis, eò q̄ ipse in prædicamentis nō poneretur inter quanta, diceretur utiq; esse ad aliquid: cuicunq; uero, cum sit motus, ineſt esse ad aliquid, esset utiq; passio. si enim moueri est aliquid pati, passionis autem prędicta patiens patitur, & quod mouetur motus præsentia mouetur, motus utiq; passio esset: passio uero est qualitas: tertia enim qualitatis species passiue qualitates, & passiones: imperfectus igitur actus, cum sit passio, esset qualitas: perfectus quoque actus etiam sub aliquo esset prædicamento. Aut si huiusmodi actus, & perfectio est forma: formarum uero illę quidē sunt naturales, hæ uero artificiales: & sunt naturales quidem formę substantiæ, artificiales uero qualitates: erit utiq; & actuum hæc differentia. sunt autem & ex naturalibus formis qualitates, quæcunq; non ad substantiam subiectorum conferunt, sed ut talia sint. Quid igit oportet dicere ipsum lumē esse: cum & ipsum sit actus perspicui quatenus est perspicuum. An si nō natura perspicui forma ipsum lumen, neq; eius substantia aliqua fit: nō enim simul est cum perspicuo, neq; est in substantia eius: sed ex præsentia alicuius in ipso fit, & propter habitudinem alius ad aliud: erit & ipsum passio quędam, quę fit per habitudinem, & præsentiam alicuius in pspicuo, quod est colori proportionale, ut etiam Aristoteles dixit: velut enim colorem dixit lumen ipsius perspicui.

An quod mouet super aliquo. secundū priorē eius partem prius moueatur. Cap. vigesimū secūdū.

SI quod mouetur super aliqua magnitudine, secūdum priorem eius particulam prius mouetur: propter hoc enim in tępore est omnis motus, quia non potest quod mouetur super toto subiecto totum simul motum iri, sed oportet illud quidem ipsius prius pertransire, hoc uero posterius: si itaq; hoc est, & secundum priorem partem magnitudinis primo mouetur quod mouetur, si in infinitum in magnitudine est ipsum prius, omne quod mouetur per infinita mouebitur, & omne motum quantouis spatio per infinita priora, & infinitas particulas motum erit: sed pertransiri non possunt infinita: aut igitur non in infinita est sectio continuorum, aut non secundum id quod prius est, fit prius motus. An fit quidem secundum priorem partem magnitudinis prius ipse motus: ita tamen secundum priorem particulam, ut ęst in continuo, illa quidem particula prior, hæc uero posterior: non enim aliter quid est in illo, aliter uero id, quod mouetur pertransit assumens aliquid. Quo modo ergo est in continuo prior, & posterior particula: nunquid actu? An nihil utiq; esset continuum, si essent partes eius diuisæ, & actu in toto, eò enim q̄ in diuisibilis est magnitudo (intelligentia enim diuisa erat) hoc est continua. Si enim esset actu diuisa, neq; ipsa utiq; eēt aliqua una magnitudo, nec motus unus. si autem non sunt actu particulę, quę sunt in toto, relinquitur potentia ipsas esse in toto, & continuo: & prius itaq; & posterius erunt in continuo potentia, non actu: & etiam quod mouet super ipso sic secundum prius mouebitur, ut est etiam in magnitudine: potentia autē est in magnitudine: sic igitur & ipsum super ipsa mouebitur. hoc autem faciet, si non ut diuidens ipsum moueatur, & actu faciens primum aliquid in ipsa, & secundum. si autem hoc modo mouetur, quando motum fuerit super magnitudine, ut habebat magnitudo priora in infinitū, sic & ipsum motum erit per ipsa: potentia autem habebat illa priora in infinitum, & hoc potentia in infinitum priora pertransibit: quod non erat impossibile: non enim ponebatur quæ infinita potentia pertransiri non posse, sed quę actu: diuidit autem & qui uult numerare priora, quę pertransit ipsum mobile.

Cur si corruptibilis est terra, nō cōtigit ipsam et simul quandoq; corruptam iri. Cap. vigesimū tertiū

SI corruptibilis est terra, cur non contingit & ipsam quandoq; simul quandoq; corruptam iri? Si contingit hanc glebam corruptam iri secundum hoc iugum, & sic percurrentibus in quacunq; parte terrę uerum est contingere ipsam corruptam iri: si autem hoc, contingeret utiq; non esse terram, quod

est

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

est impossibile: neque enim esset mundus, si auferretur id, circa quod ei latio. An non sequit ad id, quod est uniuersam terram corruptam iri, & id quod est simul: hoc enim est impossibile: si enim omnia per motum cœlestium ex aliquo in aliud quid mutatione fiunt, sic & ex alio quodam in terram. Et in hominibus quoque eadem ratio est: non enim si omnes corruptibiles, & simul omnes. qui autem ex inductione demonstrat, ex eo quòd unus, unumquenque demonstratorum posse cras corruptum iri, & omnes simul contingere cras corruptos iri, non recte sumit: etenim si sumeret omnes, quos commemorauit, cras cunctos simul esse corrumpendos, non iam & omnes sumpsit, cum non omnes commemorarit. præterea neque quos commemorauit, sic sumpsit, ut cuncti simul possint cras corrũpi: sed ut unus, unusquisque, idcirco non concludet omnes comprehensim, sed omnes, ut quenuis ipsorum. ut in diuisione in infinitũ, & nndequaq; undequaq; enim sectile est ipsum continuum, nõ quia simul undequaq;, sed quia in quocunq;. Fortasse autem neque similiter terram necesse est esse, & hominem ipsum: sed terram quidem simpliciter necesse est esse, hominem uero ex suppositione: propter hoc enim non simpliciter necessaria est propositio dicens, hominẽ ex necesitate animal esse, sed cum determinatione illa quousque fuerit homo.

Expositio textus ex primo Physicæ auscultationis Aristotelis, in fine dicti, per quẽ dicit inuentã materiam soluere etiam antiquorum dubitationes. Cap. uigemũquartum.

DIfferant demonstrationes duæ dictæ in primo Physicæ auscultationis in fine libri, per quas, cũ dixisset & de materia, & priuatione, dicit inuentam hanc materiam soluere etiam antiquorum dubitationem, per quam auferebant generationem & corruptionem: eò quòd oporteat, quod fit aut ex ente, aut ex non ente fieri: sed nec ex ente posse, præexisteret enim quod fit, si quidem quod fit nondum est, quod autem ex ente fit ex eò quòd prẽcedit esse utiq; diceretur: neque ex non ente esse, eò quòd nihil ex non ente fiat. Quas igitur dubitationis huius solutiones dixit. sunt. Illa quidem per id, quod est per se & per accidens, aut ens aut non ens. Hæc uero per id, ꝙ est esse potentia, & actu, sunt autem hæ. siquis materiam cum assumpserit, dicat, ex hac per se quidem existente, per accidens uero non existente fieri, quæ fiunt: & similiter ex hac rursus fieri, quæ fiunt, potentia quidem existente, actu uero non existente: per se quidem existente in sui natura, est enim ens quoddam ipsa materia: per accidens uero non existente, quia priuatio, quæ est per se non ens ipsi existenti accidit: nõ enim aliter ex materia possibile est aliquid factum iri, nisi accidat ei priuatio eius, quod est generandum: & potentia quidem existente, quoniam potentia est materia hoc quod fit, actu uero non existente, quoniã nondum est, quod fit, non enim fieret. Ipse etiam differant inter se: eo quòd, prima quidem ab eo, quod generationi subiicitur, & præexistit natura, facta est: huiusmodi enim est materia sui natura, ex qua fit, existens quidem aliquid sui natura, non existens autem ex priuatione sibi accidente. Secunda vero ex habitudine ipsa, quæ est ad id, quod generatur: eò enim quòd possit fieri id, in quod mutatur, nondum autem sit in hoc, generatur ex ipsa id, quod generatur: si enim esset iam in ipso, non utique generaretur: uel si non esset quidem, sed esset impossibile in ipsum mutari: nullum enim impossibile fit. eo igitur, quòd possit quidẽ in id, quod generatur, nondum autem in ipsum sit mutata, hoc quod generatur, ex ipsa generatur. inest autem ei posse quidẽ ex propria natura: est enim in hoc ei esse materiæ, nondum autem actu esse à priuatione. potest etiam quis in prima solutione ea, quę dicta sunt diuidere: ut hoc quidem ipsius de priuatione dictum esse dicat, illud uero de materia: cum enim priuatio quidem sit per se non ens, per accidens uero ens, quia accidit ipsi materiæ, quę est ens: materia uero per se quidem existat, per accidens uero non existat, quia priuatio ipsi, cum sit non ens, accidit: solutentem antiquorum dubitationem posse dicere, & ex non ente simpliciter fieri, quæ fiunt, & ex ente simpliciter: & seorsum quidem neutrum ipsorum sufficere ad alicuius generationem. neque enim non ens simpliciter, quoniam nihil ex sic nõ ente fit: neque ipsum ens per se, iam enim esset. utraque uero fieri generationis causas: sed non ens quidem, & priuationem non per se: alioqui ex hoc fieret, si permanens mutaretur in contrarium sibi: hoc autem impossibile: non enim possibile est permanere, & subiici alicui, quod sui natura non ens: neque contrarium alicui potest seruatum sui contrarium recipere: per accidens uero, quod generatur ex hac generatur, eò quòd ex quo fit (fit autem ex materia) illi priuatio ex necesitate accidat: & hoc modo generatio quidem ex non ente per se: quatenus enim ens quodammodo, huiusmodi autem, quia enti accidit. Ex materia uero fieri quidem quę fiũt per se: cum enim sit ens secundum sui rationem, & permanet, & seruans sui ipsius naturã recipit eius, quod generatur, formam: ad quam mutationem priuatio ipsa eius, quod generatur, confert, prẽexistens, & accidens ei: omnia enim, quę fiũt ex materia, generantẽ per mutationẽ ex priuatione, in quę generantur. idcirco neque priuatione, & non ente per se est generatio: quatenus enim ens quodammodo, eò quòd materię, quæ est ens, accidit: neque ex materia & ente per se: siquidem, quatenus est priuatio, ipsius in formam mutatio.

Quædam conferentia ad ea, quę de prouidentia. Caput uigesimumquintum.

SVbstantiarum secundum Aristotelem quædam est incorporea, & sine corpore forma, quædam immaterialis, & separabilis, actus quidam existẽs, ab omni potestate seiunctus, quam substantiam, & intellectum uocat: intellectum autem secũdum actum: semper enim intelligentem: & intelligentem id, quod est optimum inter entia: hoc autem ipse est. seipsum itaque hic intellectus intelligit. maxime enim intelligibile maxime intellectus intelligit: maxime uero intelligibile forma sine materia: sui enim natura est huiusmodi substantia intelligibilis: materiales enim formę intelligibiles quidem sunt, sed non sui natura, immo nec per se: sed intelligens ipsas intellectus ipsas facit intelligibiles, seiungens ipsas à materia intelligentia, & ut per se existentes accipiens: forma uero ab om

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ni materia, & omni poteſtate ſeiuncta, ſui natura eſt proprie intelligibilis: atqui huiuſcemodi ſubſtantia prædictus intellectus eſt: idcirco ſeipſum intelligit: etenim huiuſmodi ſubſtantia, nihil habens poteſtate, ſemper actu eſt intelligibilis. eſt autem actu intelligibile, quod ſemper actu intelligitur: quod ſemper actu intelligitur id porro fuerit, quod intelligitur ab intellectu æterno, & actu: tale uero erat prędicta ſubſtantia, prima ſubſtantia, primusq; intellectus, & primum intelligibile, & intellectus ſemper intelligens, & in hoc eſſentiam habens. omnis enim intellectus, cum operatur, ſeipſum intelligit: eò quòd, cum operatur, fit quodammodo idem ei, quod intelligitur: ſiquidem apprehenſione eius, quod intelligitur, fit ipſa intellectio: formam uero accipiens eius, quod intelligitur, fit quodammodo ipſum, quod intelligitur. dixi autem quodammodo: eò quòd in quibus quod intelligitur eſt materiale, in his nõ ſimpliciter intellectus intelligés fit ipſum, qđ intelligit: eò q; nõ accipit formã cum materia: in quibus autem, quod intelligitur, eſt forma à materia ſeiuncta, in his intellectus intelligens fit ſimpliciter idem ei, quod intelligitur. quando autem affuerit & ipſi intelligenti intellectui, & ipſum eſſe per ſe, tunc undequaque fit ſeipſum intelligens: maximeq; ſi huic, quod eſt eſſe & à materia ſeparabile, & intelligibile per ſe, affuerit nihil eſſe aliud præter ipſum intellectum. nam in materialibus ſpecie eadem, non numero fiunt, quę eadem forma communicarunt, à materia numeralem habentia differentiam. quæcunque uero eadem exiſtentia formæ immateriales ſunt, hæc non ſpecie ſolum, ſed etiam numero eadem ſunt: unum enim numero ſunt omnia, quemadmodum compoſita punta, & lineæ, & ſuperficies. & huiuſmodi quidem eſt, ut breuibus oſtendamus, prima, & incorporea, & immobilis, & æterna ſubſtantia: poſt illam uero diuinum corpus, circulo uerſatile, animatum, & quod per animam mouetur. Et quoniam omne, quod per animam mouetur, deſiderio alicuius, aut auerſione mouetur: cum & corpus circulo uerſatile per animam moueatur motu tirculari, qui ſolus omnium motuum æternus eſt, & continuus, & regularis: proculdubio & hoc alicuius deſiderio mouebitur. uerum, ſi omnis corpora ſubſtantia poſterior eſt corpore illo, nullius harum deſiderio poſſibile eſt ipſum moueri: relinquitur igitur ut primam, æternam, immobilemq; ſubſtantiam deſiderans æterna circunlatione moueatur. eſt autem ei deſideriũ non apprehendẽdi ipſam, ſed ut aſſimiletur ei inquantum poteſt. aſſimilatur autem ei per motum, æternitate, & ſimilitudine, & regularitate motus: quieti enim aſſimilatur quodammodo circunlatio, quæ ſemper circa eadem, & eodem modo ſe habet. pręterea & aſſimilatur perfecto, & quantum poteſt unumquodque eorum, quę aſſimilantur, eſt ei perfectio: eſt autem perfectio corporis circulo uerſatilis huiuſmodi circunlatio. Cum autem ſint plures ſphærę Diuini corporis, prima quidem, & extima ſimplici, & uno motu illius ſubſtantię deſiderio mouetur, poſteriores uero ſeptem mouentur quidem, & harum unaquæque deſiderio, & appetitu alicuius ſubſtantię, qualis, & quæ ante ipſas: non tamen hoc ſolo mouentur: ſed ex ſe ipſis mouetur ſingula, quo mouetur, & circunfertur, econtrario illi: eo quod poſitionem, & ordinem talem habeat: mouetur autem & ſecundo motu, cum à prima circunferatur eodem illi. Bini autem his cauſa motus: quia oportet quidem eſſe aliquod aliud corpus, præter æternum, & diuinum, quod eſt generabile, & corruptibile: quoniam ad æternam ipſis circunlationem confert etiam huiuſmodi corpus. non poteſt autem huiuſmodi corpus ſpecie æternum manere, niſi illorum uariis motibus gubernetur. Cum autem hęc hoc modo ſe habeant, ſi quis uelit dicere prouideri omne id quod propter aliquid, & ab aliquo, quouiſmodo mutationem habet, & motum: fuerit utique omnis corporea ſubſtantia, & ęterna, & generabilis, & corruptibilis à prima ſubſtantia æterna, immobili, & incorporea proſpecta. Si quis autem hæc ſola prouideri diceret, quorum gratia, quod ipſis dicitur prouidere, actu quibuſdam actionibus mouetur, ſolum ſublunare corpus ſecundum Ariſtotelem prouiſum eſſet. hoc autem eſt materiale, & generabile & corruptibile: quoniam gratia ordinatæ huius mutationis, & permanentiæ ſecundum ſpeciem ęternę ponuntur moueri corporis circulo uerſatilis poſt primam, quæ & firmamentum uocatur, ſeptem ſphęræ motu ſecundo. cum enim indigerent generabilia, & corruptibilia uario motu, non poterant eodem modo ſe habentia diuina omnia ſimul quidem generationis, ſimul quoque & corruptionis ordinatę cauſa inferioribus fieri: ob quas generationes & corruptiones, cum ita fiant, manent & hæc æterna ſecundum ſpeciem, manente quodam & in illis uario motu.

Quomodo forma iam in materia, per ſe ne, an per accidens. Caput vigeſimumſextum.

QVomodo forma in materia, per ſe ne, an per accidens? Si quidem dicat aliquis in materia generari formam per ſe, erit in ſubſtantia materiæ forma per ſe, ſi quod per ſe ineſt alicui eſt in ſubſtantia eius. ſed ſi hoc, corrumperetur utique materia, cum corrumpitur forma. An & in ſubſtantia materię eſt ipſa forma? non enim poſſibile eſt materiam eſſe ſine propria forma: ſed corrupta forma, aut ſeiuncta, non eſt poſſibile amplius illam materiam eſſe, cuius illa erat forma, ſed ſimul eſt: quapropter, ut ſit materia, confert ei pręſentia formæ. per ſe igitur ineſt forma materiæ, ut quod in ſubſtantia eius eſt, quemadmodũ & animali homo, & omni quod in ſubſtantia ipſius eſt, quod per ſe ipſi ineſt. Pręterea non erit in ſui natura habens formarum receptiuum, ſed ipſas formas. Amplius ſanè ſingula materia omnes ſimul habebit formas, quod eſt impoſſibile: eſt enim contrarietas in formis materialibus, ut in elementis uidemus: ex quo manifeſtum eſt, quòd non omnes in eadem. Amplius ſi omnes eadem haberet, non eſſet ſecundum generationem mutatio: ſi autem alia aliam, incorruptibilis eſſet unaquęque res materialis: ſi autem corruptibilis eſſet, & materia unà corrumperetur: oſtenſa eſt autem eſſe æterna. Sed neque, ut accidentia materiæ, ſunt formę in ipſa: erunt enim in ſubiecto ipſa: & aut ſubſtantia exiſtentia accidentia erunt, quod eſt abſurdum: aut ſi accidentia fuerint, & de natura

acccidentium

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

accidentium, erit ſubſtantia compoſita ex materia, & accidente: ſic autem non erit compoſita ſubſtãtia ſimpliciter ſubſtantia, ſed quemadmodum unumquodque eorum, quæ fiunt ſecundum artem. Amplius ſiquidem materia poſſet eſſe ſine forma, poſſet utique in ſubiecto, ipſa eſſe ipſa forma: ſi autem ipſa ſubſiſtit cum forma, & eſt in ſubiecto ipſa, quæ fit forma, utpote quæ eſt ſimul cum forma, & ſubſiſtit, & iam eſt in corpore, aut erit in illo corpore habente formam, ex quo materia in hoc mutatur: quod eſt impoſsibile: quomodo enim posſibile in eo, quod corrumpitur per mutationem in hoc, dicere eſſe hanc, quam non eſt posſibile, ſi illud ſeruetur, fieri in ipſa? aut in habente hanc formam, in quam eſt mutata: ſed neque hoc eſt posſibile, cum hoc quidem corpus ex materia, & hac forma eſſe habeat: nihil autem ipſum ſibiipſi accidit: & id eſt in ſubiecto, quod non ut pars eſt in illo, in quo eſt: forma uero pars eſt huius ſubiecti. Nunquid igitur ſic eſt accidens in materia forma, & in ſubiecto ita per ſe, ut dicuntur per ſe ineſſe alicui, quæ in ſubſtantia ipſius ſunt? ſed quia eſt & alius modus ipſius per ſe, de quo & Ariſtoteles, & Theophraſtus in Poſterioribus reſolutoriis meminerunt: hic autem eſt ſecundum quem dicebatur per ſe ineſſe alicui, cuius in definitione id, cui ineſt, aſſumitur: quo modo per ſe impar numerus, & par inſunt numero: utrunque enim ipſorum definientes numero utimur in definitione ipſorum dicentes, imparem numerum eũ, qui in inæqualia diuiditur, parem uero numerũ, qui in æqualia diuiditur: uidetur enim, & in ratione materialis formę materia aſſumi, in qua eſt: cuilibet enim rei materiali ſecundum formam eſt ratio: nam ſecundum hanc ipſi eſt quod quid erat eſſe. atqui & de ipſa materia neceſſe eſt meminiſſe: etenim carnis, & oſſis, quin & manus, & faciei rationes huiuſcemodi. animam quoque definientes, quæ eſt forma materialis, in eius definitione, & id cuius eſt, aſſumimus: hoc enim ſignificat à corpore phyſico, organico. & quemadmodum in numeris non omnis numerus eſt impar, nec omnis numerus eſt par: omnis tamen par numerus, & omnis impar ſimiliter numerus: ſic quoque & in forma, & materia: non omnis quidem materia eſt cum haccine forma: omnis tamen materialis forma eſt in materia. & quemadmodum in illis non aboletur numerus, niſi in mutatione in par, aut impar: par uero & impar in ipſo ſucceſsiue corrumpuntur mutatione in ipſas ſpecies, ſiquidem ſpecies ſucceſsiue corrũpuntur mutatione in ipſas ſpecies, ſiquidem ſpecies ſucceſsiue corrumpuntur: ſic & materia non abolетur in mutatione in formas, formæ tamen ſucceſsiue corrumpuntur ex materię in ipſas mutatione.

CAPITA SECVNDI LIBRI.

Sequi ad eos qui & magnitudinem, & tempus ex indiuiſibilibus componunt, omnia quę mouentur per indiuiſibile, æque uelociter moueri. — Caput primum.

Expoſitio textus in primo de Anima Ariſtotelis, dicti ad interemptionem huius, quo'd anima ſit per ſe mobilis. eſt autem textus hic. — Caput ſecundum.

Quęnam ſit à motu Diuini corporis ingenita uis uicino ipſi corruptibili, & generabili corpori. — Caput tertium.

Quod ſi hoc in nobis, cuius oppoſitum in nobis, neque ipſum in nobis, neque quod in nobis, in nobis erit. — Caput quartum.

De hoc, quo'd & id, quod in nobis, fato eſt. — Caput quintum.

Quo pacto erit inmobile ſecundum Ariſtotelem primum mouens: ſiquidem, ut ipſe dicit, ſingulum eorum, quorum eſt opus, gratia operis eſt: Dei autem operatio eſt immortalitas: hæc autem eſt uita ſempiterna: quare neceſſe eſt Deo ineſſe æternum motum. — Caput ſextum.

Quid erit materia, ſi à priuatione quidem habet quo'd ſit non qualis, & non figurata, à forma uero, quo'd qualificetur, & figuretur. — Caput ſeptimum.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

Quo pacto non definiuit idem per idem, qui Animam definiuit actum corporis, physici, organici, potentia uitam habentis. Caput octauum.
Quomodo anima non sit ad aliquid, si actus est talis corporis. Caput nonum.
Quo'd anima non est seipsa mobilis. Caput decimum.
Quamobrem, quod generatur, cum ex priuatione mutatur, simul ex suo contrario mutatur, si non sunt idem priuatio, & contrarium. Caput vndecimum.
Per id, quo'd corpora in scipsa contrahantur, non monstrari corpus per corpus permeare. Caput duodecimum.
Aduersus Platonicos, qui ex triangulis figuras, & formas corporum dicunt componi, non ipsa corpora. Caput decimũtertiũ.
Si communia sunt notiones, notiones uero non sunt corpora, neque ipsum commune erit corpus, etiam si sit notio communis corporis: nec definitio est corporis definitio. Cap. decimũquartũ.
Quo pacto dicimus eandem potentiam simul esse contrariorum. Cap. decimũquintum.
Quo pacto non eodem modo, ac artes coniecturales, etiam aliæ artes finem habeãt, omnia scilicet, quæ apud ipsas, facere, ut propositum assequantur. Cap. decimũsextum.
Quo'd, non, si est illo, qui est ut ὑπόκαυμα, id est succensus fomes, qui & elementũ est, calidior aliquis ignis alius, propter hanc causam mistione contrarii tale illud. Cap. decimũseptimũ.
De hoc, quod natura sit principium motus. Cap. decimũoctauũ.
Quo'd, si mundus est æternus, esse uero ipsi mundo ordo est, esset & hoc in sui propria substantia. Cap. decimũnonum.
Quo pacto quod mutatur in aliquid per potentiam, quam habet, seruat potentiam, & postquam mutatum fuerit in quod mutatur. Cap. uigesimum.
Non esse per accidens prouidentiam secundum Aristotelem. Cap. uigesimũprimũ.
Expositio textus ex secundo de Generatione, & Corruptione Aristotelis, diuersa ab ea, quæ in commentario in illum. est uero textus hic. Cap. uigesimũsecũdũ.
De Lapide Herculeo, propter quid trahit ferrum. Cap. uigesimũtertiũ,
Expositio textus ex secundo de Anima Aristotelis dicti paulopost principium. Cap. uigesimũquartũ.
Expositio alius textus ex secundo de Anima Aristotelis.
Alius ex eodem textu. Cap. uigesimũquintũ.
Alius ex eodem textu.
Materiam non esse genus Cap. uigesimũsextũ.

Alexandri

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ALEXANDRI APHRODISIENSIS,
NATVRALIVM ANNOTATIONVM,
DIFFICVLTATVM, ET SOLVTIONVM,
LIBER SECVNDVS.

SEQVI AD EOS, QVI ET MAGNITV-

dinem, & tempus ex indiuisibilibus componunt, omnia quae mouentur per indiuisibile, aeque uelociter moueri.

CAPVT PRIMVM.

SEQVITVR ad compositionem & magnitudinis, & temporis ex indiuisibilibus dicere omnia, quæ mouẽtur per indiuisibile, æque uelociter moueri. Si enim per indiuisibile moueãtur, illud quidem citius, hoc uero tardius, si quod celeriter mouetur in indiuisibili tempore motum est per ipsum, tardius in pluri necesse est moueri per ipsum, & diuisibili: si autem in tempore diuisibili, diuisibilis erit & magnitudo, in qua est motus. Si enim quis diceret quod tarde mouetur non moueri per impartibile, neq; in impartibili tempore, hic diceret ipsum tardum non omnino moueri: siquidem hoc aliquid, aut magnitudo constat ex impartibilibus, & uniuersum tempus: non potest autem moueri tardum p nullum impartibile: idcirco eque uelociter utique mouebũtur omnia quę per impartibile mouentur. si autem per impartibile æque uelociter, etiam per uniuersam magnitudinem æque uelociter mouebuntur: siquidem omnibus magnitudinibus est ex indiuisibilibus compositio: tenue enim per indiuisibile quidem, omne similiter, & eque uelociter moueri, tardius autem uideri aliud alio moueri propter repercussiones atomorum quæ sunt in ipso, progredi nequiens, commentitium est & hoc. Præterea quomodo non apparent quæ sic mouentur, si motus ipsis fit tardus idem, sed extensio ipsa impedit cõtinue moueri? Pręterea et uel multiplicate quod uelocius citius: erit enim & hoc pacto quod mouetur tarde pluri tẽpore stans quàm motum: si enim quod uelocius mouetur, hora quidem una pertransiuerit spatium, hoc uero ipsum, quod tarde horis quinque, oportebit ipsum una quidem moueri, quatuor uero stare. absurdum est autem id, quod multo pluri tempore stat, stans quidem, non apparere, quod uero mouetur quinq; horis, & hoc equaliter.

Expositio textus in primo de Anima Aristotelis, dicti ad interẽptionẽ huius, quod anima sit p se mobilis. est autẽ textus hic. Cap. Secũdum.

AT uero & si mouet ipsa seipsam, mouebitur utique & ipsa. quare si omnis motus est exitus eius, quod mouetur, quatenus mouetur, anima quoque exibit utique ex subsstantia, nisi per accidens seipsam moueat: sed est motus substantiæ ipsius per seipsam. Anima, inquit, si seipsam mouet, aut per aliud quidem aliquid mouet, per aliud uero aliquid mouetur: & hoc pacto erit per se mobilis, ut & animal per se mobile dicimus. nam eò p hoc quidem eius mouet, illud uero mouetur, ipsum totum per se mobile dicimus: mouet enim quod est in eo anima ipsa, mouetur autem corpus: & neq; anima, quia mouet, mouetur: neque corpus, quia mouetur, mouet: mouetur enim: & animę igitur potentiarum, si sic sit mota, hæc quidem est mouens, illa uero mota: cum neq; quæ mouet, quatenus mouet, moueatur: neq; quæ mouetur, quatenus mouetur, moueat. erit igitur hoc modo primum mouens immobile etiã in anima. si enim rursus mouens potentia moueri dicatur, aut à seipsa, aut ab alia mouebitur: si quidem ab alia, in infinitum abibit, aut erit aliquid primum, mouens quidem, sed immobile: si autem à seipsa, sic erit utiq; per se mobilis, ut quatenus mouet, moueatur. melius est igit̃ ipsam animam sic dicere per se mobilem. sed si anima sic per se mobilis dicatur, ut quatenus mouet, secundum hoc etiam moueatur, si quatenus anima mouet, quatenus anima etiam mouebitur. si enim per aliud quidem moueatur, ut uerbi gratia secũdum locum, non per idem mouebit, & mouebitur: nam quatenus anima mouens erit, non quatenus anima mouebitur, siquidem secundum locum, non enim in loco anima ipsa. sic autem per aliud quidem erit mouens, per aliud uero mouebitur: non sic autem dicebatur à seipsa moueri: quatenus igitur anima mouebitur. sed si omne, quod mouetur secũdum aliquid, & mutatur, exit ab illo, quatenus mouetur: quod quidem secundum locum à loco, quod autem secundum passionem à passione, & quod secundum magnitudinem à magnitudine: & quod secũdum animam mouetur, exit ab eo, quod in hoc: quare & anima, si quatenus anima est, mouetur semper à seipsa, & non per accidens, exibit à substantia, in qua est, & ab anima, per quam est ei esse.

Quæ nam a motu Diuini corporis ingenita uis uicino ipsi corruptibili, & generabili corpori. Ca. tertiũ.

QVę nam à motu Diuini corporis uicino sibi corruptibili, & generabili corpori ingenita uis? nunquid alia quędam est hęc natura pręter propriã cuiusq; naturaliũ corporum, quam principium motus, & quietis dicimus in eo, in quo est, primo, per se, & non secundum accidens? etenim, si in uicino sibi fit

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

corpore, iam erit hoc habens propriam naturã, actuq; existens corpus: omne enim corpus actu mortale, simplex ens aliquod est, aut ex his compositũ, & mistum: horum autem singulum propriam habet aliquam naturam. An etiam per illam est actu huiusmodi: & hoc pacto erit primum participans ignis ipse tali ex diuino corpore potentia: deinde posterioribus ipsam distribuens: ita ut omnia corpora tali distributione ipsa participent, illa quidem plus, hęc uero minus. Sed si hoc est, quęsiuerit utiq; quis quid confert vnicuique corpori huiusmodi uis, & natura. nam per primã naturam, quę ipsa fit in unoquoq;, per quam illud quidem est ignis, hoc uero aer, illud aqua, hoc terra, fit eis motus in propria loca, quo singulum ipsorum propriam perfectionem assequitur: & hoc similiter, si in corporibus fiat compositis, & in illis, nõ ut sit homo, aut animal, aut planta singulum ipsorum: ipsis enim iam existentibus utiq; ingigneretur, quemadmodum igni, & singulis simplicium. sic autem nõ amplius potentia illa causa fieret, ut hęc quidem animata sint corporum, illa uero inanimata: & animatorum, illa quidem altricem solam animam haberent, hęc uero & sensitiuam, quędam uero præter has & rationalem: hæc autem ponebatur causam habere differentiæ, quæ est inter has: per hanc enim uim ponebatur prouidentia faciens hominẽ animal rationale mortale: & propter hoc dicebatur, omnia, quęcunq; per rationem, & intellectum homini inesse possunt, habere ipsum à diuina prouidentia. An oportet dicere, simplicibus quidem corporibus præexistentibus potentiam hanc ingigni, & post accedere: propter quam causam nihil in seipsis quodammodo illa diuinũ habẽt (tale enim est anima ipsa) cuius expertia omnino: quia non est in ipsorum substantia huiusmodi uis ab extrinseco eis, & pręexistentibus post accedens, sed sunt simpliciter corpora. quęcunq; uero ex horum naturali mistione, & temperamento fiunt: & in horũ generatione dissem inatam, & diuinam potentiam, & naturam meliora, & perfectiora facere hæc corpora: cum & simplicia corpora simul inferant ad generationem eorum, quæ fiunt ex ipsis, corporum etiam Diuinam potentiam, qua participant ex uicinitate: ob quam potentiam non item habent hæc principium solũ in seipsis motus, ad quem inclinant sed quoddam quoque animasticum principium assumpserunt, quod & generationem habet à Diuina potentia: quæ natura, & anima per quantitatem simplicium corporum, ex quibus est habẽs ipsam corpus, quorum, illud quidem magis cõmunicat diuina potentia, quia propinquius est Diuino corpori, & est subtiliorum partium, & purius, hoc uero minus propter maiorem distantiam, & cõstitutionis crassitiem, diuersa & ipsa fit. quæcunq; enim compositorũ corporum plurimum terræ habent, simile cum terra communicant animastica potentia quadam: eò quòd & corpus, plurima eius substantiæ pars, minus Diuina potentia participet: quęcunq; uero copiosiorem in seipsis habent igneam, & calidam substantiam, hac perfectione anima participant: eò q; superabũdans in eis corpus plus participet Diuina potentia. Hoc autẽ pacto secunda natura, quam diximus esse Diuinam potentiam ingenitam sub luna corporibus, ob uicinitatem ad illam, corporibus simpliciter naturalibus utetur, ut materia, ad perfectiorum, & animatorum corporum generationem. quę igitur per temperiem simplicium corporum, & alterationem fiunt compositã corpora, eò q; habeant huiusmodi potentiã in mistione corporum ipsam habentium concretam quodammodo & mistam, perfectiora fiunt corpora, quæ & diuiniore natura, atq; principio communicauerint. quę cunq; uero compositione, & appositione simplicium corporum fieri uidentur composita corpora, hęc non amplius, quia tali communicent, potentia, & natura, possunt, ut singulum simplicium corporum actu, ipsius naturam seruare in huiusmodi mistione, & compositione: non enim ad hoc modo compositorum substantiam Diuina potentia confert, manens in singulo ipsorum, qualis & ante ipsorum compositionem: cuius mutuæ pariter, ac simplicium corporum generationis potest quis dicere à Diuinis potentiam causam esse, cum ipsa fiat ipsorum forma, & natura. materia enim sui ratione qualitatibus carens, infiguratąq; existens, à potẽtia, quę à Diuinis corporibus fit, sine actu corpus est, & fit: formaturq;, & figurat, ut quod quidem ipsius accedit ad Diuinum corpus, & uicinum illi, plus Diuina potentia participans, formetur caliditate, & siccitate: hæ enim sunt primę ab illis in corpora mortalia passiones: quod autem plus distat à causis huius mutationis, & generationis ipsorum corporũ, aut horum omnino contrariis formari, aut illud quidem aliquam horum, hoc uero aliquã his contrariam formam, atq; passionem sumere, secũdum illorũ alibi uariã ad hęc habitudinem, propter motum in huiusmodi circulo diuersimode formatũ. talis enim est zodiaci situs: in quo mota sol, & luna, & alia astra, quę errare dicuntur, huic quidem parti materiæ, cui magis uel propinquius accedit, unicuiq; caliditatis, & siccitatis fit causa, in quibus est esse ignis: illi autem caliditatis humiditatisq;, quæ est aeris natura: alio uero humiditatis, & frigiditatis, quæ est aquæ natura: alio quoq; eius, quæ supereſt ex duabus primis simplicibus cõtrarietatibus, quę sunt frigiditas, & siccitas, quę terrę naturam constituunt. & huiuscemodi quidem sunt à Diuina potentia formæ in materia, simplices, & primę formę: quę factę sunt causę substãtię corporum simplicium, & naturæ. quę uero ex horum mistione, & temperamento fiunt, tanquam pluribus communicantia potentiis, & diuersis corporibus, & composita iam fiunt, & perfectiora. & perfectio in eis, & forma diuersa fit, etiam secundum eam, quę dicta est in primis, quę est in mistione corporum, differẽtiam. sunt enim ipsorum, illa quidem tenuiora, & magis actiua: huiuscemodi enim sunt, quæcunq; propinquius sita sunt motui Diuinorum: hęc uero crasiora, & passibiliora, quæcunq; plus distant ab illorum latione: horũ enim est perfectior forma, quęcunq; in mistione, & temperamento plus habent subtiliorum partiũ, & puriorum corporum: quæcunq; uero huiusce corporis minus habent in seipsis, sed plus habent passibilis, & crasioris, horum est & forma imperfectior.

Quod si hoc in nobis, cuius oppositum in nobis, neq; ipsum in nobis, neq; quod in nobis, in nobis erit.

Caput quartum.

SI in nobis est, hoc cuius oppositum in nobis, illud, cuius oppositum non in nobis, non in nobis ipsius

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ipſius uero in nobis oppoſitum: non in nobis: nam ei quod in nobis id, quod non in nobis oppoſitum: igitur neq; quod in nobis in nobis: ſi autem quod in nobis non in nobis nihil eſt in nobis: ſecundum quos ergo in nobis eſt id, cuius & oppoſitum in nobis, iuxta hos nihil eſt in nobis. An falſum ipſum, ſi non in nobis, illud eſſe in nobis, nihil eſt in nobis nam eſſe aliquid in nobis, quod eſt in natura noſtrum, & ſubſtantia, non in nobis eſt, ut nec eſſe rationales: res tamẽ qbus utimur ſecũdũ, id qđ in nobis, hę in nobis: haq; enim & oppoſitę in nobis. ipſum enim eſſe in nobis aliquid, non in nobis: deambulare uero in nobis, quia & non deambulare. etenim proprium oppoſitũ eius, qđ in nobis nõ in nobis pp hoc: id uero, qđ in nobis, in nobis proculdubio. ut igiť oppoſita in nobis, hæc, & ipſa in nobis, quia nõ eſt quod in nobis in agibilibus: non eſt autem agibile eſſe aliquid quod in uobis in his, quę conſultatione indigent, & poſſunt etiã aliter ſe habere: cum igitur eſſe aliquid in nobis non ſit in his, merito potentia quidem, qua eſt in nobis, non in nobis: ſed illa, ad quę utimur potentia eius, quod eſt eſſe aliquid, in nobis, in nobis: quemadmodũ & uſus quidem rationis in nobis, non autem in nobis ipſius uſus potentia.

De hoc, quòd & id, quod in nobis, fato eſt. Cap. quintũ.

IPſi in nobis aliquid eſſe opponitur illud, nihil eſſe in nobis impoſſibile: ipſi igitur in nobis aliquid eſſe oppoſitum impoſſibile: atqui, cui oppoſitum impoſſibile, hoc fato: ſiquidem hæc fato fiunt, quibus oppoſita eſt impoſſibile aut eſſe, aut facta iri: igitur in nobis aliquid eſſe fato eſt: in nobis uero aliquid eſſe fato ſtatueret utiq; in nobis aliquid eſſe ſecundum ſubſtãtiam omnia fato fieri dicentibus. An non eſt uerum, id cuius oppoſitum eſt ipſum impoſſibile, hoc eſſe fato: ſi enim eſſet idem id, quod ex neceſſitate, ei quod fato, eſſet utiq; quemadmodum eius, quod ex neceſſitate definitio, id, cui oppoſitũ impoſſibile, ita & eius, quod fato. ſed eſt in plus id quod eſt ex neceſſitate eo, quod fato: nõ enim omne, quod ex neceſſitate eſt, fato eſt: quatuor quippe bis duo ſunt ex neceſſitate, non tamen fato: ſiquidem in his, quę fiunt, eſt ipſum fatum: quare non erit definitio eius, quod fato, oratio dicens, cuius oppoſitum impoſſibile: ſed inerit quidẽ & hoc his quæ fato, cum & ipſa ſint neceſſaria, non tamen ut ęqualiter in ipſis ſit: ſi uero non æqualiter nõ cõuertetur. non oportet igitur omnino, cui oppoſitũ eſt impoſſibile, hoc eſſe fato: ſed neceſſarium eſt hoc, cuius eſt definitio prædicta oratio. ipſum itaq; quod eſt in nobis neceſſarium quidẽ: quia omne, quod eſt in ſubſtantia alicuius, neceſſario ei ineſt, non tamen fato: quibus enim, cum ſecundum fatum cauſarũ fiunt, oppoſitum eſt impoſſibile, hęc fato erunt.

Quo pacto erit immobile ſecundum Ariſtotelẽ primũ mouens: ſiquidẽ, ut ipſe dicit, ſingulũ eorũ, quorum eſt opus, gratia operis eſt: Dei autẽ operatio eſt immortalitas: hæc autẽ eſt uita ſempiterna: quare neceſſe eſt Deo ineſſe ęternum motum. Caput ſextum.

QVo pacto eſt immobile ſecundum Ariſtotelem primum mouens: ſi quidẽ ut ipſe dicit, unumquodque, quorum eſt opus, gratia operis eſt: Dei autem operatio eſt immortalitas: hoc autem eſt uita ſempiterna: q̃re neceſſe é Deo ineſſe ęternũ motum An nõ eſt id ex eoq; numero, quorũ eſt aliqđ opus: ſiqdẽ opus dicit actionẽ, q̃ eſt ut finis: huic uero nullus eſt finis ſubſtãtia. n. eſt eius actio: ſed non qđ ſit aliud quid, poſtea actio. eſt autem hoc manifeſtum per, id quod ſubiunxit, quod eſt. quoniam autem cœlum huiuſmodi: corpus ergo Diuinum: illud enim non eſt huiuſmodi.

Quid erit materia, ſi à priuatione quidẽ habet quod ſit nõ qualis, & nõ figurata, à forma uero quod qualificetur, & figuretur. Cap. ſeptimum.

MAteria, quę à priuatione habet quod ſit nõ qualis, & non figurata, à forma uero quòd qualificetur, & figuretur, ſui ratione quid erit? nõ enim ex his negationibus eſt natura materię: nam ſui natura, neq; non qualis, neq; qualis: ut homo ſui ratione, nec immuſicus eſt, nec muſicus: quoduis enim horũ haberet in ppria ratione, nõ poſſet in altero factus iri. Sic igiť & materię erit eſſe materiã, nõ in eo, q; ſit q̃lis, ſed in eo, q; habeat aptitudinẽ, & potentiã, qua eſt qualitatum receptiua: non quale uero ei accidit, cum non ſit eius ſubſtantiæ completiuum: quemadmodum & omni receptiuo alicuius non eſſe hoc, cuius eſt receptiuum. Cum autem ſit in confinio hoc, erit & incorruptibilis: cui enim eſt eſſe in potentia recipiendi aliqua ſucceſſiue, hoc neq; eo quòd non ſit, in aliquo ipſorum, neque eò quòd ſit, exit à propria ſubſtantia: non enim ammittit ipſum poſſe, in quouis horum fuerit, cuius habet potentiam: nõ enim quoduis hoc poſſet. An ſi eſt aliqua negatio in materia, quoniã materia ſui natura non eſt qualis: ipſum autem quoduis non quale eſt in materia receptiua exiſtente qualitatis: erit ipſa materia qualitatibus carens ſui natura. An non eſt idem dicere in ipſa, non eſt qualis ſui natura, & eſt non qualis ſui natura: nam hoc, eſt non qualis ſui natura, cum ſit affirmatio, quæ ex tranſpoſitione dicitur, æquiualet priuationi: illud uero, non eſt qualis ſui natura, negatio eſt: quę non amplius æquiualet priuationi, quod de materia uerum eſt aptitudo enim, quæ eſt ad aliquid, media eſt illius, & priuatiõis eius: & ſi q̃ maxime illud, in quo eſt aptitudo impoſſibile eſt eſſe ſine altero: non eſt enim idem aptitudo priuationi: nam illla quidem permanet, ut prius dictum eſt, priuatio uero corrumpitur: idcirco hoc quidem non eſſe qualem in eius natura, non item & eſſe non qualem. Ariſtoteles in primo Priorum reſolutoriorum de prędictis ita dicit. Differt autem aliquid in conſtruendo, uel deſtruendo, opinari aut idẽ aut diuerſum ſignificare nõ eſſe hoc, & eſſe non hoc ut non eſſe album, ei, quod eſt eſſe non album: non enim idẽ ſignificãt: neq; eſt negatio eius, quod eſſe album, eſſe non album, ſed non eſſe album. Eſt autem dicere, q; & ſi quàm uerum maxime ſit de materia ſui natura ipſam eſſe non qualem, non tamen eſt hoc in eius ſubſtantia, ſed accidit ei: quemadmodum aliquando & qualitatem habere: ut & homini immuſicum, & muſicum. cera quoq; non figurata exiſtens ſui natura, ſi figuretur, non corrumpitur, quia manet hoc ipſi ceræ eſſe.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

Quo pacto non definiuit idem per idem, qui animam definiuit actum corporis, physici, organici, potentia uitam habentis. Caput octauum.

SI potentia uitam habens significat quod potest uiuere: quod autem potest uiuere, est quod potest animam habere: quomodo non idem per idem definiuit, qui animam definiuit actum, corporis, physici, organici, potentia uitam habentis? An non est usus in animæ definitione potentia uitam habente: sed cum prius accepisset illud, potentia uitam habentis, poste/rius, quando reliquam definitionem assignat, permutauit ipsum organicum in inuentionem, & sumptionem organici, utens potentia uitam habente organicum autem est, quod habet particulas, quæ diuersis operationibus possunt subseruire: cui æquale sumpsit & illud potentia uitam habens. Præterea, cum dixisset ipsam animam actum corporis potentis uitam habere, non fecit per ipsum assignationem corporis enim naturam, in quo est anima, qualis est declarauit, non enim animam, declarauit, neq; per ipsam animam definiuit. Præterea non est idem anima, & uita: sed quod est operatum uita est, cum per ipsum sit nutrimentũ, & augmentum: quod autem potentia uitam habet, dicetur utiq; organicum, cum per ipsum habet potentiam, ut nutriri possit, & augeri, quod æquale non est ei, quod est animam habere.

Quomodo anima non sit ad aliquid, si actus est talis corporis. Caput nonum.

QVomodo non est anima ad aliquid, cũ sit actus corporis huiusce modi? An actus quidem æquale ac forma: forma uero non est ad aliquid & si quàm maxime alicuius est. non enim si aliquid alicuius est, mox & hoc est aliquid: etenim superficies cum alicuius sit, non est ad aliquid: sed & partes secũdarum substantiarum alicuius quidem sunt, non tamen sunt ad aliquid: ad aliquid enim sunt, quibus est esse idem, quod ad aliquid quodammodo se habere. anima autem corporis quidem huiusce/modi est actus, nõ tamen esse est in hoc q; ipsa ad aliquid se habeat: cum enim sit aliquid ipsius corporis est: quemadmodum & caput, cum sit aliquid, capitati est caput: simile enim, quatenus simile, & æquale, quatenus æquale, in habitudine habent esse ad ea, ad quę dicuntur: & nihil aliud præter habitudinem ad id, ad quod dicuntur, significant: anima uero, & caput propriam quandam naturam, & substantiam significant, cui accidit alius esse: sed non, si aliquid est alius, iam & ad aliquid est.

Quod anima non est se ipsa mobilis. Cap. decimũ.

ANima est, per quod animal est animal per quod enim sibi inexistens animal à non animali differt, per hoc est animal: per animam autem sibi inexistentem differt animal à nõ animali: per animam itaq; animal est animal: per quod autem animal animal est hoc est eius forma: omne enim, secundum quod dicitur, & est hoc aliquid, est forma: etenim eorum, quæ per artem fiunt singulum, & eorum, quæ natura, per formam est hoc, quod est: & animal itaq;, quatenus animal, est per ipsam formam: erat autem per animam ipsam animal: anima itaq; est forma: atqui forma, quæ est alicuius, materialis forma est: anima autẽ alicuius forma est, animalis enim: anima igitur, cum sit forma materialis, impossibile est ipsam esse per se, quod enim indiget materia ad esse, cum huius existat aliquid, impossibile est hoc ab ipsa seiunctum ipsum per se esse: anima autem est forma materialis: animam igitur impossibile est esse ipsam per se aliquando: quodcunq; uero impossibile est ipsum per se esse, impossibile est & per se moueri: animam autem impossibile est esse aliquid per se: igitur impossibile est ipsam per se moueri: quod autem non est per se mobile, non potest esse seipso mobile: anima autem per seipsam nõ mouetur: igitur anima non est seipsam mobilis.

Quamobrem quod generatur, cum ex priuatione mutatur, simul ex suo contrario mutatur, si non sunt idem priuatio, & contrarium. Caput undecimum.

QVamobrem, quod generatur, cum ex priuatione mutatur, simul ex suo contrario mutatur, si non sunt idem priuatio, & contrarium? contrarium enim quædam forma, priuatio uero huius absentia, cuius secundum sui naturam subiectum est receptiuum. Vtrũ igitur huius causa est ipsa materia, quæ substantiarum omnim generabilium, & corruptibilium communis existens, & subiecta eis, potentia omnia est, eò quòd in singulum ipsorũ possit mutari: propter hoc enim dicitur quidem omnia potẽtia: nullum tamen horum, quæ ex ipsa generantur, & in quę mutantur, in propria ratione, & in propria substantia habet: sed est ab omnibus ipsis ratiõe separabilis: substantia tamen, & existentia inseparabilis est ab eis, cũ semper aliquod ipsorum actu habeat, & quia semper alicui horum cõiuncta est, & actu est, atq; existit. neq; enim formarum aliqua, quarum est materia receptiua, absq; materia possibile est existere: neq; materiam sine aliqua forma: sed sunt à se inuicem inseparabilia quo ad existentiam. cum ergo sit cum aliqua formarum, quarum est receptiua, formis, in quibus non est, tunc priuari dicitur, eò quòd, cum habeat potẽtiam ut mutetur in illas, non est in eis: idcirco etiam, cum in aliquam mutetur, ex propria illius, in quam mutatur, priuatione mutari dicitur: eò q;, per potentiam ad hanc, in hanc ipsa mutetur. erat autem ei potentia ad hanc per eius priuationem: neq; enim, si esset ei præsens, priuata esset ipsa: neq; si non haberet aptitudinem ad ipsam. ob id igitur, quòd nõ secundum aliam quandam potentiam quàm illam, quæ est ad hanc, mutatur ipsa in hanc, ob hoc singulum eorum, quę generantur, ex propria priuatione dicitur generari per mutationem eius, quod subiicitur huius priuationi. idcirco & priuatio per accidens cuiusq; generabilium, ut elementum, principium: eò quòd, quæ mutantur in ipsum, materia, & elementũ fit eius proprie: quia præexistit in ea eius priuatio, ob hoc secundum hoc in ipsam mutatur: propter hoc ex non calido fit calidum, non ex dulci: quia hoc, ex non calido, declaratiuum est calidi in priuatione existentis & quod secundum priuationem hanc mutatur: non enim per potentiam ad dulcedinem in calidum mutatio, neq; secundum huius priuationem, & ob hoc quidem ex priuatione. ex contrario aurem dicitur generari, quia materia formatur contrariis, & est horum successiue receptiua. Primorum igitur, quæ ex ipsa

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

corporum generantur, duæ sunt formæ, primæ scilicet contrarietatū, caliditatis & frigiditatis, & humiditatis & siccitatis: & his terminatur simplicia corpora. Quoniam ergo horum est receptiua: & si est cum aliquo, aut quibusdam horum, necesse est ipsam, quando aliquod horum non habuerit, sed in priuatione ipsorum fuerit, esse cum altero contrariorum, in contrariis ipsorum generibus existens: erit necessario in horum priuatione. nam quatenus est in contrario calidi, est in eius priuatione: & quousq; in illo fuerit, manet etiam in priuatione. ob id igitur, quòd præsentiæ contrarii coniuncta sit priuatio contrarii, & necessario: & quando ex priuatione eius ad habitum mutetur secūdum illud, quod presens erat causa subiecto ipsius esse, in priuatione huius fit.

Per id, quod corpora in seipsa contrahantur, nō mōstrari corpus per corpus permeare. Cap. duodecimum.

QVod non monstratur ex eo, quòd corpora in seipsa contrahantur, cōrpus per corpus permeare. non enim quæ contrahuntur in seipsa retrocedentia cōtrahuntur, corpore per corpus permeante: contrahitur enim hoc, quod actu adhuc existens manens in propria substantia, in minorem deducitur molē, aut ab aliquo, aut à seipso. omnia autem, quæ hoc patiuntur, secretione alicuius hoc faciūt. aut enim cum separatur spiritus, reliquum corpus in spatium nuper ab illo occupatum coit, aut cum humidum, quod est in ipsis dissem inatum: ipsa uero materia neq; ab initio contrahitur, cum neq; actu subsistat: fiunt autem sub ipsa corpora, quandoq; quidem in maiori mole, quandoq; uero in minori: eo quòd corporum illa quidem crassiora, hæc uero solidiora, alia uero tenuiora, & humidiora: quoq; crassiora quidē & solidiora ad æqualē molem maiori loco indigent, humidiora uero, & tenuiora minore: idcirco quandoq; quidem in eadem materia est corpus ampliorem occupans locum, quandoq; uero minorem: eò q; eadem materia effectiuarum utriusq; corporum qualitatum est receptiua. Si igitur in permeatu corporeo mutuo fieret aliqua corruptio, & mutatio ī crassiora corpora, forte posset quem pauloante alterum occupat locum, hunc posterius occupare & quod ex mistione utrorunq; fit. si autem idem manet utrunq;: quod enim est in ipsis uidētur seruare, & sui ipsius naturam: quo pacto etiam posset hoc fieri? Amplius quędam, cum miscentur, nō solum nō crassius, immo & tenuius quàm prius erat ipsum efficiunt. quare oportebat ipsum cum in maiori fiebat mole, etiam ampliorem occupare locum

Aduersus Platonicos, qui ex triangulis figuras, & formas corporum dicunt componi, non ipsa corpora. Caput decimumtertium.

IN omni mutatione est ipsum subiectum, de quo ipsum mutari prædicatur: nam in latione quod fertur subiicitur secundum illud mutatum: & in augmentatione, & diminutione quod augetur, & minuitur: & in alteratione quod alteratur: sed & in mutatione, quæ est secundum generationem, & corruptionem ex subiecto aliquo est mutatio: non enim est ex non ente generatio, & in non ens corruptio: & est in hac mutatione subiectum, inquantum subiectum. & in simplicium itaq; corporum generatione, & corruptione subiici aliquid oportet, & hoc esse materiam ipsorum: ex quo enim primo cum insit, aliqua generantur, & in quod ultimum dissoluuntur, hoc est illorū ipsorum materia: & simplicia itaq; corpora, ex quo primo subiecto generantur, & in quod ultimum dissoluuntur, hoc ipsorum materia est, atqui in simplicibus corporibus subiectum sunt ipsa triangula: ex his enim primis est ipsorum generatio secundum ipsos: & in hæc ultima est ipsorum resolutio: triangula igitur materia sunt simplicium corporum: forma uero qualis, & quanta horum compositio. si autem hoc, corpora sunt, non autem formæ corporum, quæ ex triangulis generantur secundum eos. si enim esset aliqua alia materia ipsis subiecta, essent autem & ipsa triāgula, duas utiq; haberent materias, quarum neutra ad alteram posset reduci. Si autem dicerent materiam secundum hæc etiam generari: secūdum hęc quidem triangula, & sic figuratam ignem, secundum uero hęc terram ipsam: pp quid apud ipsos terra in alia īmutabilis fiet: cum terræ subiecta materia possit æqualiter, & secundum ignis, & secundum aliorum corporum formatiua triangula figurari? neq; enim etiam in triāgulis ipsa erant triangula, quæ mutabantur: sed ipsa subiecta materia figurabatur secundum hæc mutuo: manente subiecta materia similiter, si mutuo omnia mutentur. non dicit autē ipsa mutuo fiĩr mutari: hoc quoniā triāgula: apte oñdit q; ipsis supponat materiā ipsa non fiĩr possunt cōponi, & figurari. neq; mutuo mutari etiā ipsa dicit, si quid à materia habēt: si enim & grauitatem à triangulis: quod enim ex ipsis pluribus constat, grauius dicere, minime utiq;, si fiat ex illorum compositione mathematicum corpus: si uero si non illud, naturale a triangulis apud eos, cum naturalia corpora sint.

Si communia sunt notiones, notiones uero non sunt corpora, neq; ipsum commune erit corpus, etiam si sit notio communis corporis: nec definitio est corporis definitio. Caput decimumquartum.

SI communia sunt notiones, notiones uero nō sunt corpora, neq; ipsum commune erit corpus, etiam si sit notio communis corporis: nec definitio corporis est definitio. An communia ipsa non simpliciter sunt notiones, sed à quibusdam, & de quibusdam: hęc uero sunt, ipsa singularia, fiunt autem ab his, quę communia non sunt, eo q; ab eis intelligentia separentur: hæc uero per se differentia interse singularia sunt, quibus ablatis quod relinquit̃ est notio. An in omnibus est, ipsum commune, quod quia non ita subsistit ut intelligitur uidetur subsistere in illis de quibus dicitur: & est definititio huiuscemodi, & quod hoc modo intelligitur: & quod per ipsam. notionem esse apparet, non ipsius notionis, sed eius, quod sic intelligitur. est enim definitionis ipsius notionis significatiua, quæ ab ipsa re, quæ definitur, facta est. sunt enim notiones signa rerum: orationes uero notionum, quæ sunt ab illis. quare & corporis definitio erit notionis significatiua, quam dicimus ab ipso corpore, per abstractionem eorum, quæ insunt singularibus corporibus: quibus abstractis, quod relinquitur commune est, & idem in omnibus corporibus. cum autem sit naturæ corporis,

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

& ſubſtãtię ſignificatiua,nõ erit utiq; de re in corporea. Neq; qa eſt ipſa incorporea,& ipſa notio,q̃ eſt à corpore,pp hoc abſurdũ aliquid dicit.definitio enim oratio, corpus uero non oratio:& in omnibus ſanè non eius quod intelligitur ſignificatum.ſi enim hoc ipſum,exiſtimabit aliquis & albi orationem albam eſſe, & grauis grauem. nam q; non ſit ipſius notionis definitio, hęc quidem dicit, trifariam dimenſum tangibile: non eſt autem huiuſmodi ipſa notio:& hec animal rationale mortale:nullum autem horum eſt in ipſa notione.

Quo pacto dicimus eandem potentiam ſimul eſſe contrariorum.Caput decimumquintum.

CVm dicimus eandem eſſe potentiam contrariorũ non hoc dicimus,quòd eadem potentia & ambulat quis,& quieſcit,& loquitur,& tacet:nõ enim, qua mouetur potentia,eadem etiam quieſcit:ſic enim eſſent quieſcere,& moueri idem:ſiquidem, quorum potẽtia eadem eſt,horum & actus idem.ſed eſt quod dicitur par illi,quod poteſt contrarium alicui, hoc & cõtrarium illi poteſt: nam quod habet aptitudinem ad alterum contrariorum, neceſſario & ad alterum: inducit enim potentia alterius eã,quę alterius ſecum. eadem ergo,hoc eſt ęqualis:potentiam enim alicuius habere eſt nondum in illo eſſe, ſed poſſe in illud immutari.quod autem immutatur in aliquid ex aliquo contrario illi immutatur: nam & intermedium contrarium ſemper: eo q; quod in contrarium alicui eſt immutandum in contrario ipſius ſit: ex hoc enim eſt mutatio:quod autem eſt in aliquo, & abiicit ipſum, ut recipiat ſui contrarium,amborum habet potentiã: cũ poſsit utrũq; ipſorũ ſucceſsiue detinere,& abiicere. cũ igit̃ ſecũ ducat potẽtia alterius etiam alterius,horũ eadem dicitur potentia contrariorum.ignis autem nõ item habet frigidi potentiam,cum ſit calidus:quia exiſtens ignis,nunquam poteſt eſſe potentia calidus, ſed ſemper actu huiuſcemodi.& eſt uniuerſaliter uerum illud,cuius aliquis habet potentiam,huius quoq; oppoſitum poteſt:aut enim ex neceſsitate erit in ipſo, & non poterit amplius illud & ſi hoc poteſt, poterit & illud:& cum non habet ipſum,potentia habet.ſi autẽ nõ habere & habere opponuntur,quod habet potentiam alicuius,etiam oppoſiti ei potentiam habet.Non neceſſe eſt autem contrariorum & potentias dicere cõtrarias:contraria enim impoſsibile eſt ſimul eidem ineſſe: contrariorum uero potentiæ ſimul ſunt in eo, quod poteſt ipſa,quando in neutro ipſorum aliquo pacto actu fuerit: quando enim poteſt cera fieri & triangularis,poteſt tunc & figurę rotundę, prius igitur quàm ſub neutra harum ſit figurarum, non magis poteſt in alteram ipſarum mutari:habens tamen utrarũq;,ſimul potẽtias nõ ita eodem modo & utraſque ſimul recipere poteſt: nulla enim res eſt ſimul contrariorum receptiua,quanuis ſimul habeat ipſorum potentias,ſi enim non haberet materia ſimul ad cõtraria aptitudinem,ſed nunc hoc quidem ipſorum poſſet,nunc uero illud,non eſſet utiq; ſui ratione qualitatibus carens:prẽſentia autem alicuius,& differentia,nunc hoc quidem contrariorum, nunc uero alterum poterit.idcirco potentiæ quidem contrariorum non ſunt dicendæ contrarię:cum ipſæ quidem ſimul exiſtunt, contraria uero ſimul exiſtere non poſsint: progreſſus autem in ipſis ad actum contrarios quippe & ipſos dicemus.

Quo pacto,non eodem modo, ac artes coniecturales, etiam aliæ artes finem habebunt, omnia ſcilicet quæ apud ipſas facere,ut propoſitum aſſequantur. Caput decimumſextum.

SI in artibus coniecturalibus dicat quis illum eſſe finem,omnia ſcilicet,quę apud ipſas,facere,ut propoſitum aſſequantur cur nõ & hæ, quemadmodum & artes non coniecturales,proprium finem aſſequentur:uidentur autem ob hoc maxime differre ab aliis coniecturales,& quòd non eodem modo finem aſſequuntur.Hac differrent utiq; ſecundum eos,qui finẽ eis dicunt,aſſequi propoſitum:at ſecundum quos ipſum propoſitum non eſt eis finis,& ea quę finis, non ſunt eodem modo,nõ differrent ab eis penes id quod nõ eſt ſimilẽ eis finẽ habere.illæ enim,cũ ad ea,q̃ fiũt ſecundũ artẽ,ſequat̃ id,cuius gratia fiũt, & fruſtrent̃ à ꝓpoſito ob errorẽ eoꝝ,quę fiũt quæ ex arte nõ fiunt finem habent ipſam propoſiti aſſequutionẽ:tantundẽ enim in illis eſt & omnia apud ipſas facere, ut propoſitum aſſequantur, atq; ipſum aſſequi: hęc enim facientibus quæ apud ipſas,eueniunt.in coniecturalibus autem,cum non omnino ad ea,quæ fiunt ſecundum artem,ſequatur id cuius gratia,quia indigent multis,ut illud aſſequãtur, quæ in ſola arte non ſunt: inſuper etiam,quia hęc ipſa,quæ fiunt ſecundum artem, non ſunt terminata,nec eorundem ſunt effectiua: eo quia, non ex omni parte ſimiliter admouentur per omnia, aut per aliqua,& aliter in ipſis,non ut ſperabatur,fore aſſequi propoſitum non eſt earum finis ſed ea perfeciſſe quæ ipſius artis.An finis quidem & in his eſt id aſſequi,cuius gratia omnia,quæ apud ipſas, faciunt, faciendo,omnia quæ apud ipſas eſt autem ipſarum, opus proprium omnia,quę apud ipſas, ut propoſitũ aſſequantur,feciſſe:cum non hoc ſolum ſufficiat ad aſſequẽdum propoſitum, ſed & aliis quibuſdam indigeant,quę in arte non ſunt.

Quod non,ſi eſt illo qui eſt,ut ὑπέκχαυμα ideſt ſuccenſus fomes, qui & elementum eſt, calidior aliquis ignis alius,propter hanc cauſam miſtione contrarii tale illud. Caput decimumſeptimum.

NOn quoniam magis calidũ eſt feruor ignis, qualis eſt & ignis apud nos,igne,ut elementum,qui & ſuccenſus fomes dicitur, iam in illo minus eſt calidum miſtione contrarii.flamma quippe minus calida eſt ignito ferro,ſed non frigiditatis miſtione: ſed eſt intenſio in ferro propter materię ſoliditatem, & reſiſtentiam:cum enim reſiſtat, & non cedat, calidum quoq;, quod eſt in ipſo, prębet huiuſcemodi. ignis etiam,qui ut elementum eſt,cum natura ſit rarus, & ſiccus,& non miſtus materiæ, que fouere talem ignẽ poſsit,ita calidus eſt.deinceps hęc ipſum attingũt,quę ipſi conſtrictionem quandam,& denſitatem pręſtant, & huiuſcemodi igni nutrimentum,idcirco & rationabilius poſſet quis dicere,ignem huiuſcemodi miſtum eſſe contrario:nutrimento enim indiget hic,& ſeruatur,quouſq; hoc habuerit:contrarium autem eſt nutrimentum contrario. Pręterea quoq;, quoniam eſt materia huiuſmodi ignis,habebit porro & aliquid ſu-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

bi contrarii, quod ferens in se mutat: ille uero non in nutrimento ignis: sed est syncerus, & purus, non mistus contrario, per se subsistens, quemadmodū & aliorum elementorum singulum.

De hoc, quod natura sit principium motus. Caput decimumoctauum.

NAturam esse principium motus perspicuum est ex eo, quòd principio motus differunt naturalia à non naturalibus corporibus: quo autem differentia naturalia à non naturalibus naturalia sunt, hoc est natura: quęcunq; igitur corpora generabilia sunt cum sint naturalia, hęc in alienis locis generantur, & motus cooperatur in eis, ut ad proprium locum perueniant: ad quem cum peruenerint, quiescunt secundum locum, & perfectionem adepta sunt, quatenus genita sunt: habebant enim & principium in seipsis motus ad hoc. corporibus uero ingenitis, & sui natura perfectis, & quæ sunt in loco sibi naturali, natura, hoc est in ipsis motus principiū, non, ut ex imperfectione ad perfectionem mutentur, confert, neq; ut ferantur in locum sibi naturalem: nam & perfecta sunt, & nunquam exeunt à loco sibi naturali: sed ut per operationem, quæ est secundum ipsum assimilentur entium optimo, æternoq;, & continuo, & regulari motu imitantia & actualis ipsius existentiæ necessitatem, & immobilitatem, & statum: per motum quidem ipsius actualem existentiam: est enim actus quidam ipse motus: oportebat enim imitantia id quod est actu simpliciter, & nullo modo potentia communicans, per actū sibi naturalem hoc facere: per motum uero continuū uel & ordinatum, & similem semper æternam ipsius imitantur naturam. neq; enim, si nō moueretur, esset corpus naturale, quod est corporum propriissimum, neq; cum moueatur, ut stet quandoq; & non cōtinue moueatur, rationabilé habet causam: nec enim à loco, nec à motu præter naturam, nec ab imbecillitate, quę mortalibus inest: idcirco, cum sui natura continue moueantur, per permanentiam in motu illius quieté imitantur. At quòd non solum moueri, sed continuo & æterno motu moueri sibi naturale est, demonstrat & figuram ipsa habere sphæricam: quoniam optima, & perfectissima figurarum optimo corporum natura debetur: huiusce modi uero figuræ, quies est præternaturalis: idcirco nec basim habét aliquā, qua sistant.

Quod, si mundus est æternus, esse uero ipsi mundo ordo est, esset & hoc in sui propria substantia. Caput decimumnonum.

SI mundus sui natura æternus: mundi uero esse tali quodam ordine constat: ordinem etiam a natura sua haberet: quod si hoc est, nec ad esse, nec ad ordinem quem habet, indigeret eo, qui prouisurus esset. atqui omne quod prouidet, uel ut sit illud, cui prouidet, uel ut bene sit prouidet: ad quorum neutrum, cum mundus indigeret eo, qui prouisurus sit, neque penitus prouideretur. An mundus quidem uniuersus non indiget eo, qui prouisurus sit nec ut sit, nec ut bene sit: sed quæ fit prouidentia in mundo, fit, cum pars sit aliqua in mundo, quę prouidet, pars uero aliqua, cui prouideatur: quatenus enim ipsius corpus ingenitum est, & incorruptibile, semperq; secundum sui naturam, & animam ordinatum, & suo motu primi Dei imitationis desiderio motum, hoc nihil eget eo, qui prouisurus sit: cum in propria natura, & ipsius esse, & ipsius bene esse perfectionem habeat: quatenus autem ipsius generabile, & corruptibile, & alieno indigens auxilio, & ad esse, & ad æternitatem secundum speciem per ordinatam mutationem, hoc est, quod prouidetur à motu recte ordinato partis mundi Diuinę, & quod certa quadam ad ipsam habitudine gubernatur: à quo, quatenus contingit, cum sit morti quid obnoxium, ordine participans, & ab ipsis illum assequens, seruat propter ipsum incorruptibiliratem secundum speciem.

Quo pacto, quod mutatur in aliquid, per potentiam, quam habet, seruat potentiam, & postquā mutatum fuerit in quod mutabatur. Cap. uigesimum.

QVo pacto, quod mutatur in aliquid per potentiam, quam habet, mutatiōis in ipsum, antequā in ipsum mutetur, mouetur, & seruat potentiam, qua potest omne illud, ex quo mutatum est, & fit iterum illud, ut dicit Aristoteles de mundo, si genitus esset: ob hoc enim dicit ipsum etiam corruptum iri. non enim sic se habentia cōspiciuntur ea, quæ fiūt. nam; nec subsellium, quod ex hoc ligno factum est, seruat amplius potentiam, ut fiat huiusce modi lignum: neq; in idem est mutatio, & corruptio. neq; homo ipse qui ex quibusdam per mutationem fit. rursus in illa corrumpitur, ex quibus ipse generatur, hunc, scilicet sanguinem menstruum, & hoc semen. An, quę quidē ab artibus fiunt, non redeunt iterum in materias, cum neq; sit opus artis ipsa materia, ex qua faciebat opus ipsum: sed nec est opposita operi, quod fit, in quod id quod fit, mutatur. cum autem habeat ipsum subiectū naturale etiam existens, potentiam suscipiendi hanc formam, & si non susceperit, seruans potentiam ipsius separari à forma, quam recepit & separatur ab ipsa, & corrumpitur, & aduenit ei corruptio, quemadmodū & generatio, ab aliquo extrinseco, aut aliquo hūiusce modi, si vt artificiale corrumpatur: aut à natura, si vna cum subiecti corporis naturali corruptione corrumpatur & artis opus. At in generatione eorum, quę natura fiunt, quemadmodum quod generatur, ita & ipsum subiectum natura: & est primum subiectum ipsa materia, quę nunquam est actu per se: actu uero subiecta sunt ipsa elementa: quę iam cum aliqua qualitate, & contrarietate existentia inuicem mutantur secundum contrarietates, quas mutuas habent, subiecta ipsis materia, communiq; tota existente, & alterante ipsam formam secundum dominantem qualitatis contrarietatem. cum enim hoc aliquid facta est, & habeat potentiam, ut sit in contrario huius, seruans potentiā mutatur quandoq; & in illud: idcirco nullum est incorruptibile simplicium corporū, & genitorum. fiunt autem ex simplicibus his corporibus & ipsa composita per mistionem quandam, & temperamentum, & cō mensurationem potentiarum: per quam non in aliquod unum simplicium fit mutatio, sed in quoddam medium, quod omnium qualitatum, atque potentiarum, quæ simplicibus corporibus subiiciuntur, particeps est. cum autem habeant potentiam & ipsius separari iterum abinuicem corpora simpli-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

cia ex miſtione huiuſcemodi reſoluuntur, & ſepa/
rantur: idcirco impoſsibile eſt quidquid ex ipſis
conſtat eſſe incorruptibile. fit autem & animalium ge
neratio per commenſurationem corporum quorun/
dam, quæ ipſa iam miſta ſunt: non enim eſt ſimplex
corpus quod immanet: per quam commenſuratio/
nem & animata fiunt, & unita, & certas quaſdam ha/
bentia potentias: qua commenſuratione ſoluta: ob id,
quòd ea, ex quibus generata ſunt, cum mutantur, nõ
ſeruant potentias, ſecundum quas eſt commenſura/
tio: reſolutio, & diſſolutio ipſorum fit: non in ea, quę
non amplius in ipſis ſeruantur, quale & menſtruum:
nam & hoc ipſum erat compoſitum: quæ compoſitio
poſterior eſt prima miſtione, & compoſitione corpo/
rum, ex quibus animal ipſum conſtat: ſed cum illa
mutantur, ex quibus hęc ſunt corpora: hæc uero erãt
elementa ipſa, quæ ſeruantur, & ſoluuntur ab inui/
cem ex incommenſuratione quadam, quæ fit in ipſis
ob id, quod ex ipſis exuperat: quandoquidem poten/
tiam non habent, ut in infinitum huiuſcemodi com/
menſurationem ſeruẽt. animalia quoque, & alia com
poſita corpora in elementorum reſolutionem corrũ/
puntur, ex quibus per commenſurationem quandam
elementorum mutuam generantur, & conſtant. &
mundus quoque, ſi ex corporibus quibuſdam actu
exiſtentibus per mutationem aliquam genitus fuit,
procul dubio illa corpora ſeruantur in ipſo, per quo/
rum mutatiom ipſe generatur: ſeruata uero, & poten
tia iterum illo modo ſe habere, ut ſe habentia mutan
tur, iterum ad eſſe mundi mutarẽtur: in quem ſi mu
tarentur non eſſet amplius mundus. quemadmodũ
& ſimplicia corpora inter ſe ipſa prima mutari uide/
mus. eò quòd ſubiecta ipſis materia ſuſceptiua eſt eo
rum, quæ formant prima corpora, & compoſita: cũ
aut per naturam, aut per aliquem extrinſecum caſum
ſuperauerit aliquid in eis, quod ſoluit commenſura/
tionem ipſorum mutuam, per quam habet eſſe com/
poſitum corpus.

Non eſſe per accidens prouidentiam ſecundum Ariſtotelem. Caput uigeſimũ primũ.

CVum haberemus pauloante ſermones cũ ſociis
de prouidentia: & tentarem ego monſtrare quòd
ſecundum Ariſtotelem numina ipſa mortalium cu/
ram habent, & prouidentiam: promptumq; eſſet dice
re quænam eſſet, & quo pacto fieret: dixit quidam
eorum, qui aderant, prius dignum eſſe diſcere quo
pacto reſpõdere oportet interrogantibus, utro potius
modo à numinibus prouideri hęc quę apud nos, dice
re opus ſit, principaliter ne, an per accidens. qui enim
negant eſſe ſecundum Ariſtotelem prouidentiam
quam ſcilicet nos dicimus fieri prouidentiam, per acci
dens aiunt dici, & fieri. ſi uero in omnibus, quibus
additur ipſum per accidens, quòd nõ proprie ſint ea,
quę dicuntur, ſignum eſt, hoc neque proprie ens eſſe,
neque ens quodammodo, neque per accidens dicta
prouidentia prouidẽtia erit, cum eiuſmodi additione
dicta. per accidens enim mota eſſe dicuntur, quęcun/
que non proprie mouentur, nec per ſe. per accidens
quoque cauſæ hę dicuntur eſſe, quę nihil his princi/
paliter conferunt, quorum eſſe dicuntur cauſę. ſi ita/
que & prouidentiam cum hac additione dicamus
fieri, fortaſſe ex his, quæ ipſi dicimus de prouidẽtia,
deſtruemus eſſe prouidentiam. quemadmodũ enim
adulteratam drachmam impoſsibile eſt drachmam
eſſe dicere: quia quod additur aufert eius eſſentiam:
ita nec per accidens prouidentiam poſſumus dicere
prouidentiam: quia ipſum per accidens in omnibus
additur ad deſtructionem illius, cum quo componi/
tur. Et ego ad ipſum. Cur tibi neceſſarium uidetur
prouidentiam alteri horum neceſſario iungendam eſ
ſe, & cogi reſpondentem ſic interroganti, aut principa
liter, & per ſe fieri dicere ipſam, aut per accidens? Et
hic. quis enim aliud quid pręter hęc dicens, recte re/
ſpondere uiſus fuerit? Manifeſtum, dixi, quòd ſiqui/
dem nihil uideretur poſſe eſſe inter ipſum per ſe, & ip
ſum per accidens, cogeretur recte ad interrogationem
reſpondens in altero prouidentiam ponere. at ſi po/
teſt eſſe aliquod horum medium, proculdubio qui
hoc monſtrauerit, interrogationem quoque non ne/
ceſſariam monſtrauerit: cum non omnes complexa
fuerit modos, qui de prouidentia dici poſſunt. Etiam
quoduis, inquit, ſit huiuſmodi, quod, cum præter/
miſſum fuerit, deſtruit reſponſionis neceſsitatem. Et
ego. puto quidem hoc fore notum, an hoc modo ſe
habeat, nec ne, ſi prius nobis ipſis in memoriã reduxe
rimus quid utrunque illorũ ſignificet, per ſe inquam,
& per accidens. quod, cum ille me recte dicere affir/
maret, tentaui ſignificatum utriſuque eorũ, quæ in
interrogatione ponuntur exponere, dicens. Per ſe qui
dem alicui hunc dici prouidere, qui ſpectans utilita/
tem eius, cui proſpicit, operatur, & agit huius utilita/
tis gratia ea, quibus ſe cõſecuturum id, quod ſpectat,
exiſtimat, finem ſtatuens operationũ utilitatem eius,
cui prouidet. Per accidens uero prouidere aliquis ali
cui dicitur, cum eo, qui ita dicitur prouidere, nihil
agẽte ad utilitatem eius, cui proſpicit, ex quibuſdam,
quę ab illo fiunt, aliquid ipſum utilitatis cõſequi con
tigerit: cum ille, qui hoc modo prouidet, quod acci/
dit prorſus ignoret. nam & theſaurum inueniſſe ui/
detur per accidens, qui primo alicuius alterius gra
tia fodit, neque ſe inuenturum expectans. & ex fulmi
ne aliquo periit per accidens: eò quòd nec fulmen hu
ius gratia delatum eſt: nec huius facturum eſſe ali/
quid nouit fulminis fabricator, uel opifex. cognitio
enim alicuius eorum, quæ ſecuntur ad ea, quæ alte/
rius gratia fiunt, deſtruit fieri id ab illo per accidens:
cum per accidens quidem ſit, quod præter ra/
tionem uidetur fieri: prænotionem uero eorum,
quę per rationem fiunt, ſignum eſſe uidetur. nonne
de his, & illis, quę ita fiunt prædicamus uerbum per
accidens? Et ille nempe non de aliis. fortunam quip/
pe cauſam per accidens dicentes, in paucioribus ipſam
definimus, ipſius fieri raro, à non prouidente. Atqui,
dixi ego, cum huiuſmodi ſit per ſe, & per accidens
prouidentia, multis puto non indigebis ſermonibus,
ut non exiſtimes ſufficientem eſſe interrogationem,
quę uult in ſolas per ſe, & per accidens prouidẽtiam
diuidendam eſſe. Recte dicis, inquit ille. nam ſi quis
cognoſcit utilitatem, quæ fit alicui ex his, quę ipſę fa/
cit gratia alterius, is, ut ex prædictis liquet, nec per ſe
prouidet, nec per accidens ei, cui hoc modo ex aliquo
eorum, quę facit, utilitatem præſtat. At dixi ego, ſi co/
gnitioni utilitatis, quam alicui facit, eius quoque uo/
luntas accedat, nonne etiam multo magis prouiden/
tiam, quę hoc pacto fit, dices ab ea, quæ per accidens,
diſtare?

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

distare? Et hic maxime quidem. ferè enim per se est, quæ hoc modo sit prouidentia: cum per se prouidere sit gratia eius, cui prouidet, omnia facere: per accidens uero gratia alius aliquem facere, sed ignorantem utilitatem, quæ huic fit per illud, neq; uolentem. Faciens uero non quidem huius gratia, sciens autem, & uolens præstare utile, hoc huic prouidet quidem, sed nec per se, nec per accidens. Et si præstat huic qde utile, sed in seipsum illud utile refert, hoc nec per se, nec per accidens prouidet. Et si quid uniuersalibus quidem per se, particularibus uero per accidens, nec hoc simpliciter, nec per se, nec per accidens singularibus prouidet: non per se quidem, quia non horum gratia: non per accidens autem, quia nõ est diuersum uniuersale à particularibus: in his enim est ei esse desistere ab hoc, quòd fiat per se principaliter. Sed quid dices, dixi ego, de hoc, qui aliquibus quidem prouidet, in seipsum tamẽ ab his, quibus prouidet, utile refert: quo pacto pastores uidemus pecudibus prouidere, & bubulcos bobus, & caprarios capris, similiter & equorum pastores, & subulcos his, quæ pascuntur, & depascuntur ab eis. Sed hic quidem dicebat, & omnis sanè, quæ hoc modo fit prouidentia, parum quid differt ab ea, quæ principaliter, & per se fit: aliorum enim, quæ similiter fiunt, intentio sola transposita huiuscemodi prouidentiæ ad eam, quæ per se, differentiam facit. Sed nonne & qui dicit, dicebam, eò quòd quorundam quidem per se prouidentia fiat, quorundam uero per accidens: per se quidem uniuersalium, per accidens uero eorum, quæ sub eis: alium quendam prouidentię modum dicit præter dictos à principio? Quodammodo enim, dixit, alium, cum ipsum commune aliud sit à singulo eorum, quę sunt sub eo: in his tamen unum quid habens esse: & ob hoc communicans eis quodammodo ea, quæ ob ipsum principaliter fiunt. Et ego ad ipsum, manifestum est igitur, dixi, ex concessis, quòd quouis posterius dictorum modo prouidentiam quis dicat, nec principaliter, nec per accidens ipsam fieri dicet. Est porro, dixit manifestum. Sed cum hoc iam manifestum factum sit, dixi, euidens est nec primam propositionem, quam dixi quosdam interrogare, responsione dignam esse, nec tolli prouidentiam ab eo, qui horum modorum aliquo prouidentiam dicit fieri: ut uidetur ille tollere, qui eã per accidens dicit fieri. nã ptermittẽtes horum alicui modorum attribuere numinum erga res in generatione, & mortales prouidentiam, dicere deos propter mortalium salutem proprias agere actiones prorsus à Deo alienum. simile enim est hoc, ac siquis dicat liberos, & dominos seruorum gratia esse, & propriis actionibus fungi illorum salutis, & ordinis gratia: siquidem aliorum omnium domini sunt ipsi Dii. nam si in omnibus nobilius est eo, quod gratia alius est, id cuius gratia est aliquid: quãdoquidem nobilior est finis his, quæ ante ipsum: erit iuxta sic dicentes familiaris, & seruus domino nobilior, & numinibus mortalia. quãuis de seruis & dominis possimus dicere retributionem quandam in ipsis mutuam fieri ex actionibus, quas operantur: actiones enim dominorũ salutis seruorq; gratia fieri: cõferre uero iterq; ad dñorq; salutem: in actione enim seruorum domino rum salutem esse positam, ut sit alter alterius quodammodo finis. at Deorum salutem mortalium actionibus indigere dicere penitus absurdum eé uisum fuerit. Quomodo enim non est absurdum huic quoq; consimiliter dicere & finem, & bonum Deorũ in rerum mortalium ordine, & prouidentia situm esse? cum præcipue multa conspiciantur eorum, quę in his fiunt, non digna proprio ordine. sed si numen ipsum suis fungetur actionibus salutis mortalium, non sui gratia, uidebitur porro mortalium penitus gratia esse. huius uero gratia faciet secundum eos, qui in ipsa prouidẽtia illius substantiam ponunt. nam quid aliud est ipsum numen secundum sic scribentem? nam quid id, quod relinquitur, si à niue album, & frigidum quis abitulerit? quid quoq; in igne, si calidũ extinxeris, & à melle dulce, & ab anima mouere, & à Deo prouidentiam? si enim in ipsa prouidentia esse Deo est, secundum sic dicentem, & scribẽtem: omne autem, quod prouidet, alicui prouidet: & prouidere est propriis fungi actionibus gratia eius, cui prouidetur: necesse erit omnino Dei actionem, ut Deus est, eorum, quibus prouidet, gratia esse. aut quo pacto tibi uidet? Et hic, quid enim aliud diceret, qui Dei substantiam in ipso prouidere statuit, ut & in calido eam, quę ignis. Sed nonne, dixi ego, in omnibus imperfectiora sunt ipso fine, quę fini ipsi conferunt? Quo enim alio, dixit, modo. Nõne etiam omne, quod proprias, & naturales actiones gratia alterius agit, illius gratia esse dicere necesse est? præcipue & si in sui substantia huiuscemodi sit? Maxime quidẽ. Sed finis aliud quid statuit, cuius gratia agit qd agit: & qd in propria substantia habet alterius gratia esse, hoc necessarium est imperfectum esse, & honore secundum huic, cuius est gratia. Affirmauit ille. Necessarium igitur est his, qui eiusmodi ex numine mortalium prouidentiam dicunt, numen ipsum mortalibus imperfectius dicere, & horum gratia existens: quo quid magis impium fuerit? & magis Deorũ substantiæ, & æstimationi alienum? Et ille uera inqt narras: & necesse est his, qui eiusmodi prouidẽtiam, & ita fieri dicunt, hęc sequi, & alia his similia: multa enim eorum, quæ hic fiũt, nec cognitu à principio digna eé uidebuntur, nec ab illorum fieri prouidentia. absurdũ quoq; sequet ad eos, qui omnia quidẽ prouidẽtię attribuũt, solum autẽ honestũ bonũ dicunt, & illud in nobis ponunt: cuius boni hominibus nõ potest aliquid à Diuina prouidẽtia fieri, in qua Deorum essentiam esse dicũt: idcirco sermonẽ de his seponamus in lõgius ociũ. Sermo uero ille, quẽ nos nũc prius auspicati sumus, inquirere mihi uidet, quomodo oporteat dicere secũdũ Aristo. prouidẽtiã fieri, cũ nec p se, nec p accidẽs ipsam dicamus fieri: sunt autẽ præter hos inuẽti plures prouidentię modi: quę fierit porro quis, quẽ nã eorq; Diis cõgruere dicamus. Et ego ad ipsum: nõne propositũ erat nobis ostẽdere interrogatã interrogationẽ ab his, q præcipuæ dicũt Diuina generabilibus, & corruptibilibus prouidere, aut inanẽ esse, nec omno responsione dignã, cũ plures sint modi, qbus possimus dicere prouidẽtiã fieri: si uero circa duos tãtũ fuerit, quorq; neutro prouidẽtiã, quæ ex Diuinis inquit, fieri posse ostẽsum est, falsam? Erat qdẽ hoc dixit. Sed qa satis demõstraui, sit iã tibi sermo pfectus, quẽ aduersus illos pposui. uerq; nostri gratia dignũ est te his, q iã demõstrata sunt, assensisse. si. n. uideat iuxta eã, q ab Aristotele dicit, prouidentiã hęc destructa, quę ad prius dictas opiniones seq ostẽsa sunt, nõ paruũ & hoc accedet testimoniũ ad opinionis maxime uerę cõfirmationẽ. est qdẽ, ut dixi, nõ facilis de his sermo: cũ præcipue

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

nullus eorum, qui ante nos, hoc demonstrare fatege-
rit. nullum quippe opinabitur, quantum ego norim,
eorum præcipue, qui præcesserunt, Aristoteli s sermo
nem de hoc quæsito non explicasse, ut his, quę ipse di
cit consentanea ostenderet ea, quæ ab Aristotele di-
cta sunt. sed quia & tu uis, & rectum esse existimo,
ut, quantum de ipso pertractare possumus, ad tantũ
sermonem deducamus: melius putantes, & si parum,
his affluere, quę de ipso dici possunt, quàm timentes
finem quæsito imponere non potuisse, etiam à paucis
abstinuisse. Non est igitur ad ipsum pigritandum.
Conabor autem una cum sermone de is ostendere,
& eos, qui quę Platonis sunt pollicentur: maxime ue-
ro sibi ipsis persuadent nihil ab Aristotele de proui-
dentia dictũ esse, nihil explorate, atq; accurate dicere.

*Expositio textus ex secundo de generatione, & corru-
ptione Aristotelis, diuersa ab ea, quæ in commenta-
rio in illum. est uero textus hic.* Cap. xxii.

SI igitur in infinitum sunt in deorsum, nõ erit ne-
cesse eorum, quę posterius, hoc factum iri simplici
ter, sed ex suppositione: semper enim alterum
prius necessario erit, ob quod necessarium & illud fa-
ctum iri. Si in quibus ipsum posterius ex necesita-
te, in illis solis illud uerum esse ostensum fuerit, si pri
mum, ex necesitate posterius: in generatione autem
in infinitum, non est posterius necessario, cum neque
ipsum fiat: neque utique ante id, quod ultimum fit,
aliquid simpliciter ex necesitate fiet: cum solum ea,
quę sunt inter ultimum necesitatem simpliciter ha-
beant ab ipso fine, si hoc simpliciter ex necesitate fiat.
si enim illud sit ex necesitate simpliciter, tunc & quæ
ante ipsum ex necesitate erunt intermediorum, &
eius quod in infinitum fit, singulum ex suppositione
necesitatem habens. si enim hoc quidem tale erit,
oportet & hoc, quod est ante ipsum: & similiter rur
sus illud necesitatem habebit: nam & illud ex necessi
tate erit, si quod est post hoc: & ita procedentibus,
cum nullum sit ultimum infiniti, quod est ex necesi
tate sit simpliciter generandum, ex necesitate genera
bantur & quę ante ipsum: ad quę rursus, cum ex ne-
cesitate fiant, sequebatur & ultimum ex necesitate
fieri, si ipsa prima. non item in his, quæ hoc modo
fiunt, est huiuscemodi consequẽtiam sumere, eam sci-
licet, si primum, ex necesitate & posterius. Illud au
tem. Quare si non est principium infiniti, nec pri-
mum erit, ob quod necessarium erit factum iri, illi
æquiualet. quare si non est finis infiniti: principium
enim nunc dixit ipsum finem: quoniam ab huiusce-
modi, si necessario fiat, principium huius, quòd &
omnia ipsum præcedentia ex necesitate generari de-
bent. quod si non est hoc, nec consequentia illa in ip-
so uera erit, quę dicit, si primum, posterius: eò quòd
huiusmodi consequentia uera sit in his, in quibus
aliquod ultimũ ex necesitate fit: cum sequatur hoc
ad id, quod ex necesitate fit, & quæ scilicet ante ip-
sum sunt fieri ex necesitate: & uerũ esse in unoquoq;
ipsorum illud, si primum, & posterius: nam necesse
est, id huiusmodi consequentia uera futura est, esse ali
quid extremum in his, quę sumuntur. Quod autem
principium ipsum, & extremum dicit, demonstrauit
per ea, quæ paulopost dixit hoc modo. Horum autẽ,
siquidem erit ęterna, non in rectum possibile est, eò q;
nullo modo sit principium, neq; si deorsum ut in fu-
turis, sumamus, neque si sursum, ut in his quæ facta
sunt. Illud enim, neque deorsum in futuris principii,
ut finis, declaratiuum est. oportet igitur deorsum
esse principium, si quæ generantur necesitatem sim-
pliciter sint habitura: quoniã, cũ hoc supponitur sim
pliciter necessario futurum, uerum factum est hoc, si
primum, ex necesitate & posterius: sursum uero mi
nime, quoniam sic poterimus assumere id, si pri-
mum posterius.

De *lapide Herculeo, propter quid trahit ferrum.*
Caput uigesimumtertium.

EMpedocles quidem à defluxibus, qui ab utrisque
fiunt, & meatibus lapidis, qui cum meatibus fer-
ri cõmensurati sunt, dicit ferrum ad lapidem ferri:
huius enim defluxus aerem, qui est in meatibus ferri
ipsos operientem propellunt, & mouent: hoc autem
separato, defluxu toto simul fluente, ferrum sequi:
cum autem feruntur ab ipso defluxus ad lapidis mea-
tus, quia sunt eis commensurati, & conueniunt, etiam
ferrum ipsum cum defluxibus sequi, & ferri. At quæ
sierit porro quis, etiam si concessum fuerit quod de
defluxibus, cur nam lapis non sequitur & ipse deflu-
xus proprios. mouetur autem ad ferrum? nam nihil
magis ex dictis lapis ad ferrum, quã ferrum mouebi
tur ad lapidem. Præterea, cur non & absq; lapide mo
uebitur ferrum quandoq; ad aliud quid? si congre-
gatim ab ipso defluxus ferantur: cur enim soli à lapi-
de defluxus mouere possunt operiẽtem meatus ferri
aerem, & detinentem ipsos defluxus. Amplius, cur
nulla alia res ad aliquam aliam ita fertur? & si multa
dicantur ab ipso commensuratos defluxibus meatus
inter se habere. dicis quippe aquam cum uino ma-
gis conuenire, sed oleo non uult: neutrum tamen ho
rum ad alterum fertur. Democritus etiam ipse po-
nit & defluxus fieri, & similia ad similia ferri, sed & in
cõmune omnia ferri. hæc cũ suppositisset, sumit lapi-
dem, & ferrum ex similibus atomis constare, tenuio
ribus autem ipsum lapidem, & esse rariorem, & pluri
bus uacuitatibus plenum, & ob hoc facilius mobi-
lem ad ferrum citius ferri: est enim ad similia latio:
& ingredientia in meatus ipsius ferri mouere, quę in
illo sunt corpora, elabentia per ipsa ob tenuitatem: hęc
uero mota, & extra defluentia ferri & ad lapidem ip-
sum, propter similitudinem, & quia plura habet ua-
cua: ad quæ sequens ipsum etiam ferrum ob congre
gatum simul totum excrementum, & lationem, fer-
ri & ipsum ad lapidem: non item etiam lapis fertur
ad ferrum, quia non habet ferrum tot uacua, quot
lapis. At lapidem quidem, & ferrum ex similibus
constare fortasse quis admiserit: sed quomodo ad
ipsum electrum etiam palea, quia & in illis dicit hanc
causam. Amplius multa alia trahuntur ab ipso ele-
ctro, quę si omnia ex similibus constant, & illa quæ ex
similibus inter se constant, se uicissim traherent. Dio-
genes quoque Apolloniates ductilia omnia, inquit,
etiam emittere à seipsis nata esse humiditatem quan
dam, & trahere ab extrinseco: illa quidem maio-
rem, hæc uero minorem: plurimam autem æs, &
ferrum emittere: cuius signum est, exuri, & absumi
aliquid ab eis in igne: & si aceto, & oleo ipsa vngan-
tur gruginari: hoc enim pati, quia extrahit ex ipsis hu
miditatem acetum: ignẽ enim exurere humiditatem
in ipso

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

in ipso, siquidē exurere ipsi: quod uero in singulum ingreditur trahere, & absumere quod est in eo humidum, cum ferrum trahat, & maius emittat humidum, lapidem rariorem existentem ferro, & terrestriorem plus attrahere humidi ab adiacente aere, quam emittere: quod quidem sibi cognatum est trahentem in se recipere, & quod non cognatum repudiare: esse uero sibi cognatum ferrū, quia attrahit ab ipso, & in se recipit, & propter huius attractionem ipsum quoq; ferrum attrahi ob congregatam attractionem humidi, quod est in eo: ferrum uero non item trahere lapidem, eò q; ferrum non adeo rarum sit, ut possit recipere cōgregatam ab ipso humiditatem. Sed si hoc est, cur solus lapis trahit ferrum, nullum uero aliorum, quod sibi cognatū est, qualia sunt ęs, & plumbum, siquidem & hęc humiditatem emittunt, & trahunt, & cognata quędam etiam his sunt, quemadmodum, & ferro lapis? Prętera, cur non & alia quędam solidorū trahit lapis, quę magnam humiditatem emittunt, quibus etiam æs annumeratur? nō enim quia immanēt, quæ trahuntur ob commensuratione sequitur illud, à quo defluit, quod attrahitur, sed quia attrahuntur: & decentius est, quorum non manet in trahente humiditas, sed emittit hæc potius moueri: etenim plus ab ipsis par est trahi, eò q; in seipso trahit, neq; ab ipso repleatur, sed quia simile maneat, trahat. Simili uero modo in uniuersum necessarium erat de hoc dicētem primum quęsiuisse, quis attractionis modus. quædā enim ui, & tactu trahunt: & hæc, cum mouentur, mouent: non autem hoc modo lapis, cum sit immobilis, nec tangat ferrum, nec mediū aeré trahat, aut aquā, trahit ipsum per ipsa: traheret enim supernatantia in ipso, & leuiora: eò q; attrahant aerem medium, calidiate, quæ est in eis, electrum, & cucurbitula. neq; hoc modo ille: in illis enim ignis motus, & exiens trahit proximum humidum, & tangens ueluti ab attracto (cōtinuum attrahitur: lapis uero ferrum solū: si enim traheret aerem medium) ferrentur porro omnia, quę in aere leuiora ferro ad lapidem, prius q̄ ferrum. Attrahere uidentur & matrix femina, & uenæ, & membra nutrimentum: non sic autem lapis trahit ferrum: etenim horum quæcunq; trahunt, eò q; aerem, & humidum prius medium trahant, hoc per accidens faciunt. Trahere etiam uidetur sol aquam: cum enim mutatur à caliditate solis, fertur ad locum sibi naturalem, qui est sursum, ubi & sol: non sic lapis, non enim mutat ferrum. Trahit etiam animal nutrimentum: & omne concupiscibile, & appetibile: non faciēdo quod inter ipsum & appetentem sibiipsi simile: non enim fit nutrimentum ipsum intermedium, neq; hoc trahitur: sed motum intermedium ab appetibili præbet speciem ei, quod mouetur, ut in uisione fit. Sic & ferrum ad lapidem fertur, non trahentem ipsum ui ad se, sed huius desiderio, quo ipse quidem indiget: habet autem ipsum lapis: uidetur enim & lapis esse terra, ex qua ferrum foditur, aridus sanè iam, uel à tempore, uel aliqua alia causa: non enim, quę sensum tantum habent, & animata desiderant, quod est eis naturale, sed & inanimatorum multa hoc pacto se habent.

Expositio textus ex secūdo de Aīa Aristotelis dicti paulopost principiū. Cap. vigesimūquartum.

DIcimus itaq; unum quoddam entium genus substantiam: huius uero, hoc quidem ut materiam, quæ secundum se quidem non est hoc aliquid: alterum uero forma, & speciem, p quam iam dicitur hoc aliquid: & tertium quod ex his. Materia, quę per se non est hoc aliquid, quatenus formam & speciem receperit, & habuerit, iam dicit hoc aliquid: est enim unicuique materialium esse hoc ab ipsa forma. in simplicibus quidem, & primis corporibus nullo modo materia per se est hoc aliquid, cum prima, & proprie materia his proxime subiiciatur: sed in corporibus compositis, quia his non amplius subiicitur proxime, prima, & proprie materia, sed ipsorum materia sunt his subiecta corpora: siquidem, quę elementa uocantur sunt horum materia: erit quidem horum materia hoc aliquid: non tamen quod ex illis est generatum, esse hoc, quod generatum est, habet à materia, & illius forma, sed à forma, quæ genita est ex certa quadam compositione, & mistione subiectorum ei corporum. non enim, quia ignis, & aer, aqua, & terra sunt materia carni, caro ab his uocatur, & est, sed à forma in ipsis generata, secundum quam caro ex ipsis genita habet essentiam suam: nam nec illa ab initio in carne seruantur amplius: sed quemadmodum in generatione simplicium corporum subiecta eis materia, hæc autem erat prima, per se quidem non erat hoc aliquid, subsistebat tamen, cum esse in aliqua alia forma, & per illam esset hoc aliquid: ignis enim, qui generatur, per mutationem materiæ generatur, quæ abiicit quidem præexistentem formam in ipsa, & ipsam permutat in ignis formam: & non quia ex aere, si ita accidat, fit hæc mutatio, ignis per aerem habet esse: quemadmodum nec materiæ in ignem mutatio: sic neque composita corpora, quibus iam proxima materia est hoc aliquid, habent esse hoc aliquid à subiectorum eis corporum forma, sed ab ea, quę ex illis, & ab illis est genita. quapropter uniuersaliter uerum est omnem compositam substantiam à forma habere esse hoc, quod est. quod cum ita se habeat, est & illud uerum, singulam compositam substantiam, hoc ipsum, quod est, & dicitur, hoc ipsius formam esse. quare cū & ipsum animal composita sit substantia, & animali ipsi esse, & dici ab anima, & per animam sit, animalium forma erit ipsa anima: ita quoque de aliis animatis ultra ipsa animalia. Esse autem ipsam animam formam, hac utens uia demonstrauit. quoniam substantiæ, illa quidem est materia, hæc uero forma, alia composita: & est ipsa composita ex forma, & materia, habens esse hoc aliquid non à materia, sed à forma, quæ est in ipsa: cum sumpsisset naturalia corpora esse substantias, operantur enim: manifestum quoque, & quod composita substantia, cū aūt distinxisset naturacorpus eo, quod uitam habet, sumpsit naturale corpus uitam habens esse substantiam compositam: non quia & naturale corpus per se non sit substantia composita, & simul utraque: sed quia ipsa iam, ex quibus constat, manifesta, ex corpore enim naturali, & uita, quæ est ipsa anima. Cum autem sumpsisset corpus uitam habens compositam substantiam esse ex materia, & forma, monstrauisset q; animam, nec corpus, nec subiectum esse in animali, monstrauit q; anima est substantia per formam: oportet enim ipsam, uel ut formam, uel ut materiam esse in ipso.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

Expoſitio alius textus ex ſecundo de Anima Ariſtotelis. Cap. uigeſimũquintũ.

NOn enim huiuſcemodi corporis quod quid erat eſſe,& ratio anima, ſed naturalis huiuſce habentis in ſeipſo principium motus,& ſtatus. Ad aliqd eſt habentis principium motus, & ſtatus in ſeipſo. At ſi huiuſmodi eſt naturale corpus,quo pacto natura/le erit ipſum Diuinum corpus,non habens in ſe prin/cipium ſtatus? An habet quodammodo principium ſtatus,cum ſcilicet per partes quidem moueatur, to/tum uero ut totũ quieſcat,ſemper enim eſt in eodem. Aut nõ de quocunque dixit naturali corpore, ſed de eo,in quo generatur anima. Aut illud, habentis in ſe principium motus,& ſtatus,non de corpore dicit na/turali,ſed de habente animam:anima enim in his eſt principium motus & ſtatus.

Alius ex eodem textus.

SEmen autem,& fructus potẽtia huiuſcemodi cor/pus. Maxime demonſtrabitur animam non eſſe in ſubiecto per hũc textum:ſi enim organicum cor/pus, in quo eſt anima, ab anima habet eẽ organicum: nec priuſquam animam haberet,erat organicum:nec cum abiit anima, eſt amplius organicum, non erit in eo,ut in ſubiecto:atqui non eſt in aliquo alio corpo/re ab hoc: ſemen enim eſt potentia animatum, cum poſsit fieri huiuſcemodi corpus,cuius anima eſt pfe/ctio,& cui eſſe hoc,quod eſt,ab anima eſt.

Alius ex eodem textus.

DIcamus igitur principium cõſiderationis ipſius rei accipientes,diſtingui animatum ab inanima/to ipſo uiuere. Cũ ex eo, quòd accepit quidem animam habens corpus compoſitam ſubſtantiam,om nem uero compoſitam ſubſtantiam ex materia, & for ma conſtare,non eſſe corpus in ſubiecto aliquo,ſed ip ſum eſſe ſubiectum monſtrauiſſet: & cum tradidiſſet rationem animæ,actum primum corporis,phyſici,or ganici:tanquam nondum ſatis oſtenſum ſit animam eſſe formam, quia ex tradita definitione non appareat cauſa,ob quam forma eſt,& actus huiuſmodi corpo/ris ipſa anima:cum iterum reaſſumpſiſſet, à ſuperiori bus hoc ipſum conatur oſtendere: & primũ quidem animæ potentias exponit: & cũ monſtraſſet quaſdam ipſarum primas eſſe,& ab aliis ſeparabiles, quaſdam uero ſecundas:& cum monſtrauiſſet ordinem quen/dam in eis exiſtentem:& ꝙ uiuere ipſum animatis eſt ab anima altrice,animali autem eſſe ab anima ſenſiti/ua:cum etiam demonſtrauiſſet in ſenſitiuis ordinem quẽdam eſſe:& quaſdam primas, & ab aliis ſeparatas, quaſdam uero ſecundas, & à primis inſeparabiles: & cum quæſiuiſſet,an quælibet animæ potentia anima dicenda ſit,aut particula animæ:& ſi particula, ſit ne tantum ratione ſeparabilis,aut etiam loco:& cũ mon/ſtrauiſſet plures eius potentias ratione tantum ſepa/rari,de intellectu autem dixiſſet dubitationem aliquã eſſe:cum etiam dixiſſet ſecũdum formam fieri anima/torum differentias: & habere alia quidem potentias omnes,alia aliquas, alia unam tantum: poſt hæc de/monſtrauit quomodo anima eſt forma, & actus:nam quia corporis ſubiecti aliquid eſt,qualiſcunq; exiſtẽs, & inſeparabilis eſt ab eo. Demonſtratio uero eſt hu/iuſcemodi,ſumpſit illud,in omnibus, quę talia eſſe di cuntur,qualia ſunt primo, & ſecundo: & per quod quidem primo dicuntur, hoc eſſe ipſorum formam, per quod uero ſecundo,hoc eſſe ſubiectum, & mate/riam formam illam continentem: & cũ hoc inductio/ne probauiſſet, ſumpſit illud, & animata ipſa dici ui/uere,propterea quia animam quidem ipſam primam habent.quod cum ita ſe habeat,oſtenſum eſt animam formam eſſe corporis,quod ipſam habet, corpus au/tem ſſe materiam.

Materiam non eſſe genus. Cap. uigeſimumſextum.

GEneri & materię communia ſunt eſſe communia pluribus:& eſſe priora natura his, quæ ſub ipſis ſunt, & per quę ſunt communia:& compoſitio/ne alicuius formæ cum ipſis differentias ſumere. nam quemadmodum,cum communis ſit ipſa materia,for/mæ quę in ipſa generantur, per differentiam, quam habent inter ſe,differentiam faciunt, & ipſum compo ſitum:ita & in ipſo genere,cum ſit commune,ſpecies, & differentiæ cum ipſo compoſitę,per differentiã,quę eſt in eis,faciunt in generibus differentiam:quæ enim eadem ſunt,diuerſa fiunt differentium compoſitione. An ſit ipſorum inter ſe differentia penes hoc,ꝙ non ſi milem habent communitatem ad formas, & ſpecies, quarum eſt communitas: materia enim eſt cõmunis, ut ſubiecta his,quibus eſt cõmunis, ſubiicitur enim formis:genus autem eſt commune, ut prædicatur de his,quibus eſt commune:nam in materia ſubiecta for mę generantur, ut in ære figuræ:at non ita in genere ſpecies:genera enim de his prędicantur,quorum ſunt genera. Et materia quidem,cum ſimul tota ſumitur, communis eſt,quia omnes habet in ſe materiales for/mas: uerum unaquæq; eius particula communis eſt & ipſa,quia omnium ſucceſsiue eſt contrariorum re/ceptiua: genus autem ipſum commune eſt propriis ſpeciebus:ſed eius ſingulare non eſt commune: non enim poſsibile aĩal,quod eſt in Socrate, in alio quodã factum iri. Et materia quidem res quędam eſt, & ſup/ponitur conferre,ut unumquodque ipſorum ſit hoc aliquid:genus uero, cum ut genus ſumitur,non eſt aliqua res ſubiecta,ſed ſolum nomen,& communita tem ſuam habens in intelligi, non in aliqua ſubſiſten tia. Et materia quidem numero incorruptibilis:ge/nus uero ſpecie incorruptibilitatem habet, & eorum quę fiunt,ſucceſsione deficere non potente, ſingulare autem eius corruptibile eſt. Et materia quidem com poſitę ſubſtantiæ altera pars, in compoſiti corruptio/ne ſeparatur,& ſeruatur:genus autem eſt quidem & in ſimplicibus,huiuſcemodi enim ſunt ſpecierum, & accidentium genera:nec enim compoſitum,nec ſimul utrunque,ut ex forma,& ſubiecto,nec qualitatis,nec quantitatis,nec alicuius aliorum à ſubſtantia ipſa ge/nerum:ſed in ſubſtantia compoſita, & materiali com/poſitum eſt ipſum genus,& commune,ut cõpoſitum, in ea.nam quemadmodum ſingularia ſunt in anima/li compoſita,ſic quippe & ſpecies ipſorum & genera: animal enim formam quandam ſignificat in materia, non tamen eſt altera pars compoſiti,ut materia:ſed cõ ſtat eſſentia animalis ex ambobus: idcirco non ſepara/batur eo modo,quo materia:habẽs enim aliquid for/mę in propria ratione, cum corrumpitur totum per formę corruptionem,etiam ipſum per communicatio nem corruptibilis corrumpitur:idcirco animal,quod

eſt in

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

eſt in Socrate, particula quodammodo exiſtens generis, non permanet cum corrumpitur Socrates: ob id quoq; ſi oía aíalia ſingularia corrũpant, tollit & animal quod eſt ut genus: ipſa materia nihil huiuſmodi patiente. Nec formæ eodem modo ſunt in materia & in genere: nam in materia omnis forma generatur, exiſtente abſque forma ſecundum ſui ipſius rationem: in genere uero iam præceſſit forma communior, & in omnibus, quæ ſunt ſub genere ſpeciebus, comprehenſa fuit: idcirco nec omnis forma amplius in genere fit, cum eius pars præceſſerit, generis naturam complés: differentiæ uero, quæ communitatem formæ diuidunt, ſunt quæ generi componuntur: ideo genus inſeparabile eſt ab illis, quorum eſt genus, ſimulq; cum eis corrumpitur: & non formarum, ſed partis formarum eſt receptiuum: & non, ut ſubiectũ, receptiuum, ſed cum per intelligentiam ſumitur, & ſeparatur ab his, quibus eſt ſecundum eſſe coniunctum: ipſa materia priori exiſtente, quolibet materiali corpore: hæc enim quodammodo non exiſtens per propriam rationem, poſtquam actu formã receperit, fit hoc aliquid primum principium exiſtens eius, quod eſt hoc aliquid, & compoſiti: ipſum uero genus ab hiſce materialibus, ſingularibusq; eſſe ſuum accipit per ſeparationem eorum, quæ differẽtiam ipſius oſtendũt, & faciũt. Materia quoq; omnibus generabilibus, & corruptibilibus cauſa eſt, ut ſint, & ſubſiſtant: genera uero his poſt accedunt, quę à materia habent eſſe, & ſubſiſtentiam, opus componentis ipſa ſeparatione per intellectum aliorum ipſi coexiſtentium.

CAPITA TERTII LIBRI.

Quid eſt Reminiſcentia. — Caput primum.

Expoſitio textus ex ſecundo de Anima ſermone Ariſtotelis, per quem dicit, Speculans enim fit habens ſcientiam: quod quidem, aut non eſt alterari, in ipſum enim accretio, & in actum. — Caput ſecundum.

Expoſitio textus ex ſecundo ſimiliter de Anima, per quem de ſenſu dicit, eſt autẽ hic, Determinatis uero his dicamus communiter de omni ſenſu. — Caput tertium.

Cur acceſſus, receſſusq; ſolis non pariter ſunt generationis, & corruptionis cauſæ. alius enim generatio alius eſt corruptio. — Caput quartum.

Quòd ſimpliciter ex neceſſitate generari, & non ex ſuppoſitione, eſt in his, quę circulo ſemper fiunt. — Caput quintum.

Expoſitio textus ex tertio de Anima Ariſtotelis, per quẽ demonſtrauit plures quinque non eſſe ſenſus. — Caput ſextum.

Alius textus expoſitio ex tertio de Anima quo quærit, quomodo conſenſus nobis ſentientibus fit. — Caput ſeptimum.

An ſenſibile, quod ab omnibus ſenſibus per accidens ſenſibile. — Caput octauum.

Expoſitio textus ex tertio de Anima, quo demonſtrat Ariſtoteles, quòd eſt aliquid, quo ſimul omnia ſentimus. — Caput nonum.

De Mari ex Meteorologicis. — Caput decimum.

Argumentatio, quòd poſitione nomina. — Caput vndecimum.

Non eſſe infinitum ipſum ens. — Caput duodecimum.

De eo, quod in nobis, quædam. — Caput decimũtertiũ.

Diſcurſus eorum, quę in quarto Meteorologicorum, imperfectus. — Cap. decimũquartũ.

De eo, quod eſt ueluti impartibile. — Cap. decimũquintum.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ALEXANDRI APHRODISIENSIS,
NATVRALIVM ANNOTATIONVM,
DIFFICVLTATVM, ET SOLVTIONVM,
LIBER TERTIVS.

QVID EST REMINISCENTIA,
CAPVT PRIMVM.

REMINISCENTIA eſt inuentio per inquiſitionem phantaſmatis, quod fuit quandoque in corpore, in quo eſt anima ſenſitiua.

Expoſitio textus ex ſecundo de Anima ſermone Ariſtotelis, per quem dicit. Speculans enim fit habens ſcientiam: quod quidem, aut non eſt alterari, in ipſum enim accretio, & in actum.

Caput ſecundum.

CVM dixiſſet Ariſtoteles in ſecundo de Anima de potẽtia, quę ab habitu, quam dixit ſecundam: prima enim potentia erat ipſa aptitudo ad apprehenſionem habitus: cum inquam de ipſa hoc modo dixiſſet, Speculans enim fit habens ſcientiam, quod quidem aut non eſt alterari, in ipſum enim eſt accretio, & in actum, aut eſt aliud alterationis genus: idcirco non recte ſe habet dicere, ſapientem, quando per ſapientiam agat, alterari: ueluti nec ędificatorem, quando ędificet. quod igitur ad actum ducit ex eo, quod potentia eſt, ſecundum ipſum intelligere, & ſapere, non doctrinam, ſed alterã habere denominationem iuſtum eſt. Hęc cum ipſe dixiſſet, quęſitum fuit uerſaliter poſt expoſitionem, an mutatio ad actum eſt motus: ſi enim non alteratio, multo minus aliquis aliorum motuum erit: quod enim ex intellectuali habitu mutatur ad ipſum intelligere, & agere, minime alteratio aliqua erit: cum alteratio ſit mutatio ſecundum paſſionem: hęc uero non eſt mutatio ſecundum paſſionẽ, ſiquidem eſt eiuſdem accretio: & operatio, quæ ſequitur ipſum habitum, conſeruatiua eſt habitus, & eiuſdem perfectio: quandoquidẽ finis unicuiq; eſt id, cuius gratia: omnis autem habitus gratia operationis fit, quæ ab ipſo prouenit. Si autem non ſecundum alterationem ſic operans mouetur, multo magis nec ſecundum locum, aut augmentationem mouet corpus: corporum enim ſunt huiuſcemodi motus: etenim ab habitibus, qui ab artibus, actiones fiẽt quidem uel per motum, quia corporea adminiſtratio indigent: hę uero, quatenus perfectiones ſunt habituum, minime motus erunt. An potius melius eſt ipſas generationes quaſdam dicere, ſiquidem ad perfectiones ſubſtantiarum, quarum ſunt, conferũt: non enim cuiuſque eorum, quæ per generationem habẽt eſſe, ad perfectionem acceſſus generationis eiuſdem pars eſt, modo igitur quodam & mutatio, quæ fit ab habitu ad actum, per motum quorundam pars eſt generationis ipſius artis: quoniam & omnis generatio per motus fieri uidetur. Sed ſi hoc in artibus dicere opus eſt, nunquid & in his, qui à ſpeculatiuis ſcientiis cum & ipſi actus quidam ſint, hoc idem dicere oportet: eſt enim multo in his rationabilius nõ eſſe aliquẽ motũ. at ſi & hęc generationes dicere opus eſt: omnis autem generatio eſt per motum, per quædam utiq; quę mouentur, & hęc generatio fiet. An oportet prius notum factum eſſe, ad cuius perfectionem conferat huiuſmodi actio. An, quę quidem ab artibus ipſarum artium, & artes habentium, quatenus artifices ſunt: in intellectu uero, & uirtutibus, & ſpeculatiuis habitibus ad hominum perfectionem confert actio, quæ ab habitibus iſtis: ſic quidem & actiones hæ hominis naturę perfectiones ſunt, ut homo eſt: eſt enim proprie homo, qui hos habet habitus, & per ipſos operatur, per quos homini maxime, & proprie eſt eſſe homini. doctrinę itaq; motus, & alterationes ſunt habituum effectiuę, per quas fit hominis perfectio: erunt porro & actuum ab ipſis procedentium cauſę: ſiquidem omne habitum habens mox operatur per ipſum: niſi aliqua impediat earum, quę actiones impediunt, ablatio, quę & ipſa fit cum quodam motu.

Expoſitio textus ex ſecundo ſimiliter de Anima, per quẽ de ſenſu dicit, eſt autem hic. Determinatis uero his dicamus cõmuniter de omni ſenſu. Cap. tertium.

CVm dixiſſet de potentia animę nutritiua, tranſit ad ſermonem de ſenſu: & primum quidem uniuerſaliter, & communiter dicit de ſenſu, poſtea dicet progrediens de ſingulo ſeorſum. primum igitur ſumit ſenſum fieri, dum aliquid mouetur, & patitur: uidetur enim per quendam motum, & paſſionem fieri. Cũ autẽ ſumpſiſſet ſenſum alteratione, paſſioneq; fieri, meminit de paſſione, & ipſo pati, quo pacto fit, ſcilicet quibuſdam uidetur ſimile à ſimili pati, quibuſdam uero contrarium à contrario: huius autem meminit, quia erat ei futurum utile ad aſſignandũ quid eſt ſenſus ieciſſe à quo nam patiantur patientia, quoniam & ſenſus ponitur paſſio quędam eſſe, & per paſſionem. Sed antequam de hoc dearticulate locutus fuiſſet, primum, cum dubitaſſet de ſenſu, quãobrem, cum ſint in ipſis ſenſoriis ſenſibilia, non ſentit hęc ipſe ſenſus, ſed extrinſeca tantum: & ſoluiſſet dubitationem per hoc, q; ſenſus ſit in potentia: ſenſus enim ad ſenſibile: ſenſibile autem eſt ab ipſo ſeparatum, quia nihil à ſeipſo patitur, ſenſus autem per paſſionem: donec igitur ſenſibile non fuerit præſens, ſenſus eſt in potentia: cum etiam ſumpſiſſet dupliciter dici ipſum ſentire potentia ſcilicet & actu, ſumpſit ipſum ſenſum,

quẽdã

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

quendam esse potentia, quendam actu, & pari modo ipsum sensibile. Cum etiam sumpsisset sensum per pas sionem fieri, & quendam esse potétia, quendam actu, consequenter dicit de ipso patiente, à quo patiatur, quod paulo ante mouerat. Cum etiã sumpsisset om ne patiens pati à mortuo, & actu existente hoc, quod patiens ab ipso potest factum iri, demõstrauit ex hoc, patiens aliquo quidem modo ut à simili pati, quo dammodo uero ut à dissimili: patitur enim dissimile, passum uero simile est. utile uero ei rursus hoc ad id, & sensum, potentiam, si per pasionem fit, patientem quidem agenti esse dissimilem, quod est ipsum sensi bile, passum uero, & genitum similem ei esse. Ad quæ consequenter sumpsit sensum quendam esse potétia, quendam actu: & diuisionem facit eius, quod poten tia, & eius, quod actu, uolens per ipsam ostendere im proprie dici sensum pati, & moueri: (nõ enim cuiusq; potentiæ accessus ad actum per pasionem, & motum fit: dupliciter enim dicitur potentia sciens: & pariter omne aliud dicitur: quod enim naturam habet reci piendi scientiam, potentia est sciens, sed & habens iam, & quod recepit scientiam, non autem operans per il lam, dicitur potentia sciens) quòd non similiter dici tur monstrauit. Cum autem dixisset, & habentem iã scientiam, non operantem autem potentia item & ip sum scientem dici, addidit, quòd qui iam speculans, & operans est, qui proprie dicitur sciens, cum non sit am plius potétia. Post quæ differentiam dicens eorum, qui dicuntur potentia scire, demonstrauit quòd qui primo modo potentia dicitur, qui scilicet, ut natura aptus est, nõ aliter mutaf, ut ad actũ ꝓueniat, nisi per pasionẽ, & alterationẽ: per disciplinã autẽ iam hñs nõ pasionẽ amplius, & alterationẽ ad actionẽ mutaf. Cũ aũt demonstrauisset quòd non cuiusq;, quod est in potentia, ad actum mutatio pasione, & alteratione, consequenter ipsius alterari, & pati diuisionem fecit: & sumpsit illud quidem corruptionem esse à contra rio, & exitum ab eo, in quo erat, quomodo patiuntur omnia, quæ in contraria mutantur: hoc uero pati di xit cõsistere, non quia corrũpaf, sed qa in cõseruatione & accretiõe fiat, ea, quatenus se habet ab eo, quod actu est, & simile: actio enim, quę ab eiusmodi habitu, & po tentia fit, cum sit perfectio habitus, non fit per muta tionem in contrarium, sed per eiusdem mutationem ex ocio in actionem: habens enim scientiam fit per eam operans, quod est ad idem, & simile accretio: Similiter quoq;, cum dixisset, ut se habet potentia ad actum, quomodo, & quę potentia, & ad quem actum refera tur demonstrauit, addens, speculans enim fit habens scientiam: quæ mutatio non est alteratio: siqui dem alteratio ex alio in aliud, & est ex contrario. mutatio: quæ uero ex eo, quod est ita in potentia ad actum ipsum: (ad ipsum enim id est, quod habet, & quatenus habet) accrtio est: aut si & hanc alteratio nem dicere opus est, aliud porro erit genus, & alia quę dam alterationis natura. Quòd uero pati, & alterari, ut æqualia sumpserit, demonstrauit cum dixit, quod non est alterari, tãquam enim sit ęquale in ipso, quod non est pati. Quod cum demonstrauisset, addidit nõ oportere dicere sapientem aliquid, & intelligentem alterari: si autem non alterari, nec mouerit: nam si non est alteratio, apertissimum mutationem in loco, aut in quali non esse. huiusce modi quoq; est ipsius potentia sentientis ad actualem sensationem accretio, atque mutatio: idcirco sensus alteratio est communius sumpta. Hæc autem cum dixisset, percurrit in ipsis quænam ex potétia in actum mutatio alteratio est, & quę non: quę enim ex habitu in actum, qui propter hunc, ut se habet ipsum intelligere, & sapere, quia non per doctrinam acquiritur non est alteratio, nec motus, sed aliud quoddam alterationis genus: erit enim sub generatione huiusce modi mutatio: siquidem perfici, & ad idem accretio est quodam modo eius, quod ge neratur per mutationem ex potentia materiali ad ha bitum: quæ fit per doctrinam quandã, & disciplinam. aut neq; ipsa dicenda est per pasionem fieri: quando quidem & ipsa ad habendum actu habitum, & perfe ctionem ex materiali potentia fit: est enim quodam modo & hæc mutatio generatio: & si huiusce modi mutationem dicat quis alterationem, eò q; non sit ali cuius formæ naturalis assumptio, duos esse alteratio nis modos opus est dicere: & eam, quæ fit ad ipsos ha bitus, & naturam, & id quod est secundum naturam, meliorem scilicet eorum partem, quæ potest id quod ad ipsa potentiam habet secundum naturam, & eam quandam, quę ab ipsis melioribus habitibus ad pri uatorias dispositiones. Hæc autem cum dixisset, atq; distinxisset, transiuit ad ipsum sensum: & demonstra uit quę nam sit prima potentia, & quomodo, & à quo ad habitum mutetur huiusce modi potentia, & quo modo, & à quo ad actum secunda: & dicit mutationẽ, quæ est ex materiali potentia, ad eam, quæ secundum habitu, factam esse ab eo, qui genuit scilicet ipsum ani mal: quod enim generatur nondum habet habitum sensitiuum, sed est adhuc potentis habitus receptiuũ: cum autem est genitum statim habet habitum sensi tiuum, quemadmodum qui scientiam adeptus est. Cum autem demonstrauisset quomodo uterq; mo dus potentiæ est in ipso sensu, addidit, q; & actu senti re similiter dicitur ut speculari, & intelligere. solum enim hoc differũt sensitiua, & intellectiua opatio: est enim extrinsecũ, & nõ in ipso sentiẽte, & quod audiť ab ipso, & uidetur eodẽ autem modo & in aliis. Cu iusq; igitur causam tradidit, hanc, quod sensus quidẽ singularium est apprehensiuus, in sentiente uero esse nõ possunt, sed propriã habent subsistentiam: scientia uero, & intellectus uim hñt cõsiderãdi uniuersalia, q̃ vniuersaliter non habent propriã subsistentiam, sed in ipso sunt discursu quodammodo: addens uerbum, quodammodo, quia subsistentia etiam his, & ipsius es se causa est in singularibus, sed, ut communia in intel ligi habent esse, & esse ipsorum, ut communia sunt, est, in intelligẽte ipsa intellectu: idcirco & intelligere qdẽ in nobis, sentiř uero nõ in nobis: quoniã ad p̃sens qdẽ & præsentis ipse sensus, nõ autem in nobis sensibiliũ præsentia, ut, cum uolumus, ipsa habeamus: Quemad modum autem se habent sensus, sic & artes, quęcunq; circa sensibilia. non enim in his, quæ hæc habent, est operari, quãdo uolunt: cum opus sit his adesse illa, cir ca quę operanť. Cum autẽ distuliisset quod de sensibi lium, & intelligibilium differentia diutius, nunc dicit intelligetè quidem ipsum in nobis esse, sentire uero non in nobis. Cum autem quæ dicta, & demonstrata sunt sensui accomodasset, tradidit communem rationẽ ipsius sensus. demonstrauit enim primo, quoniam quod est in potentia dupliciter dicitur: aliter enim di

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

citur puer posse militare, & aliter qui perfectus: hic enim non similiter cum habente habitum, nondum autem operante per ipsum, iuxta secundum significatum eius, quod in potentia, sentire in potentia, & sensum in potentia dici. De quibus potentiis cum dixisset, quia non est nominata differentia, sed est facta manifesta ratione: necesse est autē uti ipso pati, & alterari, ut propriis nominibus mutationis, eius quæ ex sensu in potentia ad actum, ex quo non habemus alia quædam nomina ipsis propria, accesit ad assignādum sensus rationem, & dixit, sensitiuum potentia esse, quale ipsum sensibile actu iam est: quod patitur quidem ab ipso sensibili, nondum ei simile existens: cum autem passum est, assimilatum est, & est quale illud: passum autem, ut tantundem omnino ualens ac alteratum, dixit. Cum autem tradidisset hanc rationem, non ut propriam existentem ipsius sentire, sed ob priorum nominum defectum: ostensum est enim, quod non est eius, quod ita est potentia, ad id quod est actu mutatio, nec passio, nec alteratio, nec motus: deinceps ad sermonem de singulo sensu seorsum transgressus est. Capita uero dictorum. Primum sumpsit, quòd sensus in moueri, & pati. Post quod quęsiuit quomodo ipsum pati, an scilicet possit aliquid etiam à simili pati. Post quę, cum dubitasset, quamobrem & ipsa sensoria non sentiantur, cum sint sensibilia, pro solutione dubitationis sumpsit sensum in potentia esse, & ob id indigere ipsum sensibilibus præsentibus ad actum, quæ in ipsum agere possint. Quibus assumpsit, ꝙ dupliciter sensus, hic quidem actu, ille uero potentia. Post quę dixit, dicendum item esse, si nondum determinatum est quo nam differant moueri, & pati ab ipso agere, quando patitur, & mouetur quod mouetur, quoniam & motus dicitur actio quædā esse. Quibus assumpsit, ꝙ oia patiunt, & mouent ab agēte actu exīte hoc, qđ potest passum factū iri: idcirco patiens quidem, quia est dissimile, quoniā omne patiens dissimile est: cum autem passum est, simile est, quoniam in sensu erat & potentia & actus. Et demonstrauit duplex id, quod est potentia, & quòd non omnino ex potentia in actum mutatio est per alterationem. Quibus subiunxit diuisionem ipsius alterari: huius enim declaratiuū est illud, pati: quoddam enim pati per corruptionem fit, quę sit à contrario: quoddam uero dicitur pati, quod conseruatur, & crescit ad sui perfectionem à sibi simili: est enim quodam modo similis actus, qui ab habitu, ipsi habitui, à quo generatur: quod pati minime alteratio fuerit. Post quę demonstrauit ꝙ mutatio sensus ex potentia in actum non est eadem hæc ei, quæ per alterationem fit. uerum nec sic patitur sentiens, ut patiebantur, quę corrumpuntur, sed ut id, quod in se ipsum conuertitur. Et cū distinxisset perfectionem, & dixisset oportere communibus nominibus ut indefinitione sensus, quia caremus propriis significatorum: cū prius dixisset quo modo intelligēdum sit pati, & alterari in mutatione sensus de potētia in actum, tradidit rationem eius, & dixit, sensum potētia sensitiuū esse, quale est ipsum sensibile actu, patiens autem ab ipso & per aliud: at non, ut dixit, priusquam fiat sensus in actu: tradita autem sensus definitio est. Sensitiuum potētia existēs quale sensibile iam est actu: quod patiens quidem ab ipso nōdum simile est, passum uero simile.

Cur accessus, recessusq; solis non pariter sunt generationis, & corruptionis causæ: alius enim generatio, alius est corruptio, Caput quartum.

SI cum accedit sol cominus generatio est, cum uero recedit eminus corruptio: & est alius generatio alius corruptio, & alius corruptio, alius generatio: quo pacto non recedens perinde, atq; accedens generationis, atq; corruptionis simul, causa est? siquidem etiam oportet quę generantur ex aliorum quorundā corruptione generari, & quę corrumpuntur in aliorum generationem mutari: hoc autem pacto nihil utiq; differret eius accessus à recessu. An, si eorū, quæ generātur, hęc qdē sunt principalia, illa uero secūda, & his q̄ principal'r generant' cōtraria, erit, q̄ est prīcipaliū, proprie generatio, q̄ fit sole quibuscunq; accedente: & quoniam quorundam generatio est aliorum corruptio, corrumpentur utique quæ his, quę principaliter generantur, corruptione contraria sunt: corruptio uero principalium, quę & proprie est corruptio: generatio uero oppositorum his, quę non est proprie generatio, abeunte longius: si secundum naturam generationes fiāt, atq; corruptiones nullaq; obuiet, & obstet causa. Hæ uero irregularitatibus huiuscemodi quandoq; etiam conuerso modo fient: dicitur enim generatio, & corruptio proprie in his, quę principaliter generantur: hæc uero sunt potiora ex his, quę per oppositionem ex seinuicem generantur: etenim generationes sunt horum generationes, & corruptiones: quę cū fiant per annum solis circuitum, accedente quidem, quibus accedit, manifeste generantur: recedente uero corrumpuntur, & occidunt.

Quod simpliciter ex necessitate generari, & non ex suppositione est in his, quę circulo semper fiunt. Caput quintum.

SImpliciter ex necessitate generari quædam docuit Aristoteles in secundo de Generatione, & Corruptione in solis his uerum esse, quę circulo generantur, & Diuinorum corporū circunlationem sequuntur. quoniā enim quod ex necessitate est semper est: nam quod ex necessitate ęterni significatiuum est: & ex necessitate erunt hæc, quę cū generant', necessario & semper generantur: si autem generātur quę iterū: atq; iterum generantur: hęc uero sunt, quæ orbiculariter redeunt: hęc igitur sunt, quę ex necessitate generanrur. Quod enim nullum eorum, quæ in rectū generātur: hæc uero sunt, quæ non rursus & rursus generantur: quod inquam nullum eorum, quæ hoc modo generantur, ex necessitate generetur: hoc modo demonstrauit. Eorum, quæ in rectum generantur, aut in infinitum iterum generatur, ut semper ei aliqua fiat additio, & nunquam à generatione cesset quod perfectum sit, aut sic in infinitum fit, ut aliud ex alio generetur, & nunquam quiescat, aut finem accipit, & cessat quandoq;, cum est genitum. At neq; in his, quæ in infinitum fiunt in rectum, possibile est ex necessitate simpliciter generari, neq; in his, quæ finem habent. idcirco quod ex necessitate generatur, sic generat': aut qa quod generat', deinceps ęternū manet, aut qa semp generat', nullū aūt eorum, quę generantur, aut generata sunt possibile

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

est æternũ manere, neq; in infinitũ generatur: omnis enim generatio finita est: & postquam, quod generatum est corruptum est, non reuertitur amplius, neq; iterum generatur: huiuscemodi enim erat quod in rectum: quare nullum eorum, quæ in rectum finite generantur, posibile est dicere ex necesitate generari: quę enim generantur sunt singularia, Socrates, Plato, hic equus: hæc non possunt iterum redire, atq; iterũ generari. si enim aliquod horum ex necesitate generaretur, uerum esset in eis & hoc, si primum, posterius: nũc autẽ nõ sic se habet: nã secundũ speciẽ huiuscemodi æterna pseuerãt qđ nõ est id, quod generatur: erat autem quæstio de his, quæ generãtur. si autem & homines semper generantur, & nunquam deficiunt, sed in orbem est & horum generatio, quatenus homines utiq; ex necesitate generabuntur, quatenus hic quidem Plato, ille uero Socrates. An horum generatio in infinitum in rectum est, alias alio genito, & nunquam in eodem: idcirco in hoc est consequutio recta, ea, si posterius, & primum ex necesitate. Quod autem nec, si in rectum infinita sit generatio posibile sit aliquid ex necesitate generari, demonstrauit ex eo, quòd in his, quæ ex necesitate generantur, uera est non solum cõsequutio illa, si posterius, & primum: hæc enim etiam in his, quæ contingenter generantur, est uera. in quibus autem posteriorum aliquid simpliciter ex necesitate generatur, in his uerum est & illud, si primum, posterius: cum enim ipsum posterius genitum fuisse sit ex his, quę ex necesitate: sit autem uerum in omnibus, quæ generantur, si posterius, & primum necesse est fuisse generatum, necessarium in quibus posterius ex necesitate generatur in his & primum ex necesitate genitum fuisse. At in eo, quod in infinitum generatur, nihil est posterius, de quo uerum erit illud ex necesitate simpliciter, futuq;: in qbus aũt posterius ex necesitate simpliciter in his, neq; quod ante posterius est posibile est dicere simpliciter ex necesitate futurum: priori enim necesitas à posterioribus, quando illud ex necesitate generaretur. Sed cum nullum sit posterius in illis, q̃ hoc pacto generant̃: neq; utiq; eorq; quę prima generantur, aliquod ex necesitate generabitur, sed erit in ipsis uerum necessarium ex suppositione id, si posterius ex necesitate erit, & qđ prius ipso. At dubitauerit quis in his, quæ circulo fiunt, & redeunt rursus, sit ne uera consequutio illa, si primum, & posterius. An in his, quæ determinate fiunt ab his, quę circulo mouentur, uera est huiusmodi consequutio: si. n. solstitia hyberna, & ęqnoctiũ: & si ęquinoctiũ, & ęstiua solstitia, & si solstitia ęstiua ęqnoctiũ: & si hoc, solstitium hybernum. sed & si hyems, & uer: & si uer, ęstas: & si ęstas, autumnus: & si autumnus hyems iterum. & si in his, quę primo dicta sunt, est ordo terminatus, & fixus, & nunquam deficiens, nec anticipãs: quia horum substantię, & ordinis causa sola est primorum corporum motus, cum nihil aliud ad ipsum conferat: ob quod est in his, & tempus determinantes dicere, quando ex necesitate erunt. æstates uero, & autumni, & hyemes, non item eodem modo habent rem determinatam, & si circulo generentur, sequanturq; etiam ipsa ęternorum motum. quoniam his materia ad generationem cooperatur, patiens ab illorum motu: quæ quoniam non omnium pariter, quatenus sequitur secundum pasiones illorum motus, & circunlationes: non est eodem modo singularibus terminata. Insuper etiam magis ipsum interminatum in illis, quæ multis sibi cooperantibus ut sint, in digẽt: quibus annumeratur & animalium generatio: idcirco uerum est in eis uniuersaliter, quòd ęternum est quodcunq; ipsorum secundũ speciem: huius enim causa est Diuinorum circunlatio. at in generatione singularium, in quibus maximam uim habet proximorum agentium causa, in his minime uerum illud si primum, ex necesitate posterius: sed illud uerum, si posterius ex necesitate & quod ante ipsum.

Expositio textus ex tertio de Anima Aristotelis, per quẽ demõstrauit plures quinq; nõ esse sensus. **Cap. vi.**

SI enim omnis, cuius est sensus tactus, & nunc habemus sensum: oẽs. n. tãgibilis, qua tãgibile, pasiones tactu nobis sensibiles sunt: necesseq; siquidem deficit aliquis sensus, & sensorium aliquod nobis deficere: & quæcũq; qdẽ ipsi tãgẽtes sentimus, tactu sensibilia sunt, quẽ habemus: q̃cunq; uero p̃ media, & non ipsa tãgentes simplicibus, dico autem, ut aere, & aqua. usq; ibi. quare si non est aliquod aliud corpus, & pasio, quod nullius sit eorum corporum, quę sunt hic, nullus porro deficiet sensus. Videtur mihi intellectus eius, quod dicitur, conferenti proprias propositiones rationum, huiuscemodi esse. quorum habemus sensoria, horũ quoq; omnium sensum habemus: si aliquorum non habemus sensum, hæc non sentimus, eo q; sensoria ipsorum non habemus. dixit autem ex omnibus, quorum habemus, per illud, si enim omnis, cuius est sensus tactus, & nũc habemus sensum: omnes enim tangibilis pasiones, quatenus tangibile est, tactu nobis sensibile sunt. cũ enim de sensu tactus dixisset, prætermisit hoc & in aliis sensoriis, & sensibus addere: qui si omnes sumpti fuerint, fit uniuersale illud, quorum habemus sensoria, horum omnium etiam sensum habemus. illud autem, si quorum nõ habemus sensum, hæc ipsa, quia caremus sensoriis, non sentimus, dixit rursus per illud, necesse est, siquidẽ nobis aliquis sensus deficit, & sensorium aliquod nobis deficere: quia connexum potentia assumit oppositum eius, quod subiicitur consequẽti, illud scilicet, atqui nullum nobis sensoriũ deest: quo demõstrato, sequit̃ nec sensum nobis aliquẽ deficere. Dixi uero potẽtia, quia nõ aperte hoc assumit: sed cum sumpsisset quę habemus sensoria, & monstrauisset plura his sensoria esse non posse, ostendit quòd nullum nobis sensorium deest. sumit autem quos habemus sensus per hęc, & quęcunq; quidem ipsi tangentes sentimus, tactu nobis sensibilia sunt, quem habemus: quęcunq; uero per media, & nõ ipa tangẽtes simplicibus, dico autem ut aere, & aqua: per hęc enim quòd tactiuũ habemus sensorium sumpsit: & ad hæc, quòd quę sentimus per aliquod mediũ per simplicia corpora horum sensus fit, ex quibus habemus sensoria, ex aere, & aqua. Quibus, cum esset cõsequens ostendere quòd ex duobus his tantum inter simplicia corpora possunt esse sensoria: ex igne uero, & terra non potest esse sensorium: nam hoc demõstrato, demonstratum quoq; est nullum nobis de esse sensorium: ipse uero hoc quidem posterius demonstrat, prius autem accipit tria esse sensoria, tactũ, & illa, quæ ex simplicibus, & quod ex aqua, & quod ex aere. plu-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

res autē ſunt ſenſibiliū ſpecies, ſiqdē q̄dā uiſibilia ſunt quędā audibilia, quędā odorabilia, q̄dā guſtabilia, quę dam tangibilia: quòd neq; paria numero ſint ſenſoria ſenſibilibus demonſtrat per illud, ſic autem ſe habet, ut ſi quidem per unum plura ſenſibilia genere inter ſe diuerſa percipiuntur, neceſſe eſt hoc habentem ſen/ ſorium utrorunq; eſſe ſenſitiuum: ex hoc enim id per cipere poſſumus, q; ſi ſint quędam, quę differentia in/ ter ſe genere ſenſibilia per unum aliquod ſenſorium ſenſibilia fiant, neceſſe eſt habentem hoc unum ſenſo/ rium utraq; diuerſa genere ſenſibilia, ſentire. nō enim quia duo ſunt etiam genere diuerſa ſenſibilia, audibi lia, & odorabilia, opus eſt & ipſoꝝ inſtrumenta, p quę ſenſibilia ſunt diuerſa aerē enim ambo p̄cipiunt: q̄re qui hūc habet, utraq; per hunc percipiet. rurſus quo/ que ſi plura ſint ſenſoria, per quę poſsibile ſit unum ſentire, ut uidentur ſe habere odorabilia: horū enim uidetur & per aquam, & per aerem ſenſus fieri: per aquā enim aquatilia: p aerē uero reſpirantia uident odorem percipere, quoniam: horum ſunt omnia: ho rum ſenſoriorum alterum ſolum habentia ipſa perci/ pient: non enim oportet eum utraq; habere, qui odo/ rem eſt ſenſurus: Hæc cum ſumpſiſſet, & per ipſa de/ ſtruxiſſet neceſsitatem ponendi quinq; ſenſoria: quo/ niam tot ſunt ſenſibilium differentiæ generales: conſe quenter oſtendit non poſſe eſſe ſenſorium ex aliquo alio ſimplicium corporum, præter quàm ex aere, & aqua: quorum pupillam quidem, qua uiſibilia ſenti/ mus, habemus ex aqua, auditum uero ex aere, olfactū autem nos quidem, & non aquatilia ex aere, aquatilia uero ex aqua: nec.n. ex igne poteſt eſſe ſenſoriū, ut in de ſenſu & ſenſibilibus demōſtrabit: nec ex terra ſola. quod ſi hoc, impoſsibile eſt aliud aliquod eſſe ſenſo/ rium pręter hæc: hęc autem habent perfecta animalia: nullum deeſt ſenſorium quinq; ſenſus habētibus, qua re nec ſenſus: nullum enim ſimplex præter quatuor poteſt paſsibile eſſe corpus, ut ex illo poſsit aliquod eſ ſe ſenſorium: neceſſe eſt enim ſenſorium pati aliquid ab ipſo ſenſibili, idcircoq; & ex paſsibili corpore conſta re: at quintum corpus oſtenſum eſt impaſsibile eſſe.

Alius textus expoſitio ex tertio de Anima, quo quęrit, quomodo conſenſus nobis ſentientibus fit. Cap. vii.

QVoniam autem ſentimus quod uidemus, & au/ dimus, neceſſe eſt aut uiſu ſentire quòd uidet, aut altero. Quærit quomodo conſenſus in no bis fit, quando ſentimus aliqua, & aliquo, & ſentimus nos ipſos, ſentiētes cuicūq;. n. ſentiēti aliqd cum appre henſione huius, quod ſentit, fit quidam conſenſus: & huius quod ſentit, ipſe porro conſenſus: fit ne nobis per eundem ſenſum, quo & ipſius ſenſibilis apprehen ſio: ita ut uiſu uideamus ipſa uiſibilia, & ſentiamus nos ipſos uidētes: aut uiſu quidem uiſibilia ſentimus, alio autem quodam uidere ipſum? Et quòd quidem non alio demonſtrauit per id, quòd plures erunt eiuſ dem ſenſibilis ſenſus. ſi enim erit alius quis, quo uiſio nem ſentimus, & nō idem uiſus, quo uidemus ſenſus ſentiens uiſionem, ſimul & colores ſentiet: nam qui actionem, quæ circa ſenſibilia fit, ſentit, ſentiet & hęc, circa quę & ipſa uidendi actio: ſunt autem hæc colo/ res ipſi: nam nil aliud eſt uidere, quàm uiſu agere cir/ ca uiſibilia qurre uidendi ſenſus ſenſus eſt actionis cir ca uiſibilia uerſantis à ſenſu uiſiuo: impoſsibile eſt au/ tem ipſum circa quę uerſatur actio: ſed ſi hoc, erunt ſenſibilium plures ſenſus, ii, qui hęc ipſa ſenſibilia prin cipaliter ſentiunt, & qui actiones ſenſuum circa ipſa ſenſibilia ſentiunt: hoc autem eſt abſurdum proprias cuiq; ſenſui ſenſibilia eſſe dicere. Pręterea ſi alius qui/ dem eſt qui ſentit alius uero quo ſentimus nos ipſos ſentientes in infinitum abibit: nam & ipſius uidendi ſenſus erit, rurſus conſenſus nobis per quędam alium ſenſum, & ille rurſus aliū quędā habebit ſentiētē hūc ipſum, quē ſentiēs ipſe cōſenſum facit, & hoc ī infinitū: abſurdiſsimū autē hoc: derelinquitur eodem nos ſen tire ſenſibilia, & actionem circa ipſorum ſenſibilia. Sed ſi eſt operatio ipſius uiſiuæ potentię uidere, percipiet uiſus ipſos colores, & ipſum uidere: at ſi neceſſe eſt eſ/ ſe coloratum, quod percipit ſenſus uiſus & ipſa uiſio, ſi uiſibilis eſt, colorata erit. Primam ſoluens dubitatio nē, primū quidē uſus ē hoc uiſum non ſolū coloꝝ, aut coloratorum eſſe ſentiuum, ſed etiam priuationis ip/ ſorum: oſtenſum eſt enim omnem ſenſum etiam ſenſi bilium priuationem eundem ſentire: uiſu quippe ip/ ſo lumen ſentimus, & tenebram. Secundum ſumpſit, quòd & ipſum uidere coloratum quodammodo eſt: cum ſcilicet uidere ipſum fiat, cum ſenſorium ſpeciem ſenſibilis abſq; ſubiecta illi materia receperit. cuius ſi/ gnum addidit, ſæpe abeuntibus uiſibilibus in ipſis ſen ſibus permanere quaſdam ipſorum ſenſationes, & ap/ parentias. Hæc cum dixiſſet ad ſolutionem dubitato/ rum, quibus deinceps uſus eſt ad ſolutionem dubita/ tionis, quod fit, & quomodo fit demonſtrat. dicit ſenſi bilis rei actum, & ipſius ſenſus unum eſſe, ratione ſo/ lum differentes: quia eſſe ipſi ſenſui in actu eſt, in ha/ bendo formam ipſius ſenſibilis ſine materia: ſenſibili uero in actu, in haberi formā eius ſine materia ſi enim eſt motus, qui à mouente fit, qui eſt in eo, quod moue tur, & paſsio quę fit ab agente in agente, & patiente, neceſſe eſt & motum, qui fit ab ipſo ſenſibili, & paſsio/ nem, quę fit ab ipſo, factam in ſenſu in potentia, facere ſenſum in actu. nam ut actio, & paſsio eſt in patiente, & non in agente: eſſet enim agens patiens, idemq; age/ re & pati, ut demonſtrauit in Phyſico auditu, ſic & actus ſenſibilis, & maxime ſenſitiui. Cum autem hæc in hunc modum ſe habeant: & ſenſus in actu fiat ſenſi bilium formarum receptione abſq; materia, fiet in no bis merito, una cum ſenſatione ſenſibilium, & cōnſen/ ſus ipſius ſentiendi ſecudum eundem ſenſum: ex rece/ ptione enī ſpeciei à ſenſibilibus extrinſecus exiſtētibus illorum apprehenſio: ex eo uero quòd habeat in ſe ſenſus ſpeciem ſenſibilium, & ob id ipſum etiam hanc quodammodo ſentiat conſenſus: ſi enim uiſio per for/ mę ipſius ſenſibilis receptionē fit: ſimilis autem & de aliis ſenſibus eſt ſermo: ſpeciem accipiens uidet & ſeip ſam ſimul uidentem uidens fit. Fit itaq; ipſius ſenſatio nis conſenſus, quando ſenſus ſimul cūm ſenſibili pro priam etiam circa ſenſibile percipit actionem: id/ circo ex neceſsitate ſequitur ad quenlibet ſentientem una etiam ſeipſum ſentientem ſentire: cum ſequatur ad ſenſum ſenſibilium aliquod exteriorum ſentientē unà & ſeipſum ſentire.

An ſenſibile, quod ab omnibus ſenſibus per acci dens ſenſibile. Caput octauum.

SI ab uno ſenſu per accidens ſenſibile eſt quod ha/ bet aliquod propriorum ab hoc ſenſu ſenſibile ſibi/ ipſi accidens nam ex apprehenſione ſenſibilis, fit &

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ea illius,quod per accidés:sic enim uisus percipit dul ce,quia pallido accidit esse dulce,& mel:si quis dicat, quod ab omnibus sensibus,per accidens esse sensibile, hic dicet id,quod omnibus sensibus per accidens dicit esse sensibile,habere quędam huiuscemodi accidentia, quoꝝ quoddā tactu p se quoddā,gustu quoddā audi tu,quoddā odoratu,quoddā uisu sensibile est:q̄re erit per accidens omnibus sensibile:eò q, cum sit aliquid omnibus per se sensibile, in hoc ipso esse ipsum omni bus p accidés sensibile cū unusquisq; ipsoꝝ p propriū eius sensibile ipsum sentit. nō enim qđ oībus p accidés sensibile nullo modo sensibile est,ut posset uideri sim pliciter intelligenti:qđ enim à nullo sensu sensibile in sensibile at non sunt idē,oībus insensibile,& oībus per accidens sensibile:quia omnibus per accidens sensibi le huiuscemodi est,quod ab omnibus sensibus sensibi libus subiicitur:eò enim q, accidentia huius sensibilia omnibus sunt, ipsum uero non hoc fit omnibus per accidens sensibile.

Expositio textus ex Tertio de Anima, quo demōstrat Aristoteles,quod est aliquid,quo simul omnia sentimus. Caput nonum.

ERgo ne simul quidem & numero indiuisibile, & inseparabile est ipsum iudicans, ipso uero esse sepa ratum? Est quidem sanè quodammodo, ut diuisi bile distincta sentit,est autē ut indiuisibile: ipso enim esse est diuisibile,loco uero, & numero indiuisibile. & indiuisibile. An non est possibile: potentia enim idē diuisibile, & contraria,ipso uero esse minime, sed in operando diuisibile: & non potest simul album & nigrum esse:quare nec species pati ipsorum, si huius modi est sensus, & intellectus. sed quemadmodum, quod uocant quidam punctum, ut unum, & ut duo, hac & diuisibilis. ut igitur indiuisibile, unum est ipsum iudicans,& simul:ut uero est diuisibile, nō unum,bis enim eodem utitur pūcto simul. ut igitur duobus utitur termino,duo iudicat,& separata sunt, ut separato:ut uero unum,uno,& simul: Cum acce pisset quòd unusquisq; sensus in sensorio existens, in quo existens sentit,& sensibilia ipsi sentit,& iudicat ip sorum inter se differentias, albi enim, & nigri uisus, dulcis uero,& amari gustus,& similiter aliorum sen suum unusquisq;: & per hoc statuisset, quòd sensus aliqua sentiens etiam ipsorum differentias iudicat:nō enim alterius est sentire quædam alterius uero ipsorū differentias iudicare, per quas sunt sensibilia: sed sen tiens quædam etiam ipsa iudicat, & ipsorum dif ferentias iudicans ipsa quoque sentit: idem enim est iudicare ipsi sentire:ob hoc enim & ipse sensus iudiciū quoddam esse uidetur:cum inuenisset aliquid non so lum contrariorum inter se sensibilium differentias iu dicans,sed etiam omnium sensibiliū:secernimus enim uisibilium differentias ab his,quæ gustabilium,pari ter autem & audibilium,quin & ab his quæ odorabi lium,& tangibilium:primum quidem sumpsit,quòd senso hæc iudicamus,sensibilia enim sunt, & de ipsis, sensibilibus,iudicium facimus.Post quod demonstra uit non posse iudicare differentias sensibilium ipsas non sentiens,non existensq; unum,& idem:non enim potest non sentiens omnia, iudicare ipsorum inter se differētias:si enim illud quidem aliud,hoc uero aliud senti ret,neutrum ipsorum posset cognoscere quo in ter se differant ea ipsa,quæ sentiunt:etenim nec in ali quo alio est sensui iudicare,quàm in ipso sentire.Cum autem sumpsisset ex his unum esse,quod omnia sensi bilia sentit,& iudicat ipsorum differentias,consequen ter ostendit,quòd in eodem tempore,& simul ipsa sen tit,quando iudicat ipsorum differētias:siquidem quā do iudicat ipsas,tunc sentit:iudicat autem simul ipso rum inter se differentias:igitur & simul sentiet quę iu dicātur:nam in ipso sentire sensui est ipsum iudicare. Hæc cum sumpsisset,& unum esse sensum,quo senti mus omnia,& simul hæc sentire sensum, quorum si mul iudicat differentias, super his dubitauit: qnoniā actu sentire est formam sensibilis sine materia sumere. quo pacto possibile est aliquid unum existens plura si mul,& contraria sentire.si enim hoc,oportebit idem si mul contrarias formas,passionesq; recipere, albedinē & nigredinem,quando has sentit,& iudicat, dulcedi nem & amaritudinem,eodem modo alia,atqui impos sibila est contrarii simul motibus idem moueri,quod ad albedinē simul,& nigredinē mutatur, & contraria recipit. Hæc cū demōstrauisset, & dubitauisset solués dubitationē sumpsit illud,simul quidē iudicans iudi care,& sentire plura,unum existens, & non diuisum, ratione separatum,ut unum existens,per aliam quidē potentiam huius esse receptiuum,per aliam uero eius contrarii,aut differentis: ut indiuisibile existens loco & numero, hoc est subiecto: loco enim inuidisibile quod est unum in loco:huiuscemodi autem est conti nuum,& non diuisum, quod & unum est numero, Cum autē dixisset hoc pro solutione dubitati,subiun xit. An imposibile est: ostendens, quòd non soluitur per hoc dubitatum.potest enim aliquod, unum nu mero existens,ratione differre, eo q, habeat potentias diuersas, quibus est contrariorum receptiuum: non ita tamen contrariorum potentias habeat, ut simul ip sa recipere possit:quod enim habet contrariorum po tentias, non ita ipsas habere potest,ut simul ipsarum etiam actus recipiat:necesse est enim per ipsos actus ip sum diuidi, ut in alio quidem tempore unum ipsorū fiat,in alio uero alterum.at sensus simul ipsorum dif ferentias iudicabat, ut simul ipsa sentiens, & species recipiens:siquidem sentire est in formarum sensibiliū receptione.quoniam autem & intellectio uidetur re ceptione formæ, quæ intelligitur, generari, propter hoc illud dixit, si huiusmodi sunt sensatio, & intelle ctio.Cum autem hæc dixisset,& mōstrauisset manere adhuc dubitatam difficultatem,utpote,quæ per prędi cta solui non posit,subiunxit, sed quemadmodum, quod uocant quidam punctum,ut unum,& ut duo, hac & diuisibilis, & alia ad hæc, quæ uerba ob scure maxime, & compendiose dicta huiuscemodi quid significare uolunt, huiuscemodi esse id, quo sensibilia animalia sentiunt, ut possit simul quidem unum,simul quoq; plura esse:ita ut & ipsum punctū, quando ut multarum linearum terminus sumptum fuerit:quæ enim à circunferentia circuli ad centrum ducuntur rectæ,terminum habent omnes ipsum cir culi centrum,unum punctum: quod punctum, cum sit unum,etiam quodammodo est plura,quando, ut cuiusq; ad ipsum ductarum linearum terminus suma tur.si enim aliquid huiuscemodi sensus fuerit,ut qui dem unū aliquid,& indiuisibile est, unum erit ipsum iudicans: sed & simul iudicat quę sunt in terminis li

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

nearum,eo q; omnes termini simul sunt, & unũ quid, quatenus uero,ut huius,& huius terminus sumitur, & tot sumitur,quot & rectæ,multa & secundum hoc rursus.quatenus igitur multi sunt termini, & differẽtium linearum,multa erunt quę iudicantur,& separata,& differentia:& modo quodam nondum separata, quatenus centrum ipsum multa quodammodo est, quorum singulum uim habet iudicandi passionem, quæ est in propria linea: quatenus autem unum est, quod ex omnibus est indifferens,& ex omni parte idẽ, idem erit,& unum quod iudicat,& simul iudicat. & quod ad solutionem dubitatorum dictum est huiuscemodi est, Atquid huiuscemodi accipiendum sit in ipso sensu, ut unum simul, & multa sit, perinde atq; circuli centrum,quod,ut multarum rectarum terminus sumptum est,non facile est inuenire. corpus enim est extremum sensorium,in quo fiunt sensibilium passiones: & impossibile est à quinq; sensoriis passiones transmissas ad idem tanquam per lineas in eãdem partem corporis ingredi:fierent enim rursus in eodem cõtrariæ passiones, atq; contrarii motus: siquidem per huiuscemodi motum fit sensus actu. neq; enim quæ ab uno sensorio trasmittuntur ad ipsum passiones possunt in eadem particula eius fieri,ut si contrariorum quidem eadem sensoria:impossibile tamen in eodem sensorio secundum eandem partem simul à contrariis passiones fieri. quando enim aspicimus simul albũ & nigr, qbus pupillę ptibus utriusq; ipsor simulachr gignit, ut uidemus fieri & in speculis,neq; id,in quod hęc transmittuntur,hoc uero est,ut dixi,ultimum sensorium,ita possunt transmitti,ut non in separatis eius partibus gignãtur. quare in corpore accipere aliquid effigiei puncti,& linearum simile, quarum terminus est punctum,impossibile.Sed forte accomodari posset magis potentiæ corporis illius,quod dicimus ultimũ sensorium cuius sensitiua potentia forma est:quæ potentia sentit,& iudicat ea,quę in corpore,cuius est potentia,& forma,facta per trãsmissionem à sensoriis,hęc enim potentia una existens,& tanquam terminus corporis huius,cuius est potentia, quoniam ad hoc ultimum feruntur motus,incorporeaq; existens, & indiuisibilis,& ex omni parte similis, cum una sit, multæ quodam modo fiunt:eò q; unaquæq; corporis pars, cuius potentia est,eque sentit motum,siue secundum unam partem motus in ipso fiat, siue etiã in pluribus: nam in iudicatione plurium multę quodam modo potentię una fit,quãdo,ut cuiusq; particulę proprius terminus sumitur.corpus enim non poterat simul secundum idem plures recipere passiones:quia impossibile est cõtraria in eodem fieri: simulq; & secundum idem contrariæ sunt forma albi,& nigri:idcirco nullũ corpus possibile est simul hęc recipere.at in alia quidẽ illius sensorii pariticula quædam sensibilium simul cõcidentium fiunt,quædam autem in alia:eorum, quę ab ipsis primis sensoriis feruntur in eundem locum.ipsa uero potentia sensitiua non item prohibetur simul iudicium de ipsis facere:quia non sunt idem iudicare & pati,pati.n. aliquid idem simul contraria nõ potest: quia non potest simul aliquid contraria recipere, contraria enim simul existere non possunt: at simul contraria iudicandi nihil habet impotẽtiam:qm̃ non sunt in iudicio cõtraria,album iudicare album, & nigrum nigrum.nam quemadmodum in ipso pati cõtrarium est contraria pati secundum eandem partem, & in eodem tempore,& ob id in ipso pati hoc impossibile est, ita in iudicio rursus impossibile est album simul quidem album,simul quoq; nigrum esse existimare.idcirco rursus in iudicio, quod hoc modo simul esse non põt,& nigrum quidem dicere nigrum,album uero album non est impossibile,quia nec contrarium:si enim essent,necesse etiam in potentia iudicante sensibilia primum intus fuisse genitas sensibilium formas: nec illa porro iudicaret,in qua contraria, quia non potest simul aliquid contraria recepisse. Sed quia in sensorio passiones fiunt:iudicium uero eorum,quæ in hoc ipso fiũt,in potẽtia:nõ enim potest hoc itẽ,cũ incorporeũ sit corporeas recipere passiones:non ipedita est ea,quę in sensorio fiunt secundum aliam,& aliam partẽ simul iudicare eiusdem uniuersi potentia.sensus enim est potentiæ sensitiuę iudicium de sensibilibus per passiones ab ipsis in sensorio genitas. Fit autem hoc modo una, & eadem potentia quodam modo multę, simul facta: quoniam de his passionibus, q̃ fiunt in singulis sensorii partibus,simul fert iudicium sensitiuum.potẽtia enim iudicans passionem,quæ fit in una aliqua sensorii parte, eadem & eas iudicat,quæ in omnibus particulis fiunt. simul quoq; passiones in eo factas iudicat:cũ eadẽ,& una,& multę quoddámodo fiat, per partium sensorii,quatenus patitur,diuisionem:ut & punctum,cum esset unum,fiebat multa, secundum linearum multitudinem diuisum,cum esset uniuscuiusq; terminus.

De *Mari ex Meteorologicis*. *Caput decimum*.

CVm proposuisset in secũdo Meteorologicorum dicere de mari, quæ sit eius natura, & ob quam causam salsa est tanta aquę multitudo: primum de ipso ante iactas opiniones in mediũ attulit, ex quibus,ea quidem,quę Theologorum fontes proprios dicebat habere ipsum.Naturalium uero,alii quidem ipsum dicebant esse genitum ex multa humiditate,quæ est circa terram,à solis motu,& caliditate eleuata, hac autem derelicta,quam uocamus Mare. Alii uero dicunt,quando calefit terra à motu solis sudorem excerni, aquam hanc quæ vocatur mare:ob hoc enim & aquam salsam esse,quia & sudor. Alii autem salsedinis terram,& huius qualitatem causam faciũt:aqua enim per ipsam fluens huiuscemodi accipit sapores, quales habeat & ipsa terra,per quam transit,& colatur. Post quę cum demonstrauisset non habere proprios fontes ipsum mare:eo q; fontiũ aqua ois, siqdẽ spõtanea sit, defluit à fontibus à quibus ortum habet, & loco abit: quæcunq; uero non defluit,manu facta est,& non sui natura:huiuscemodi enim sunt putei.at ipsum mare, nec ex his,quę manu fiunt,nec ex his,quę feruntur,& loco abeũt,in mari enim motus,& retrocessiones quędam fiunt eadem aqua refluente: quod in toto mari fieri manifestum nobis fit in angustis locis,eo q; iuxta terrã ĩ huiuscemodi locis manifestus fit eius refluxus. si uero fit aliquis eius motus,cum ab altioribus ad depressiora fertur,non est à propriis fontibus,sed ex fluminum infusione,quæ ab altioribus defluunt, à quibus habent fontes:ut huiuscemodi motus à fontibus quidem initium habeat,sed non à fontibus ipsius maris,sed à fluminibus in ipsum defluẽtibus. Post quod demonstrauit non esse ipsum mare initium aquæ, & quartum elementum,quod quidam putãtes dicebãt

non

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

non ſolum flumina ad mare accedere,ſed etiam à mari:dulcedinem uero aquam habere, quia ipſa per terram colata fertur. Poſt quæ cum demonſtraſſet, ꝙ non eſt aqua propter terram ſalſa,ſui natura,cauſam ſalſedinis,quę ſic dicitur,tradidit:ꝙ aquę,quæ eſt terræ circūpoſita,& extenſa circa terram, tenuiſſima, & dulciſſima pars ſurſum ducitur, & in uaporem conuertitur ſingulis diebus à motu ſolis:cūꝙ euaporat, quia leuior eſt,& purior, ſupernatat:cūꝙ hæc continue ſurſum ducatur, & rurſus immutetur, & diffe/ratur, pars ſalſa derelinquitur in proprio loco aquæ propter grauitatem. Poſt quæ, cum dubitaſſet unde ſit principium, & cauſa ſalſedinis,quæ eſt in aqua, & mari,demonſtrauit aquam omnem, quæ fit ſalſa, non ex huiuſcemodi per miſtionem alicuius fieri. nam & collectionem in animalibus,quę eſt in ueſica, ob hunc ſaporem eſſe huiuſcemodi: uidetur enim ei commiſtum eſſe quid terreum: quod apertum fit, cum reſidet in ipſo. ſed & ſudor habet quid ſibi huiuſcemodi commiſtum, quod accipit imbibita aqua à corpore per ipſum colata,& ueluti ipſum lauans, & expurgans. huiuſcemodi etiam eſt & quæ per cinerem colatur. Eſt autem quod miſcetur his & eiuſdem proprietatis cauſa,quodcunꝙ inconcoctum in corporibus manet:quod non potuit à concoquente ipſum caliditate immutari:huiuſcemodi enim eſt ſudor, & urina,& quod per cinerem colatur: etenim cinis eſt id terreum, quod ab igne ſuperari non potuit, & in ipſum immutari:ſed eſt particula uſtæ materiæ,quæ permanſit inconcocta. Quę cum aſtruxiſſet, ſumpſit quòd neceſſe eſt aliquid eſſe huiuſmodi, & quod cum aquæ miſcetur,facit ex ſeipſo mare. Cum autem dixiſſet oportere eſſe aliquod excrementum inconcoctum,cuius miſtio cum aqua eius ſalſedinis cauſa fit: cum oſtendiſſet quodnā ſit hoc,ſumpſit illud,quemadmodum in corporibus animalium in alimentis, & immutationibus incōcocta quędam excrementa fiūt, ueluti in miſtione cum aqua fiunt quędam & ſalſa ſedimina in eis,& amara: ſic itaque & cuicunꝙ ab omnibus,quę naſcuntur,& fiunt, oportet putare huiuſmodi quoddam inconcoctum ſedimen fieri, & plenam terram ipſam huiuſcemodi commiſto ſicco,& inconcocto excremēto,perinde ac cinere:quod in exhalationibus, quę à ſole fiunt ab aqua, & terra permiſtum, uelut leuius exiſtens, in concretionibus nubium in aquam, & immutationibus permiſtum, ſimulq; delatum ſemper eſſe principium, & cauſam qualitatis ipſius aquę maris: cuius excremēti in exhalationibus,quæ à mari fiunt,maxima pars ſubſidet:eſſe enim aliquid,& quod unà cū aquā ſurſum fertur, & mutatur in dulce in coctione,& immutatione,quę fit ex nubibus: hanc uero partem ſubſidentem ſalſedinis maritimę aquæ cauſam eſſe. Quod uero cum aqua, quę pluit, huiuſcemodi quoddam deferatur excrementum, demonſtrauit ex hoc,quod aquæ auſtrales ſunt maxime uberes,eò quòd & auſter ab illis partibus generationem habeat, in quibus copioſior fit exhalatio ſicca. uberiores quoque ſunt aquæ primę autumnales,cum neceſſe ſit grauiſſimas primum deferri,grauiſſimęq; ſint,quæ in ipſis maximam habent partem terream. Quòd uero huiuſmodi excrementum ſit multum in mari probauit etiam ex hoc, quia calidum eſt ipſum mare:omnia enim,quæ igni/ta fuerūt,potentiam habent quandā caliditatis in ſeipſis,quemadmodum & calx,& cinis,& animalium ſedimen: & animalium uentre calidiorū calidius quoꝙ ſedimen. Probauit quoꝙ ſalſam fieri aquā per miſtionem cuiuſdam eiuſmodi excrementi:& ex hiſtoria addens ſtagna,& flumina:quæ cum ſunt ſalſa, accidit & aquam denſiorem eſſe,& magis terream: ſic ut & ipſa non permittat propter craſſitiem deſcendere in ſeipſa ea,quæ naturam habent, ut poſita in aqua deorſum ferantur. calefactas quoꝙ propter dēſitatē ſales facere.

Argumētatio quod poſitione noīa. Cap. undecimū.

SI nominum impoſitiui ſumus natura,& hoc à natura habemus,quòd poſſimus nominare,& nomina rebus imponere, perſpicuū nomina poſitione eſſe: poſitione enim nos ponimus:nō enim poſſemus nos,ſi nomen cuiusꝙ rerum natura eſſet, ipſis ea imponere. nam quemadmodum habentes uim recipiendi ſcientiam natura,non habemus ſciētias natura:ſed uis quidem ſcientię receptiua ab illa in nobis eſt, non tamen & ſcientię ab illa ſunt:non enim eſſemus ſcientiarum receptiui:ſed illas habentes,& ſcientes ſumus: ita & uis impoſitiua nominum ab illa eſt,non tamen & nomina ipſa:non enim amplius eſſemus domini impoſitionis illorum: quibus enim eſt moueri natura his non eſt naturale,ut à nobis imponantur. ſi autem non eſſet rebus naturale,ut ipſis à nobis nomina imponerentur,nec utiq; nobis naturale eſſet ipſis nomina imponere: non enim eſt idem poſuiſſe nomen, & dicere quod poſitum eſt. Opus etiam eſſet,ſi ponerentur natura nomina,& dicentes omnes dicere eadem. Prętęrea,ſi eſſent natura nomina,oporteret & elementa,quibus ordinantur, natura eſſe:nulla enim eſt alia differentia eorum,quæ differunt ſecundum ipſas gentes in eiſdem rebus præter elementorum, & ſyllabarum certam quandam compoſitionem. hoc uero ſufficienter comprobant & ęquiuocationes,& multiuocationes,& nominum mutationes.

Non eſſe infinitum ipſum ens. Cap. duodecimum.

RAtio, quæ uult oſtendere infinitum eſſe ipſum ens ex eo,quòd ſuppoſitus quis eſſe in mundi extremo, aut ęxtēdet manum extra mundum, aut quòd ſanè impedietur, utroque autem modo futurum aliquid extra mundum: nam, aut ipſum impediens extra eſt,aut in quo erit id, quod extenditur: probabilitatē habet ex imaginatione, & ſenſu:quemadmodum,& quę dicit omne finitum fine finitū eſſe: ambarum enim probabilitas eſt ex ſenſu. nam ob id, quòd nos, cum oppoſitum imaginari non poſſimus, interrogantibus nihil ipſis ex ſenſu habeamus exhibere,his ineſt probabilitas, quæ rationi contra teſtatur:nulli enim huiuſcemodi rei finitę occurrimus, ultra quam nihil ſit:eiuſmodi enim ſunt omnia, quæ, ut partes,finita ſunt,quę ſola ſentimus: neq; aliquid nobis occurrit huiuſmodi, extra quod nihil eſſe poſſit:omnia enim,quorum ſingulum ſentimus. Idcirco oportet inſtantes ad huiuſcemodi rationes, nō ex ſenſibus tentare afferre teſtimoniū,extra quos ſunt,quæ quæruntur:ſed à ſubſtātia rerum tentare ferre inſtantias:aſſumentes hoc in eis manifeſtum,non poſſe omnia eadē ineſſe ꝑti,& toti,& uniuerſo,& ſingulis eius partibus. Idcirco neq; q̄rere oporteret teſtimonia ab ipſis ſenſibus de ꝑtib⁹,qbus ſunt aſſueti,& trāsferre ad

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

vniuersum: quod cũ sit extra omnem sensum, præter id, quòd à nulla apparentia sensitiua adiuuatur, etiam multis ipsarum aduersatur. neq; enim in aliquo differret uniuersum à parte, si quemadmodum extra singulas eius partes aliquid est, ita utique & extra illud. quare secundum rationem quidem est esse aliquid, & uniuersum, cuius alia omnia sunt partes: sensus autem, si nullum eiusmodi percipere potest, non ob sensum ab his, quæ ratione ponuntur, discedendũ. neq; enim in aliis ita facimus, quia nec sensibilia sola esse dicimus, neque quia utimur in multis ad probationes eorum, quæ quæruntur, sensuum testimoniis ob familiaritatem cum illis, & cõsuetudinem. si autem his solis, ut ueritatis mensura uti opus esset, nihil à brutis in cognitione ueritatis differremus: sufficit enim eis propriorum ueritas sensibilium. at absurdum est, quę sensuum propria non sunt, omnem eorum ueritatem ex sensuum testimonio pendere dicere. Quòd igitur rationi consonum sit eé aliquid, & uniuersum cuius partes sunt, quas sentimus, & quot horũ principia, & causæ, satis comprobant totum, & pars, quæ mutuo referũtur: nam & pars alicuius totius pars, & totũ partibus huiuscemodi est: siquidem est totum, à quo nulla partium abest. quare si partes singulares, & sensibiles sunt, & totum cuius hæ partes: partes enim alicuius totius partes: absurdũ est uniuersum, quod, ut pars dicitur, ad aliquod totum relationem habere. idcirco neq;, si ut partis partes dicantur, quæ primæ sumptæ sunt, necesse est & illa, quorum pars est, alicuius alterius pars esse, cuius, nisi totũ aliquod fuerit, & hęc esse partes omnino tolletur. sed si necesse est aliquod esse totum, erit uniuersum, ad quod relationem habet quod est, & dicitur ut pars: est autem idem totum, & uniuersum, siquidem utrũq; eorum definitur eo, quod est nullam ab ipso partium abesse: erit porro, cum huiuscemodi quid sit, finitum: siquidem finitum est, à quo nulla partium abest. uniuersum uero huiusmodi est: neq; enim aliud quid extra ipsum erit finiens, finitumq;: neq; extendere quis poterit ad aliquid eorum, quæ sunt ultra ipsum, id cuius ipse imperium habet: non enim fuerit amplius uniuersum, & totum, extra quod est aliquod ens. est autẽ aliquod ens extra id, quod terminatur ad aliud quid, & quod aliquid post se derelinquit: siquidem sagitta percutere, aut extendere poterit quis aliquam ipsius partium, aut eorum, quę ab ipso dominantur. Satis quoq; hoc idem comprobat & illud, quòd principia entium finita sunt, si enim infinita, nulla erit ipsorum cognitio: si autem nulla sit horum, neq; alicuius eorum, quæ ex ipsis fiunt: siquidem omnis scientia ex principiorum rei scibilis cognitione procedit. Sequitur quoq;, si sint infinita principia, & nihil eorum, quæ fiunt, ordinate fieri: quis enim posset esse infinitorum ordo? quæ prętera in infinitis ordinis causa? neque enim natura in eis haberet aliquem locum, cuius est proprium gratia alicuius omnia fieri, quæ per ipsam fiunt ut in pluribus: quod nequit in rebus ordinem non recipientibus fieri. cur enim magis in infinitis hoc ante hoc, & hoc quidem prius, illud uero posterius, sine quo, quod alicuius gratia fit, impossibile est factum iri. quo enim pacto homo, aut equus aut aliquod eorum, quę natura fiunt, generabitur, si sublatum fuerit, eorum, quę ad hęc conferũt, illud quidem esse primum, hoc uero secundum: & hominem quidem ex homine equum uero ex equo generari secundum naturam, si infinita sint principia, & ordinem nõ recipiãt: quid enim infinita ordinabit? si autem necesse est fortuna, & casu infinitionem regi, cum non uideantur hoc modo fieri quæ fiunt: quæ enim, aut eodem modo semper, aut ut plurimum fiunt, procul à prædictis causis semota sunt: sic autem conspiciuntur ea, quæ natura fiunt: auferetur porro & principiorum, & entium infinitio, si impossibile est infinitum esse infinito maius. Sed iuxta has opiniones infinita principia esse ponentium, non hoc tantum, sed & infinita multa, uel potius infinities infinita esse sequitur, & fieri dicere. Cur enim nõ putauerit quis absurdissimam esse hanc opinionem? infinitum siquidem maius esse infinito impossibile est dicere: cum ipsum infinitum necesse est dicere ubiq; esse, & uniuersum locum occupare: nõ enim amplius est infinitum, quod ubiq; non est: cum permittere alteri aliquem locum rei finitæ sit: tale uero nihil excedere potest, neq; præter ipsum aliud esse, non q; infinitum, sed nec finitum: non enim esset hoc pacto ubiq;. quapropter iuxta illos, qui plura infinita ponũt, nullum erit secundũ hos simpliciter infinitum: si enim plura infinita, neq; infinitum ubiq; erit: & erit infinitum infinito maius, cum duo infinita necessario unum excedant, & infinitum sit & quod ex duobus infinitis constat. rursus quoq; tria duobus maiora, & ita appositis in infinitũ abibit infiniti accretio. aut enim negabunt duo infinita uno esse maiora, & plura, & hoc modo continget eos infinita partes dicere: ex huiuscemodi enim solorum compositione nihil maius erit singulo eorũ quę in compositione sunt, quod ex omnibus cõstat, quod solis accidit pũctis: aut si hoc rationi maxime pugnãs: & ęqualia, quæ componuntur, necesse est quod resultat facere duplum: erit quod ex duobus infinitis componitur duplum: & erit hoc pacto aliquid, & æquale infinitum infinito, & duplum aliud alius, atq; dimidium: eodemq; modo & triplum in infinitum accrescens: quo quid fuerit rationi pugnantius? Necessarium quoq; est, & quorũcunq; magnitudinem habentium, infinitam tamen numero, compositionem infinitam aliquam magnitudinem facere: cum autem nihil possibile sit huiuscemodi magnitudine maius eé, necesse est infinita principia supponenti statim hæc se tangere dicere, & nullum ipsorum esse intermedium: & erit hoc pacto eo infinito, quod ex infinitis compositis fit, maius, quod ex infinitis principiis, & ipsorum mediis constat. At q; plura infinita secũdum eos, qui infinita dicunt principia ex his etiam notum est. dicũt enim mundos infinitos: horum autem, siquidem & eorum unusquisq; ex infinitis principiis constat, necesse est infinities infinita ipsa infinita esse: cum singulũ principiorum, quæ in infinitis mundis sunt: ad singulum infinitam magnitudinem efficiat in collatione ipsorum inter se secũdũ compositionẽ unam: siquidem infinitum esse necesse est quod ex infinitis magnitudinem quandam habentibus constat. at si ex finitis constet, toties erunt infinita entia, ex quot finitis elementis quilibet mundus constat: si autẽ & intermedium uacuum annumeretur, multo iterũ maius erit quod fit. At si hęc præter rationem sunt, & omnem absurditatẽ excedentia, manifestum quoq; est absurdã esse in-

finitionis

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

finitionis ſuppoſitionem. quæ cum ſequatur etiam ad eos, qui quodcunque finitum dicunt, ex hoc, q̃ ad aliquod extrinſecum finiatur: & qui putant eum, qui ſit in extremo, extendere poſſe aliquid ultra illa, & extra ipſum extremum: apertiſſimum eſt hæc etiam eiſdem inconuenientibus, quæ prædicta ſunt, detineri. Idcirco ſoluere hæc tentandum, à ſubſtantia ipſorum ſumentibus principium, non à ſenſu, qui nihil ad ipſorum cognitionem confert. Si quidem finito, eſſe finito, eſſet in contemplatione ad aliud, recte dicerent contrarii, putantes extra quodcunque finitum aliquid oportere eſſe, penes quod terminari conſpiciatur, cum in hoc eſſentia finiti conſtet. at ſi eſt finitum quod habet finem, & quòd poteſt in partes diuidi æquales, & quod ex finitis partibus conſtat, quarum nulli eſt eſſe in hoc, quòd aliquid extra ipſam habeat: ſumentes omne finitum penes aliquid finiri, non ſumerent aliquid eorum, quę in eſſentia finiti continentur, ſed aliquid accidens his, quibus, cum ſint uniuerſi partes, ineſt eſſe finita. cum enim his inſit hoc, ut penes aliud conſpiciantur, & non ex hoc finita ſint, ſed quia ſunt partes uniuerſi, uult hoc transferre etiã in, ut uniuerſum, finitum: cum hoc ad ea ſola ſequi poſſit, quæ finita ſunt uniuerſi partes, non quatenus finita, ſed quatenus partes. etenim ſi finitum ſui natura habet quòd ſit finitum: terminari uero ad aliquid huiuſcemodi eſt per habitudinem ad aliud, non erit finitum ex hoc, quod ad aliud terminetur, cum ex tã to ſit. opus enim eſt inducentem per rationum naturam, ita abſurdam, & his quæ ſunt, & his quæ fiunt ita pugnantem, ut demonſtrauimus, non ex breui probabilitate facere probationem, & fidem eis, nec ex aliquo accidente quibuſdam rebus finitis, naturam finiti ſumentem. neque enim ſequitur hoc ad dicentem uniuerſum eſſe finitum: neque ex ſenſu habent aliquid de ipſo huiuſcemodi dicere: nec appoſitio finitorum, quæ ſub ſenſum cadunt ſimilis eſt: ſiquidem hæc, præter hoc, quòd finita ſunt, omnium aſſenſu etiam partes ſunt uniuerſi: uniuerſum uero partem eſſe alicuius non item poſſibile eſt. Quòd autem non in omnibus utẽdum ſit ſenſu, illi ipſi, aduerſus quos eſt ſermo, oſtendunt: cum indiuiduas quaſdam magnitudines ponant ſenſitiuam naturam effugientes: & uacuum quoddam eſſe dicant: & impartibilia quędam, & incorporea, & motus, & tempora inducant. Quemadmodum autem erat huius rationis aggreſſio ab accidente finitis ipſis, non autem à ſubſtantia ipſius finiti: & à conſuetudine, quę eſt in ſenſu, non à conſequentia, quæ eſt ſecundum rationem: ſic quippe & in ſecunda, quę uult eum, qui ſit in extremo uniuerſi, extendere ultra extremum, aut impeditum iri: utroque uero modo futurum aliquid extra uniuerſum. nam & hic ab his, quę ut partes finita ſunt, argumentationẽ transfert ad uniuerſum: & putat utendum nobis eſſe ſenſu circa hęc, & apparentia, quæ ab ipſis oritur, ac ſi in omnibus eodem modo ſe habeat. hoc uero non ſic ſe habet: non enim quod apparet eſt uerum: non enim ſi quis ſui imaginationem acceperit, quòd in aliquibus locis ſit, in quibus, aut quandoque fuit, aut omnino non fuit, iam & ob hoc eſt, ubi poſſibile eſt. Quod enim non omne, quod appa ret uerum ſit, ſatis teſtantur quæ fiunt dormientiũ, & uigilantium uanę uiſiones: quibus etiam ſimile eſt ſupponere aliquem in extremo uniuerſi fieri, eorum, qui poſſunt ultra extremum extendere aliquod detentum. quid enim differt ab imaginatione hac, & ſuppoſitione, ſupponere ſeipſum eſſe in non ente, & quærere, utrum ipſum recipiet ipſum accedentem ad ſe, aut non recipiet: & utrum, cum ad ipſum peruenerit, quieſcet, & nihil, quod occurrat, habebit, & extendere manũ poterit, aut erit aliquid ipſum impediens? quouis enim horum ſuppoſito aliquid eſt ipſum nõ ens. Idcirco melius eſt huiuſcemodi imaginationes inanes exiſtentes redarguere, ſequentes demonſtrationes, quę per ratiocinationes fiunt, & utentes demonſtratis per plura. hęc uero ſunt, quòd impoſſibile ſit eſſe aliquod infinitum corpus, nec ſimplicium, nec compoſitorum. ſed nec quòd uacuum aliquid. uniuerſaliter enim impoſſibile eſt ſubſiſtere ſpatium ſine corpore. neque enim longitudinem poſſibile eſt eſſe per ſe ſeparatam à corpore, nec latitudinem, nec etiam profunditatem. quę enim à Geometris dicuntur ſpatia ad unum, & duo, & tria, non, ut quæ propriam ſubſiſtentiam habeant, dicuntur ab ipſis: ſeparantur enim ab ipſo intellectu à corporibus naturalibus, quę & proprie corpora ſunt: & abſque corpore ſumentes, faciunt de eis ſermones quęrentes, & demonſtrantes, quę nam ſunt, quæ eis, ut huiuſcemodi, ineſſe, & accidere poſſunt. Qui uero ipſum inane eſſe ponunt, nihil aliud quàm tres dimenſiones ſubſiſtere ſumunt abſque materia: qui dicentes ſuſceptiuum eſſe corporum, nil aliud quàm ſpatium ſpatii dicunt eſſe receptiuum. nam nec corpus ipſum per aliud quid eſt in loco, quàm per trinam, quæ in eo, dimenſionem. non enim quatenus colorem aliquem, ſaporemue quendam, aut aliquod aliud accidens habet, eſt in loco, ſed per ſuos dimenſus: quorum ſi receptiuum eſt æquale uacuum, fiet ſpatium in ſpatio. at ſi non ſufficit corpori, ut ſit proprium ſpatium, ſed alio æquali ſuo indiget ſpatio, cur non & uacuum in alio quodam erit ſpatio? ſiquidem ſpatia aliis indigent, ut ſint ſpatia: Verum rationabile, quemadmodum non ſolum longitudinem impoſſibile eſt ipſam per ſe aliquam ſine materia ſubſiſtere, eodem quoque modo nec ſuperficiem, ita nec quod tertiam aſſumpſit dimenſionem, quam profundum appellamus, quale dicunt eſſe uacuũ: vacuũ igit̃ ob hoc nõ erit extra uniuerſum. Oſtẽſum quoq; pluribus eſt & non poſſe corpus aliquod eſſe infinitum: neque enim ſimplicia corpora plura quinque corporibus eſſe poſſunt, quatuor quidem materialibus, quinto uero Diuino corpore, & circulo uerſatili, nec aliquod horum infinitum eſſe. Oſtẽſum eſt etiam, cum ſimplicia finita ſint, & numero, & magnitudine, neceſſario & quæ ex horum compoſitione, & miſtione, & temperamento habent eſſe, & ipſa finita eſſe. Oſtenſum eſt etiam, non poſſe plures eſſe mundos, ſed neceſſario omnem corporum naturam in mundo eſſe. Quæ cum ita ſe habeãt, nihil porro extra mundum, quod & uniuerſum eſt, erit: cum neque aliud præter hæc corpus ſit: neque uacuum aliquod ſpatium extra corporum dimenſionem. quæ omnia abſurdum eſt deſtruere, breui cuidam perſuaſioni dantes manus: ſed oportet audaciam ſumentes, quærentibus, an aliquis in extremo exiſtens uniuerſi extendet manum, aut impedietur, dicere reſpondentes, non extenſurum ipſum manum, ſed

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

quod impedietur, nõ, ut ipsi dicũt, ab aliquo obuiãte extrinsecus ipsi uniuerso circumposito, sed multo magis ab eo, quòd nihil sit: nam quo pacto quis in nihil extendere aliquid poterit? aut quo pacto in illo fuerit, quod omnino non est? nam nec à principio impulsum acceperit aliquem ad extendendam suarum partium aliquam in nihil: huiuscemodi enim est nõ entis natura.

De eo quod in nobis, quædam. Cap. decimum tertium.

QVoniã quod in nobis est in rationali assensu: ob hoc enim est in solo homine quod in nobis, quia & solus animalium homo est rationalis, atq; consultandi uim habens: assentiunt enim & animalia bruta: sed hęc quidem imaginationibus, quę à sensibilibus in ipsis per ipsos sensus fiunt, sequentia etiam passionẽ, quæ ab his in ipsis fit, assensus faciunt, ducta ab illis, quà illa ducant: homo uero, quãdo, ut homo, assensus promit, indiget pręter imaginationes ratione etiam, quam habens à natura, ut de talibus iudicium ferat homo est: per quã rationem iudicat imaginata. idcirco, si etiam consultanti de occurrente sibi imaginatione, non huiuscemodi res ipsa uideatur, qualis à principio uidebatur non assentit ei, cui utiq;, quantũ ad passionem, quę imaginationem ipsam sequitur, assentiret: & est electio huiuscemodi assensus, cum sit appetitus consultatorius: quod enim ex consilio de re sensibili, & eo quod ante ipsam electum est, electio est, Si igitur, & cum consultamus nos, assensus imaginationem ipsam sequeretur, non esset in nobis, neq; esset cum consilio assensus. sed quia ipsum cõsuluisse assensum, qui est de imaginatione longe alium à passione, quæ ab illa, sæpius facit, non utiq; rationabiliter imaginationibus assentire dicimur. cum autem imaginationibus non pareamus: erat autem hoc eius, quod in nobis destruẽdi uim habẽs: nec utiq; in nobis aliquid esse tolletur. Enimuero, si quidem ad omnem imaginationem sequeretur omnino in nobis consultatio, forte uideretur & ipsam non ipsam non in nobis esse, sed accidẽs quoddam imaginationis ab ipsa profectũ: quod, cum haberet eé ab illa uisum fuisset & assensus ad ipsam secundum illam fieri, secundum quam & cõsultatio, ad quam ipse assensus. At, si non est imaginatio consilii in ipso homine imperatrix: sed est in ipso & consultare, & non consultare: utpote, qui multis imaginationibus absq; consilio pareamus, perinde atq; animalia bruta: neq; huiusmodi assensus imaginationis opus erit, cum in multis ipsi, & multipliciter aduersetur. Quòd uero nos consultandi de imaginationibus domini simus, manifestum & ex eo, quod prius dictũ est, facultarem nos habere consultandi, & non consultandi, & non esse imaginationem huius dominam. & si non imaginatio ipsa, quid aliud pręter nos ipsos ponetur huius principium? non enim, quia communius dicimus uideri nobis & quod per rationem inuẽtum est, & opinionem, iam oportet imaginationem, & in imaginatione dicere eiusmodi assensum: siquidem imaginationio proprie est motus factus à sensu in actu. Præterea laudari quidem eos, qui consultant, uituperari uero eos qui non, indiciũ est in nobis esse consultationem, & non esse imaginationis opus: laudes enim, & uituperia in his, quæ in nobis. idcirco in imaginationibus nec laudamur, nec uituperio afficimur, nisi in quibus ipsarum nos authores sumus. sed in assensibus earum, iam est horum alterũ. uituperamur enim in in illis imaginationibns, quęcunq; in nobis ex inexperientia huiusmodi fiunt, cuius experientiæ nos eramus domini: quoniam consultores accipere aut huius potius, aut pro his, in nobis, manifestum ergo quòd in nobis ab initio est ipsa consultatio. si enim in nobis usos esse consultoribus, per quos huiusmodi assensus, in nobis & ipsa consultatio: quia in his, quæ ex pręuidentia committimus, peccatis maiora sunt supplicia, utpote qui per electionem admiserimus: constat q; & quicquid ex præuidentia fit, in nobis.

Discursus eorum, quæ in Quarto Meteorologicorum imperfectus.

Cap. decimũ quartũ.

CVm dixisset in secundo de Generatione, & Corruptione de quatuor elementis, Igne, Aere, Aqua, Terra, quę sit ipsorum secundum formam substãtia, & causa: demonstrauissetq; & mutuam in eis esse generationem per mutationem specificantium ipsa inter se differentiarum: in hoc libro, qui Quartus quidẽ Meteorologicorum inscribitur, magis autem accommodatur tractatui de Generatione, & Corruptione, primum meminit de formantibus quatuor elementa differentiis quę erant, duę primę ex simplicibus contrarietatibus, Caliditas, Frigiditas, Humiditas, Siccitas: his enim quadrupliciter inter se complexis, unum quodq; formatur ipsorum. Post quę demonstrauit quatuor harum differentiarum, duas quidem actiuas esse, caliditatem frigiditatemq;, duas uero passiuas, siccitatem & humiditatem: & unicuiq; elementorum ex utraq; contrarietate alteram: ut & agendi patiẽdiq; potentiam in seipsis omnia. Post quæ præposuit dicere opera, quę fiunt à potentiis actiuis, quæ sunt, ut dicet, Concoctio, Cruditas, & cuiusq; harum species: nec non earum, quæ patiuntur ab eis (hæc uero sunt sic, cum, & humidum) species, & differentias. Et primũ cum dixisset in quibus est, & sit huiusmodi mutatio, hęc scilicet esse, quę nata sunt, & animalia, & horum partes, tanquam ex quatuor corporum cõcursu, cum hęc sint quæ principaliter generantur secundum naturam. Et post hæc tradidisset quid sit simplex, & naturalis generatio, q; scilicet est mutatio ab effectiuis potentiis, caliditate, & frigiditate subiectę materię in quacunq; natura secundum potentias passiuas, siccitatem ac humiditatẽ, qñ habeãt inter se rationẽ, ut possint, hę qdẽ agere, & ĩmutare, illę uero ĩmutari, & patiꝫ generant enim calidum, & frigidũ quę ab ipsis secundũ, hęc genita sunt, dominantia materię: materia uero est ipsis altera contrarietas, quæ est siccum. & humidum quando autem nullum dominetur secundum hanc rationem ad subiectam sibi materiam: aut siquidem secundum aliquas partes sint aliqua non dominantia subiectæ materiæ, Inquinatio fit, & Cruditas. Si uero in uniuersali generatione fiat huiuscemodi actiuarum imbecillitas, est in putredinẽ mutatio: corruptio enim secũdum uniuersam naturam uia est in putredinem. secundum naturam itaq; uia in corruptionem est per senectutem, & ariditatem: quarum siccitas quidem, & ariditas de plantis magis ꝓprie dicetur, seniũ uero de aialibus. At si sit actiuaꝝ potẽtiarũ imbecillitas in pti

bus

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

bus,inquinationé fieri,& cruditatem.quarum rurſus Inquinatio de partibus animalium magis proprie dici tur:omnium enim natura generatorum naturalis fi/nis eſt marcor,& putredo:non enim eſt naturalis uio lenta corruptio:ob hoc enim quę naturaliter corrum puntur primum quidem in humiditaté mutantur, eò q̃ non dominetur in eis amplius humiditati cali/ditas,ut poſsit ipſam concoquere:demum uero eadé humiditate,tanquam quæ exhalauerit,& una ſegre/gata fuerit,excreta,& diſpartita,à caliditate,quæ relin quuntur ſicca fiunt:eſt enim eorum,quæ putruerũt, finis,ut in hęc ipſa diſſoluta ſint,ex quibus fuerunt ge nita, ac conſtiterunt , terminantibus , & miſcentibus humidum ſicco actiuis,quę erant calidum,& frigidũ. Fit autem huiuſcemodi, hoc eſt naturalis corruptio, quando propter continens ſuperet ipſum terminans, quod erat ipſum calidum præcipuæ , id quod termi/nabatur ab ipſo,quod erat humidum,& ſiccum.cum enim diſsipatur à caliditate continentis maiori, quod eſt in his ,quæ corrumpuntur,& putreſcũt,calidum, fit pasſiuarum exuberantia.uniuerſaliter enim in his, q̃ putreſcũt,putredo fit p̃ ſeparationem naturę ab eis: natura autem in ſingulis eſt principium motus cali/ditatis eorum:eſt autem in omnibus natura conſtan/tibus huiuſcemodi præcipue calidum ipſum . poſt quod tradidit Putredinis rationem,corruptionem ip ſam eſſe dicens ipſius in ſingulo caliditatis ab ea,quæ in cõtinente.Quoniam autem eſt ex inopia calidi pu/tredo: omne autem quod hac potentia indiget, frigi/dum eſt : utraq̃ quodammodo effectiua putredinis fiunt calidum,frigidumq́;:fit enim ex utriuſq̃,& fri/gidi,& calidi multitudine : ſed frigidi quidem ꝓprii, calidi uero alieni. nam propter huiuſcemodi , & quæ hoc modo fit , mutationem , quę putreſcunt ſicciora fiunt,& tandé terra,& ſimus.fit enim hoc,quia exeun te ex unoquoq̃ eorum,quę putreſcunt , proprio cali/do,exhalat una & proprium in eis humidum , quod cauſa fit ſiccitatis,cum non ſit amplius in eis quod al liciat,& cohibeat humidum, quod erat innata in ſin/gulis caliditas . Addidit quoq̃ & conſequentem ad prędicta cauſam,cur non eodem modo in frigoribus quædam putreſcunt . quia enim in hyeme minor eſt in continente caliditas , non ita putreſcit , & uincitur proprium in ſingulo calidum.ſed nec etiam quæ con creta fuerunt per frigiditatem eodé modo putreſcũt: quia propter frigiditatem ampliorem non uincuntur à caliditate aeris continentis:& quia ſi,debebat ipſum mouere,& immutare,in ſuperando mouere . At neq̃ feruentia putreſcunt,cum eorum caliditate minor ſit in continente ipſa aere caliditas . Sed nec quę mouen tur,ac defluunt eodem pacto ac ea,quæ non mouen/tur,ac quieſcunt,ab ipſo continentis calido uincũtur: ſit enim hoc pacto fortior quàm in aere caliditas quæ in eo,quod mouetur: motus enim adauget innatam cuiuſque caliditatem,excitans , & accédens . Eandem quoq̃ eſſe cauſam,cur multum pauco minus immu/tetur,& putreſcat:eſt enim amplius calidum, & frigi/dum in maiori : idcirco dominantur hæc potentiis, quę ſunt in continente:hæc enim cauſa eſt,cur & ma/re & alia aqua diuiſa putreſcit . Dixit etiam cauſam, cur ex his,quę putreſcunt,generentur animalia quæ/dam:ex his enim,quæ putreſcunt,excreta caliditas,cũ ſit naturalis,generat quædam, & excreta concreſcere facit : in quibus ſcilicet acciderit temperata genita eſ/ſe . Cum autem dixiſſet uniuerſaliter de generatio ne communi,& eodem modo de corruptione , uenit ad ſermonem de his,de quibus propoſuerat: hæc au/tem erant,dicere per quæ prędictę potentiæ caliditas ſcilicet,& frigiditas operantur generationem eorum, quæ fiunt,& corruptionem ex his, quę ſubiecta ſunt eis:hæc autem erant in corporibus naturalibus ſicca, & humida:hęc enim illis materia ſunt.quoniam enim omnis generatio,& mutatio eſt ab effectiuis potétiis, quarũ caliditas proprie generationis eſt cauſa: ſupe rante enim calido,& congregante ſiccum, & humidũ cõcoquente,& terminante eſt generatio . quod ſi hoc non ſuperet, quia frigidum amplius eſt , roboratum frigidum cõtrariorum eſt cauſa,corruptionis ſcilicet, & putredinis.Quoniam autem & concoctio multipli citer, & Cruditas,de his dicere rationabiliter propo/ſuit. Et primo quidem dicit ea,per quę calidum mu tationes ſuas facit in ſubiecto.& dicit proprium qui dem opus eſſe calido cõcoctioné, eé vero cõcoctionis ſpecies,& differentias,Maturationé,Aſſationem , Eli/xationem.frigidi quoq̃ proprium quidem opus cru ditatem quidem eſſe,huius autem ſpecies, & differen tias , Immaturitatem , Inquinationem , Toſtionem. Poſt quæ cum dixiſſet non eſſe propria nomina illis, de quibus dicta ſunt , eò q̃ non ſit proprium cuili/bet ipſorum impoſitum nomen,ab his,quę nominata ſunt , neceſſe eſt transferre nomina etiam ad ea quæ ſimilia ſunt his,quę nominantur:idcirco non hæc,ſed huiuſmodi oportet putare eẽ quę dicta ſunt. Dicitq́;, & definit quid ſit unumquodq̃ eorum , quæ dicta ſunt.& primo dicit quid eſt concoctio , deinde quid ſit cruditas ,quę eſt oppoſita concoctioni communi. Poſt quę de maturatione ſermonem facit,quæ eſt ſub concoctione,& poſt ſermonem de hac de immaturita te dicit:quę,cum ſit ſub cruditate,opponitur maturi tati.Poſt quæ,cum dixiſſet quid eſt aſſatio,quę & ipſa concoctio quædam eſt,dicit de toſtione: quę cum his annumeretur,quę ſub cruditate ſunt,opponitur aſſa tioni.Ex quibus omnibus Concoctionem quidem di xit eſſe perfectionem à naturali,& proprio calido op/poſitorum pasſiuorum:oppoſita uero inuicem erant pasſiua,ipſa cuiuſq̃ materia , ſiccitas:humiditas ſcili/cet,atq̃ hęc enim ſunt,quæ concoquuntur,& termi/nantur à calido.Cruditas uero imperfectio ex inopia propriæ caliditatis,quod frigiditas eſt:quorum enim perfectio ipſa concoctio,horum cruditas imperfectio. Rurſus Maturationem quidem eſſe dicit concoctio/nem,& perfectionem nutrimenti in περικαρπίοις , ideſt in his , quæ fructum continent . eſt autem his perfe/ctio,quando dicuntur poſſe ex ſe ipſis aliud huiuſce/modi generare.dixit quoq̃ & alia eſſe matura per re/lationé ad ipſa.Immaturitaté uero,& cruditaté & ĩper fectioné nutrimẽti in eo,quod fructum continet.Poſt quæ demonſtrauit omne maturum neceſſario non ſo lum humiditatem habere , ſed etiam ſiccitatem . Poſt quæ definiuit Elixationem concoctionem à calidita/te,quę eſt in aqua continente,interminati humidi in eadem exiſtentis , quod eſt aut ſpiritus quidam , aut aqua. Addidit quoq̃ & de qbus elixatio prædicatur, quę cõmunius dicuntur elixari. Definiuit quoq̃ In/quinationem contrariam elixationi cruditatem eſ/ſe . Quoniam uero multis modis elixatio dicitur,

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

totidem quoque inquinationem: cum cuilibet elixa/
tionis differentię propria quædam inquinatio oppo/
natur. Post quę dixit quid est Assatio, quòd scilicet
concoctio à caliditate sicca, & aliena: dixit autem à ca
liditate sicca fieri tunc, quando fit siccum, quod sic cō
coquitur. Concoctioni uero huic, quę ut assatio dici
tur, opposita cruditatem dixit non esse ualde nomi
natam, sed consimilem esse tostioni: quando, quod as/
satur immutatur quidem, sed non perfecte assatum
fuerit: quod fit, aut ex inopia caliditatis immutantis
quod assatur, aut ex multitudine humiditatis, quæ
est in re, quæ assatur. Cum autem dixisset de his, tran
siuit ad sermonem de potentiis passiuis, quę erant sic
citas, atq; humiditas. & cum demonstrasset quæ sint
harum rursus differentiæ, & quę, & quot species, quę
fiunt ex his, primo quidem meminit de hoc, q; sunt
principia corporum, quatenus passiua sunt, humidū
scilicet, & siccum, alia uero quæcunq; non sunt princi
pia, sed ex principiis existentia, & generata, mista qui/
dē ex his esse: cuiusuis enim plus habet ipsum quod
mistum est, hoc ipsum statui, quæ quidem per siccū
exuberant, sicco, quæ uero per humidum, humido.
Omnia uero sicca, humidaq; aliqua quidem hęc actu
dicuntur esse, aliqua uero potentia. Post quę cū sum/
psisset, q; mistio humidi, & sicci causæ sunt q; termine
tur ex ipsis mista: utrunq; enim illorum per se existēs
interminatum est: cum sumpsisset quoq; & humidū
quidem passiuum in elementis aquam ee, siccum ue/
ro terram: in quibus etiam existēs frigidum uidetur
potius per se passiuum esse q̄ actiuū: cum addidisset
omne terminatum passiuum corpus, aut molle, aut
durum esse: & dixisset quid est Molle, quid etiam
Durum, Durum quidem, quod resistit, & non cedit
in superficie, Molle uero, quod cedit in supficie eorū,
quę sunt sub eo, eò quòd quod diuiditur retrocedit:
consequenter quia omne terminatum corpus durū
est, aut molle, cōcretum uero iam terminatum est, ad
dicendum de Concretione accesit. Et cum meminis/
set de causis, quæ secus ipsam materiam sunt, quę sci/
licet sunt ipsum, unde principium motus, & ipsa For
ma: & sumpsisset has esse causas omnium, quę natura
fiunt: nam & concretionis, & effusionis, & exiccatio/
nis, humectationisq;, quæ sint effectiua, quæq; pasio
nes, & formæ eorum, quæ fiūt, sumpsit: effectiua qui/
dem dicens esse caliditatem, & frigiditatem: passiones
uero, quę ab his in corporibus fiunt, calidum, & frigi/
dum. Post quę cum reuersus esset ad sermonem de
concretione, & assumpsisset cōcrescere exiccari quod/
dammodo esse, dixit de his primo dicendum esse. &
primum quidem sumpsit quę sunt, quæ exiccantur,
q; scilicet aqua ipsa, & omnes aquę species, & quotcū/
que aquam habent, aut connatam, aut superinductā.
Post quę quæsiuit à quibus exiccātur. Et cum assum/
psisset, q; omnia, quæ exicantur aut calefacta, aut frige
facta exiccantur, addidit, & quæ calefiunt, & quæ
infrigidantur calido exiccari, aut extrinseco, aut in/
trinseco: extrinseco quidem, quęcunque à circun/
posito calidoe xiccantur, intrinseco uero, quęcunque
à frigido. cum enim à frigido dissipatur intrinsecum
his, quę exiccantur, calidum, & transpirat, una & hu/
midū ipsum intrinsecum exhalat: quod, cum fit, exic/
cantur. Cum autem dixisset quę sunt illa, quę exiccā
tur, & à quibus, & per quid, q; scilicet per calidum ex/
trinsecum, intrinsecumue, transiuit ad dicendum de
his, quę humectantur, quæ opposita his, quæ exic/
cantur, patiuntur passionem. Et cum sumpsisset hu/
mectationis differentias esse: humectantur enim quæ
humectantur, quædam per consistentiam, ut aerē hu
mectari, hoc est in aquam mutari, quod erat passiuū
humidū: cum enim infrigidatur spiritus, & consistit,
& crassescit, & aptatur, facit mutationem in aquā: de
concretione, & huiusmodi in aquam mutatione, si/
mul dixit fore manifestum & de Liquatione quidē,
quoniam uidentur concreta liquefieri. Quibus addi/
dit, quę sunt illa, quæ concrescunt: nam omnia, quæ
concrescunt, cum sint aqua, aut aquæ species, concre/
scūt, aut terrę, & aquæ solum. Quibus addidit à qui/
bus concrescunt, nā aut à calido, aut à frigido, aut ab
humido: unde & à contrariis dissoluuntur: quę enim
à calido sicco, quod est ignis, cōcreta sunt, ab aqua dis
soluuntur, quæ est frigida, & humida: quę uero à fri/
gido concreta sunt, à calido dissoluunt, ab igne enim.
Quibus addidit, quæcūq; aquea sunt ex his, quę con
crescunt, hæc ab igne minime concrescere: dissoluunt
enim ab hoc. etenim si hæc concrescunt, quia separat
calidum, quod est in eis, merito eiusdem præsentia dis
soluentur. sed horum concretionis frigidum ipsum
est concretiuum. idcirco nec condēsari huiusmodi eò
q; densatio fiat, abeunte quidem humido, concrescere
uero faciente sicco: & aquam solam ex humidis crasse
scere non posse, cum nihil in se siccitatis habeat: quod
autem ex aqua, & terra est mistum ab utrisq; cōcresce
re, calido scilicet, & frigido. quoniam autem per den/
sationem est horum concretio, dixit ipsa densari qui/
dem ab utrisq;, calido inquam, & frigido, sed nō eodē
modo, sed à calido quidem humidum exhalare facien
te, à frigido uero calidum, quod est in eis, extruden/
te: cum quo simul exhalat humidum, quod est in eis.
Quibus addidit, quę quidem mistorum densantur,
quæ uero non densantur, sed concrescunt. Cum autē
dixisset quæ concrescunt, & quomodo, & à quibus,
consequenter dixit de his, quæ dissoluuntur, & lique
scunt. ex mistis quidem, quęcunq; à frigido concreta
sunt, in quibus terræ plus est, quæcunq; quidem per
exitum caloris concrescunt, hæc dissoluuntur, & li/
quefiunt à calore, cum iterum ingrediatur in ipsa ca/
lor, ut fit in concreto luto per frigiditatē. at quecūq;
per frigiditatem quidem concreta fuerunt, nō sic au
tem ut solum calidum ab ipsis separatū sit, sed & hu/
midum una cū ipso exhalauerit, hęc non dissoluūtur
nisi ab excedente caliditate, sed molliuntur. & exten/
duntur ut ferrum, & cornu. uerum etiam liquefieri
hęc eadem dicit: & idcirco addidit quo liquantur &
alia. quæcunque uero à calido sicco concrescunt, hoc
est igne, aliqua quidem indissolubilia manent, quæ/
dam uero dissoluuntur humido: cornu quidem
indissolubile, & lapides quidam: quorū generatio ab
igne, terra combusta, & unita fit. nitrumq;, & sales dis
solubilia humido, ut dicit, frigido, quod scilicet in sui
natura propria, & substantia habet frigiditatem, qua/
lis est aqua. non item oleū habet in sui natura, & sub/
stantia frigiditatem, idcirco neq; in speciebus aquæ ip
sum sumpsit. non habet autem in sui substantia frigi/
dum, quia magnam partē habet aeris: quęcunq; enim
mistorum plus habent aquæ, quàm terræ densantur
à calido: concrescunt uero quæcunq; terræ plus. per

quæ

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

quæ demonſtrauit ꝙ nitrum, & ſales terrea ſunt magis, calido enim cõcreſcere poſſunt ex quibus & lapis, & fictile. Deinceps de oleo dubitauit: nam nec concreſcit à frigido, quod patiebantur quæ conſtabant ex aqua: neꝙ concreſcit à calido, quod patiuntur quæ plus habent terræ: hoc uero à neutro concreſcit, ſed ab utriſꝙ denſatur, cuius cauſam tradidit, ꝙ ſit aere plenum. cuius ſignum addidit, ipſum ſupernatare in aqua quod facit aer, & quæcunꝙ multum in ſeipſis aerem continent, ut ligna. Poſt quæ, quomodo à frigido in unum denſatur ipſum oleum, & quomodo à calido: frigidum enim ipſum denſat immutans aeré, q eſt eo, in aq̃ frigiditate: frigiditas. n. aquę in oleo ipſum facit denſius: ab igne autem, & tempore denſatur, & album quidem fit, cum exhalare faciat aquoſam partẽ in ipſo reſidentem: denſatur autem, quia mutatur aer qui eſt in eo, in aquã, cũ à calido tabeſcit: tabeſcit enim à maiori calido, quod eſt minus. Poſt quæ uniuerſaliter ſumpſit, ut demonſtratum hoc, quæcunꝙ miſtorum non denſantur à frigido, ſed concreſcunt magis, hæc aquea eſſe: huiuſmodi ſunt uinum, acetum, lixiuium, lotium, ſerum. quęcũꝙ uero denſarur ab igne, non euaporante, quod eſt in eis, humido aliqua quidem terræ, aliqua uero aeris, & aquæ communia ſunt mel quidem terrę, communia uero oleum. dicit autẽ communia eſſe aquæ, & terrę, lac, & ſanguinem: ſed huius, quòd lac ex utriſque exiſtens plus habeat terræ appoſuit oſtenſiuum hoc, ſi ſeparatum fuerit ſerum à lacte, ſi elixetur lac, ipſum comburi, ut & aliorum, quæ elixantur, quæcunꝙ plus terrę habent. Poſt quę tradidit cauſas, cur concretorum quædam diſſolubilia ſunt, quædam indiſſolubilia: diſſolubilia quidem nitrum & ſales, indiſſolubilia uero fictile: & horum, aliqua quidem mollibilia, ut cornu, aliqua uero non mollibilia, ut fictile & lapis. Cauſa autem, quia duo ſunt, quæ concreſcere faciunt ut dictum eſt, calidum ſcilicet, & frigidum diſſolui ipſa quandoꝙ neceſſe eſt calido, & frigido: quę quidem à calido concreta ſunt frigido: q̃ uero frigido à calido. idcirco aliq̃ qdẽ igne diſſoluuntur, quęcunꝙ ab aqua concreta ſunt: aliqua uero aqua quæcunꝙ ab igne concreta ſunt: ab aqua igitur diſſoluentur, quęcunꝙ ab igne ſolo concreta ſunt: ab igne uero rurſus quorumcunꝙ concretionis aqua eſt cauſa. ſi autem quędam ſunt, quæ: ab utriſꝙ quidem cõcreſcant, hæc maxime indiſſolubilia fore. concreſcunt autem ab utriſꝙ, quæcunꝙ prius calefacta concreſcere facit ipſum frigidum. cuius cauſam tradidit. cum enim calidũ eoꝝ quæ ab utriſꝙ concreſcunt, exhalare fecerit rei, quæ concreſcit humidum, frigidum poſtea cõprimit ipſum, & ita denſat, ut neꝙ humido ingreſſum aliquem permittat, & ob hoc ab utriſꝙ indiſſolubilia quę ita cõcreta ſunt. Dicit quoꝙ & ferrum ab utriſꝙ concreſcere: primũ enim ab igne liquefactum (eſt enim generatio eius per hoc) poſtea à frigido concreſcere: idcirco & pauloante dixit ipſum non liquari ſed extendi, & molleſcere. Dixit etiam ligna non liquabilia, ſed combuſtibilia eſſe: quia ſunt ex terra, & aere, nõ autem aqua: cuius ſignum rurſus addidit ipſa ſupernatare in aqua: aer enim huiuſmodi. Deſunt quędã, ut antea ſcripſit, diſcurſui eorum, quę in quarto Meteorologicorum Ariſtotelis dicta ſunt.

De eo, *quod eſt, veluti impartibile.*

Caput decimumquintum.

QVæ uelut impartibilia ſunt ſimilia impartibili, non impartibilia: quoniam neꝙ aliud quid ſimile: alicui idem eſt cum illo, cui eſt ſimile: quoniam ſimile impartibile, & quod impartibile apparet, non impartibile: quemadmodum & apparens ſyllogiſmus non ſyllogiſmus. Sed ſi non impartibile, partes procul dubio habebit. At hoc pacto nihil erit impartibile: quęcunꝙ enim eius pars ſumatur, & ipſa ueluti impartibilis erit, eò ꝙ id, quod impartibile dicitur, habet eſſentiam ſuam in eo, quod eſt uelut impartibile: ſiquidem per hoc diluunt non conſtare ex indiuiſibilibus magnitudines. At ſiquis dicat ipſum ueluti magnitudinem, rurſus non magnitudo erit. at ſi omnis magnitudo partibilis eſt, uelut magnitudo, impartibile erit ſui natura. ſi uero impartibile. ex impartibilium compoſitione erunt magnitudines. Si uero quis dicat ipſum, ueluti æquiualere ei, quod potentia, erit velut impartibile, potẽtia impartibile. quod ſi hoc, nihil erit actu, quod erit impartibile: cum nihil eorũ, quæ ſunt aliquid in potentia, eſt hoc, quod poteſt: quare neꝙ uelut impartibile impartibile eſt. at ſi non actu, ſed potẽtia, uelut impartibile, impartibile eſt, aliud quid exiſtens, potentia hoc eſt. Quid igitur erit potẽtia impartibile? & ſi eſt magnitudo, quod eſt ueluti impartibile, ex his autem eſt magnitudo, nam ex ueluti impartibilibus, conſtabit omnis ex magnitudinibus magnitudo, & diuidetur in magnitudines: hoc autem pacto & in infinitum ſectio abibit. Prętea ipſum ueluti impartibile ipſius impartibilis materia eſt: omnis autem materia alicuius per aliquam mutationem: ipſum uelut impartibile impartibile erit: quoniam materia ipſius impartibilis, quę eſt ipſum uelut impartibile aliud erit ab impartibili. quod ſi hoc aut cum componitur faciet ipſum impartibile, aut cũ diuiditur. Sequitur quoꝙ rurſus dicenti ipſum in impartibilia diuidi, ex impartibilium compoſitione fieri magnitudines.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

CAPITA QVARTI LIBRI.

Difficultates aduersus dicentes ipsum uiuere esse bonum. Caput primum.
Quòd uoluptates non sint eiusdem speciei. Caput secundum.
Quòd inter iustitiam, atque iniustitiam, & omnino uirtutem, & uitium est aliquis habitus. Caput tertium.
Difficultatis solutio dicentis, instrumento quidem nihil esse contrarium, diuitiis uero paupertatem contrarium, propterea non esse diuitias instrumentum. Caput quartum.
Difficultas, quòd communis uoluptas, quę ut genus assumitur, neq; bonum est, neque malum, neq; indifferens. Caput quintum.
Quòd uoluptati dolor est contrarium, non autem labor. Caput sextum.
Cur, si dolor omnis suiipsius natura malum, non etiam uoluptas omnis est suipsius natura bonum. Caput septimum.
Quòd uirtus neque genus, neque totum. Caput octauum.
Quòd non omnes, qui peccant, ignoratione, quòd mala, & damnosa sint, quę faciunt, peccant. Caput nonum.
Quòd homo uirtutum gratia, non autem econtra. Caput decimum.
Quòd non multipliciter ipsum inuitum, quoniam & ui, & per ignorantiam. Caput undecimum.
Textus cuiusdam expositio ex Tertio Ethicorum ad Nicomachum Aristotelis. Caput duodecimum.
Quòd propria sit uoluptas actioni, in qua fit. Caput decimũtertiũ.
Quo pacto defendetur esse aliquid medium uoluptatis, et doloris. Cap. decimũquartũ.
Quòd imprudentia horum est ignorantia, quorum prudentia est scientia. Cap. decimũquintum.
Quo pacto, si dolor omnis malum, non etiam uoluptas omnis bonum. Cap. decimũsextum.
Sed quo bonorum sit uoluptas. Cap. decimũseptimũ.
Cur maxime importunos dixit eos, qui in uoluptate finem ponunt, in primo Ethicorum ad Nicomachum. Cap. decimũoctauũ.
Quòd non sint eiusdem speciei uoluptates ipsę. Cap. decimũnonum.
Quòd non oportet ubique utile quærere. Cap. uigesimum.
De uerecundia. Cap. uigesimũprimũ.
Quòd uirtutes se sequantur. Cap. uigesimũsecũdũ.
Quo pacto, si uoluptas iuxta Aristotelem actus est habitus secundum naturam, non impeditus, non erit etiam felicitas iuxta ipsum uoluptas. Cap. uigesimũtertiũ.
Quo pacto uirtutes sint propter se expetendæ. Cap. uigesimũquartũ.
Discursus, unde nam uirtutum inuentio, et constitutio. Cap. uigesimũquintũ.
Quòd honestum non uoluptatis gratia expetendum, sed uoluptas honesti. Cap. uigesimũsextũ.
Qua de causa mortales uirtutes mediocritates. Cap. uigesimũseptimũ.
Utrum, uel ut genus, uel ut totum uirtutum uirtus. Cap. uigesimũoctauũ.
Alterius textus expositio ex tertio Ethicorum ad Nicomachum Aristotelis, quo demonstrat, quòd et uitia, similiter ac uirtutes in nobis. Cap. uigesimũnonũ.
Quo pacto, si ex contrarijs contraria fiunt, non erit ex iustitia quidem iniustitia, ex iniustitia uero iustitia: et in alijs uirtutibus, uitijsq; eadem ratio. Cap. trigesimum.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ALEXANDRI APHRODISIENSIS,

MORALIVM ANNOTATIONVM,

DIFFICVLTATVM, ET SOLVTIONVM,

LIBER QVARTVS.

DIFFICVLTATES ADVERSVS,

DICENTES IPSVM VIVERE ESSE BONVM.

CAPVT PRIMVM.

SI BENE nauigare bonum, male uero malum, nauigare neq; bonum, neque malum. & si bene uiuere bonum, male uero malum, uiuere neq; bonũ, neq; malum. An minime uerum est oppositorum potentias indifferentes eẽ, & medias. omnis enim huiusmodi potentia, eò quòd eorum, quæ potest, melius intẽdat, bonum, atq; expetendum est: quod enim peius in iis, quæ quid potentia sunt, fit ex aliquo aduerso casu. quęcunq; enim huiusmodi arte fiunt, quę fieri possunt, cum fiunt, melioris gratia fiunt. consimiliter etiam & quæcunq; natura. nauigare enim bonæ nauigationis gratia ab ipsa gubernatrice inuentũ est: secare quoque ab ipsa fabrili recte secandi. ideoq; expetendum est, illi quidem nauigare, huic uero secare: quoniam absq; his non possunt hę propositum finem assequi. non enim ab aliquo eorum, quæ p aliquem aduersum casum fiunt in re aliqua, propositorum iudicium fit: sed ab his, quorum gratia & sunt, & fiunt præcipue. Sicut autem se habet in his, quæ per artes fiunt, eodem modo, & in his quę per naturam. in illis enim intendit natura ambarum potentiarum quod melius: & huius gratia natura dat illud. quæcunque enim à natura generata illico propriam perfectionem habere non possunt, his natura potentiam largitur, ut fieri perfecta possint. impossibile autem aliquid potentiam habere alicuius, ut etiam ipsi oppositum non possit: hac enim potentia ab actu discrepat. idcirco sunt quidem potentiæ meliorum pręcipue: sequitur vero ipsas ex necessitate & his oppositorũ esse. Si itaq; uniuscuiusq; iudicium à pręcipuis, & quorum gratia est: non enim non deambulandi causa est uirtus deambulatiua: & si est aliquando in eo, qui hoc potest, etiã ipsius priuatio: & si expetendum fuerit ipsum deambulare, expetendum suiipsius natura fuerit & posse ambulare: & si potentiam etiam nõ deambulandi habeat: quod si illud non expetẽdum, neq; ipsum posse. & uiuere quoq; ipsum potentiã in seipso bene, maleq; uiuendi habens, nobis à natura bene uiuẽdi causa datum (neq; enim poteramus statim orti ipsum bene uiuere possidere: nihil enim in imperfecto perfectum: omne uero imperfectum statim ac genitum est) expetendum fuerit, optimi eorum, quæ in nobis esse possunt, causa datum. optimum enim, & finis est ipsum bene uiuere: hoc uero absq; uiuere fieri minime potest. quomodo enim non dissentaneum, tumquidem dicere nos à natura ad hoc proprie factos esse, & suiipsorum salutis gratia omnia facere, tum uero non dicere nos tanquam ad bonum ipsum naturam nos proprie facere? Quòd enim tanquam ad bonum uiuere ipsum proprie simus perspicuũ est, & ex eo, q; multum studium ad procreandos filios adhibemus, tanquam uicturi quodam modo per illos: sed etiam quòd timemus magis, quæcunq; timemus, quoniam ueremur etiam mortis in causa illa futura. Quod autem & à meliorum potentia mediorum iudicium fiat, liquet etiã ex eo, quòd constat cęteris animalibus hominem melius animal esse: hoc autem propterea, quia aliorum nullum uirtutis est capax. Quoniam igitur, cuius melioris est, susceptiuum, hoc his, quæ in aliis animalibus expetẽda sunt, melius sit, propterea melior est homo. quandoquidem si etiam à deterioribus mediorũ iudicium fieret, nihil prohiberet hominem, aut animalium pessimum dicere, rerum omnium pessimę, uitii inquam capacem, aut aliorum animalium nullo ipsum esse meliorem: ex quo in omnibus expetendis, ac fugiendis probi iudiciũ, expetendũ sequi opus est.

Quod uoluptates non sint eiusdem speciei. Caput secundum.

QVod non sint eiusdem speciei uoluptates ipsę mõstrari posset, primo quidem ab ipsa cupiditate, si enim omnis quidem cupiditas appetitus iucundi, & in hoc esse habet: sunt autem cupiditatum absq; dubio illæ quidem expetendæ, hæ uero fugiendę: perspicuum non alio quodam, nisi uoluptatibus, ob quas sunt, ipsas differre: eo quòd harum illę quidẽ expetendę, hę uero fugiendę sint. different igitur & uoluptates inter se secundum hęc, pariter ac cupiditates: quandoquidem his & illę differũt. atqui nõ possunt eiusdem speciei inter se esse ea, quę suiipsorum natura differunt. Secundo ab actionibus, quoniã enim omnis uoluptas in actione quadam fit: & affinitatem uoluptates habent cum illis, in quibus fiunt, actionibus: fines enim quodammodo sunt ipsarum: perspicuum, quòd eadem pacto, ac actiones, diuidentur & ipsę: atqui earum actionum, in quibus sunt uoluptates, illę quidem sunt expetendæ, hę uero fugiendę: habebunt igitur & uoluptates eandem inter se differentiã. quòd si hoc, non sunt eiusdem speciei. etenim, si plurimum distat quod cupit, & desiderat aliquid, & nondum ipsum habens ab habente, atq; una cum eo existente, distabit quoq; plurimum uoluptatis cupiditas ab actione, in qua est ipsa uoluptas: cupiditas enim uoluptatis est: una uero cum actione existit uoluptas: sequitur

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

enim: quare, si, ac cupiditates, diuiduntur pariter ipsæ uoluptates, multo magis pariter ac actiones diuidentur. confessum autem est actionum, in quibus uoluptates, illas quidem expetendas, has uero fugiendas esse. Quòd autem affines sint uoluptates actionibus, in quibus fiunt: & pariter, ac actiones, ipsæ quoq; specie inter se differant: & non tantum, quia in diuersis fiant actionibus, differant ipsæ inter se, constat ex hoc, non posse uoluptatem in aliqua alia actione in alia factam iri. temperato enim intemperatorum actiones non solum sunt fugiendæ, sed etiam molestæ: tanq; ꝙ propria sit actionibus, ipsi uoluptas atq; pariter, ac ipsæ, diuidatur. nisi enim hoc esset, nihil utiq; impediret actiones quidem fugiendas ipsis esse, uoluptatem tamen & temperatis ipsas afferre. si uero uoluptates in aliis actionibus impediũt eas, quæ in aliis fiunt (qui enim uoluptate, quæ à tibiæ cantu prouenit, delectantur, non ité, postquá ipsum audiuerint, delectari possunt his, quæ in fabulando exempli gratia fiunt) erunt utiq; uoluptates uoluptatum corruptiuæ. ꝙ si sint uoluptates uoluptatum corruptiuæ, non utiq; eiusdem speciei erunt: cum hoc inuicem habeant, quod contraria inter se habent. Non enim quemadmodum eadem sanitas efficitur ab his, qui eisdem diuerso medentur modo: & nihil uetat aliquem eandem possidere sanitaté interdum temere curatus: ita quoq; se habet in actionibus, & in eis uoluptatibus. non enim possibile eam uoluptatem, quæ in alia quadam actione fit, etiam in alia factam iri. non enim possibile in temperatis actionibus uoluptates in intẽperatis quandoq; factas iri.

Quod inter iustitiam, atque iniustitiam, et oĩno virtutem, et vitium est aliquis habitus. Cap. tertium.

QVòd inter iustitiam, & iniustitiam, & omnino uirtutem, & uitium est aliquis habitus, quem medium habitum dicimus. Si iustitia & iniustitia dispositiones secundum ipsos sunt: dispositiones uero remoueri non possunt: neq; ex iniusto fieret aliquis iustus, neq; ex iusto iniustus: fiunt autem aliqui iusti, & iniusti, cum prius non essent: fient igitur ex aliqua alia constitutione: atqui omne, quod fit, aut ex contrario fit, aut ex aliquo inter cõtraria existente: & iustus itaq;, & iniustus aut ex contrario fiunt, aut ex eo, qui inter eos est: non fiunt autem ex contrario, igitur ex eo, qui inter eos: est: ex qua autem constitutione iusti. & iniusti fiũt, ea utiq; erit ĩter iustitiã, & in iustitiam. eadem quoq; ratio & in omni uirtute, & uitio. Si uero dicerent uitia non esse dispositiones, neq; quæ remoueri possint: sed immutari quosdam nihil uetare ex iniustitia in iustitiam, omninoq; ex uitio in uirtutem: sed in uitium unde immutantur? aut enim oportet in hominis natura uitium existere, & omnes nasci malos: essetq; uitium hominibus secundum naturam: cuius autem contrarium secundum naturam alicui, huic contrarium est prẽter naturam: prẽter naturam igit' hominibus iustitia, & uirtus. quòd si hoc absurdum, fieri oportet iniustum iniustum, quemadmodum fit & iustus. ex quo autem habitu in iniustitiá est mutatio, is erit utiq; medius. Si uero dicerent pueros nondum rationales esse, propterea neq; iustos, neq; iniustos (rationalis enim sunt habitus hi: quod si hi rationalis, & medius: idcirco puer, cum irrationalis existat, neq; in uirtute, neq; in uitio, nq; in eo, qui inter hęc, ueluti nec irrationalium aliud aliquod) cũ autem in rationale mutantur, mox esse malos, sed nõ fieri, per hęc faterentur rationali secundum naturam inesse iniustitiam, uitiumq;: quandoquidem in mutatione in rationale, simul & in hæc mutantur: & par est in rationale ei, quod est in uitium mutari: præter naturã igitur ipsi rationali est uirtus. Prẽterea quoq;, si mutatio prorsus est ex uitio in uirtutem, uitium uel facile mobile, facileq; abiicibile dicent, uel stabile, & cum difficultate mobile. sed si quidem facile mobile, cur non facilis est ex uitio in uirtutes mutatio? si uero cum difficultate mobile, stabileq;, planum quòd in mutatione in uirtutem oportet ex ipso uitio ipsum, quod cum difficultate mobile, stabileq; primo abiectum fuisse: quandoquidem per disciplinam, atq; exercitium, non autem repẽte in virtutem mutatum est. sed si primo fit facile mobile: erat autem ipsi uitio esse in eo, quod est cum difficultate mobile: in quo est facile mobile non amplius in eo, ut uitium, erit: at uero neq; uirtus: quo pacto igitur est in medio quodam habitu is, qui ita se habet: quoniã & mutatio in uirtutem ex in hac gignitur dispositione? Prẽterea, & si quàm maxime pueri nondum sunt rationales: & propter hoc neq; uirtutem neq; uitium habet: sed quia ipsi ex ita irrationabilibus rationales, atq; mali fiant, essent utiq; in medio habitu: non enim similiter hi, ac alii irrationales: neq; enim ipsi suscipere uitium possent, uel uirtutem. si uero neutrum habentes possunt utrunq; ipsorum suscipere, nõ sunt eo pacto irrationales. irrationale itaq; ratiõis susceptiuũ, cum aliud sit ab eo, quod suscipere non potest, alio utiq; modo irrationale fuerit, & non ita proprie irrationale. Iam uero & constitutio ipsius hoc pacto irrationalis medius utiq; habitus erit: quoniam occurrit in utrunq; contrariorum mutatio: & ita est potentia utrunq; extremorum, ut nullum actu sit. est enim quidam & in puero habitus, & constitutio, à quo in uitium, & uirtutem mutatio: qui de nullo eorum, quę proprie, simpliciterq; irrationalia sunt, dicitur.

Difficultatis solutio dicentis, instrumento quidem nihil esse contrarium, diuitijs uero paupertatem contrarium, propterea non esse diuitias instrumentum. Caput quartum.

INstrumento nihil est contrarium: diuitiis uero est aliquid contrarium: non igitur diuitiæ instrumentum. Siquidem uniuersaliter assumat nulli instrumento esse aliquid contrarium, non concedendum: eoq; & diuitiis, instrumento existentibus, uideatur aliquid esse contrarium. si uero indeterminate, atq; in parte assumat, ostẽdendum quòd nõ syllogizat: fiunt enim utræq; propositiones in parte. tunc enim necessario uniuersaliter assumeretur non esse aliquid instrumento contrarium, si in ratione, substantiaq; instrumenti nihil ipsi esse contrarium appareret. si uero non est in substantia instrumenti non esse aliquid ipsi contrarium, sed accidens quoddam, nil prohibet hoc non omnibus accidisse. neq; enim quia multis finitorum inest penes aliquid finiri, iam & omnibus. Verũ cum instrumentum sit, per quod uel solum aliquid, uel optimũ fit, si in substantia est instrumenti, omnia utiq; erunt instrumenta, quibus hoc inest, & omnibus hoc instrumẽtis. idcirco quoniam & diuitiis hoc

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ineſt: propter has enim liberales, magnificæq; operationes ſtudioſo inſunt: erunt utiq; ſtudioſo inſtrumentum. ab his enim, quę ſunt in inſtrumenti ſubſtantia, inſtrumenta iudicantur, quemadmodum & in aliis omnibus, non ab accidentibus. Oſtendet autem quis & q; propoſitionū neutra recte aſſumpta eſt neq; quę aſſumit inſtrumento nihil eſſe contrarium: neq; quæ dicit diuitiis eſſe aliquid contrarium. Si enim, quia toti, & ex utroq; compoſito inſtrumento nihil eſt contrarium, propter hoc neq; ferræ, neq; citharæ dicat quis eſſe aliquid contrarium: neq; igni erit ſecundum ita dicentem aliquid contrarium, neq; alicui aliæ compoſitæ ſubſtantiæ, eo q; materię omnibus huiuſcemodi ſubiectæ nihil ſit contrarium. Si uero ſecundum paſſiones, qualitatesq; ſit contrarietas: igni enim ſecundum caliditatem, ſiccitatemq; ſunt aliqua contraria: & ipſius ſecuris, ſi qualitates, per quas eſt ei eſſe, ſumptæ fuerint, inueniet ſecundum has ipſi contrarietatem aliquam: acuto enim obtuſum contrarium, graui uero leue: indiget autem ipſa & grauitate, & acutie: eadem & in aliis inſtrumentis ratio: neq; diuitiis itaq; recte aſſumptum fuerit eſſe aliquid contrarium. paupertas enim non eſt diuitiis contraria, ſed diuitiarum abſentia, atq; priuatio. ſanitas uero non, ut inſtrumentum, bonum, ſed ut corporis uirtus, ex quo, & anima homo. Si uero quis diceret priuationem huiuſmodi, à qua poſsibile eſt habitum genitum iri, rurſus contrarium, omnibus hic generabilibus eſſe aliquid contrarium diceret, nō ſolis inſtrumentis: in omnibus enim eſt huiuſcemodi priuatio.

Difficultas, quod communis uoluptas, quæ ut genus aſſumitur, neq; bonum eſt, neq; malum, neq; indifferens. Caput quintum:

SI communis uoluptas, quę ut genus aſſumitur, neq; bonum eſt, neq; malum: quia illa quidem ipſius bonum eſt, hæc uero malum: commune enim non eſt unum aliquod eorum, quę ſub cōmuni ſunt: neq; indifferens erit: ſiquidem ſunt quędam etiam uoluptates indifferentes, ueluti, & illę quidem bonę, hę uero flagitioſę. Hæc autem quis quęſiuerit & in actionibus, quarum fines ſunt quodam modo ipſę uoluptates: propterea pariter ac ipſæ diuiduntur: Si enim actionum, illę quidem bonæ ſunt, hæ uero flagitioſæ, aliæ autem indifferentes, communis actio & quæ, ut genus, aſſumitur, neq; bonum, neq; malum, neq; indifferens erit: atqui omne ens neceſſe uel bonum, uel malum, uel indifferens eſſe: aut omne ens ſubſiſtit, & per ſe eſſe poteſt. Si uero aliquod commune fuerit, ſub quo hęc omnia ſunt, id non item horum aliquod eſſe poteſt, eò q; omnia ſub ſe ipſo habeat. nec enim, quia omne, quod ſubſiſtit animal, aut rationale eſt, aut irrationale, ob hoc & ipſum cōmune, quod ueluti genus de ſubſiſtētibus prędicatur, in altero horum eſt. neq; igitur communis uoluptas, neq; cōmunis actio erunt uel bonæ, uel malę, uel indifferentes: omni uoluptatę, omniq; ſubſiſtente actione horum aliquod habente. Quoniam autem uoluptates pariter actiones in quibus fiunt, diuiduntur: & ſuccedentes, ſequentesq; bonas actiones bonę ſunt, flagitioſas uero flagitioſæ, ipſasq; indifferentes indifferentes: quęreret aliquis quo pacto oportet de dolore diceret: quoniam ipſe uoluptati cōtrarius. ſi enim & hunc diceret quis pariter ac actiones, in quibus fit, diuidi: primo quidem quonam modo diuiſio erit? utrum eos, qui in bonis actionibus fiunt malos dicemus, qui uero in flagitioſis, bonos, qui autem in indifferentibus indifferentes? Aut abſurdum dicere in bono eē eum, qui ob malas, quas operatur, actiones, dolet: in malo enim talis: quo enim pacto non in malo, qui in talibus eſt actionibus? Deinde uoluptas quidem rationabiliter pariter ac actiōes, quæ ipſam antecedunt, diuidi uidebatur: per affinitatem enim ad ipſas gignebatur: & ueluti ipſarum quidam finis erat: dolor uero alienationis eſt ſignum ab his, in quibus gignitur. An rationi per ſe conſentaneū eum, qui in bonis actionibus fit, malum eſſe quia à bonis eſt alienus: & propter hæc eum, qui in malis bonum, quia à malis eſt alienus: & quia talem dolorem bonum dicens, non ipſas actiones, in quibus fit, bonas eſſe ponit, ſed alienationem à talibus actionibus, caſibusue, atq; euentibus. An prorſus abſurdum eſt dolorem hoc pacto diuidere: videtur enim dolor ſuiipſius natura malum: contrarium uero malo bonum, aut malum: oportebit & uoluptatem, cum ſit dolori contraria, bonum, uel malum eſſe: inuentum eſt autem, neq; omnem bonum, neq; omnem malum eſſe: erat enim quędam & indifferens. Num igitur bona quidē ita erit dolori contraria, ut bonum malo, flagitioſa uero, ut malum malo? Sed ſi hoc pacto, quomodo opus eſt de indifferēte dicere? gignebatur enim in indifferēti bus actionibus, quæ non erit dolori contraria. erit enim ita malo non ſolum malum, & bonum cōtraria, ſed etiam indifferens: quod minime uidetur. An oportet voluptatum in uniuerſum diuiſionem facientem aſſumpſiſſe aliquas quidem ipſarum ſecundum naturam eſſe his, qui ipſis delectantur, aliquas uero pręter naturam: ſecūdum naturam quidem eas, quę in actionibus, quæ ſecundum naturam fiunt, gignuntur: præter naturam uero eas, quarum actiones ſunt eiuſmodi: unicuiq; enim animali ſunt quędam proprie, & naturales ipſorum actiones. hominis enim ſunt actiones quędam ſecundum naturam hominis factæ, & ęqui ſecundum naturam equi, canisq;, & aliorum animalium conſimiliter: quorum etiam uoluptates ſecundum naturā, & illis proprias dicere oportet: quę uero in quorundam actionibus non ſecundū propriam ipſorum naturam fiunt uoluptates, pręter naturam: quapropter & ęquiuocas illas. quarum illas quidem ſingulis ſecundum naturam, uoluptatesq; proprie eſſe dicendum: has uero pręter naturam illis, qui eis delectantur uoluptatibus: quemadmodum & ſalubria, illa quidem ſimpliciter, hęc uero hiſce: & uere quidem, proprięq; uoluptates ipſas his, qui eis delectantur, bonas eſſe dicendum: eas uero, quę pręter naturam fiunt, quibuſdam, cum non ſint ſimpliciter uoluptates, flagitioſas, malasq;. Si itaq; homo maxime, & ſecundum naturam ſe habēs maxime qui bonus, erūt & homini ſecundum naturam uoluptates maximæ eæ, quæ huic uidentur: & iucunda, quibus hic gaudet: quæcunq; uero huic moleſta, hæc pręter naturā, & non ſimpliciter iucunda: & ſi in ipſis aliqui delectētur. Differant autem & à uoluptatibus, quę unicuiq; ſunt ſecundum naturam, eò q; ipſarum, illæ quidem magis, hæ uero minus proprię ſint, ſic autem erit dolori, cum ſit malum, proprie, ſimpliciterq; uoluptas contraria: cum omnis bonum ſit, & ſi non eodem mo

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

do: quę uero pręter naturam, neq; uoluptates ſimpli/
citer, neq; bonę. erunt autem & in indifferẽtibus eiuſ/
modi: neq; enim indifferentia in his, quę ſecũdum na/
turam. uoluptati uero dolor contrarium, non autem
labor: ſiquidem labor anxietatem corpoream indicat,
& dolorem quendam, ſed non eum, qui ſimpliciter:
dolor uero, qui uniuerſalis, talem animalem diſpoſi/
tionẽ ſignificat, ſiue in anxietate corporea, ſiue in ani/
mali diſpoſitione fiat: quemadmodum & uoluptas
non corporea tantum, ſed & animalis. Communi igi/
tur uoluptati dolor communis cum ſit contrarium:
uoluptas uero in his, quæ pręter naturam ſunt, uolu
ptatem ſecundum naturam, cum ſit bonum, corrum/
pens, eodem modo ac proprius dolor, erit & ipſa con/
trarium, ut malum malo: tanquam enim exceſſus de/
fectui. ut ſit omnis quidem dolor malum: uoluptatũ
uero, illas quidem ſecundum naturam, & proprie uo/
luptates, ut bona, contrarias eſſe doloribus, has uero,
quę pręter naturam, ut malum malo.

Quod uoluptati dolor ẽ cõtrariũ, nõ aũt labor. Ca. vi.

QVòd uoluptati dolor eſt contrarium, non autẽ
labor. labor enim corporeã quandã anxietatẽ in/
dicat, dolor uero animalem contractionem. Si
igitur & omnis uoluptas eſſet in corporea diſſolutio
ne, eſſet utiq; labor eius contrarium. quoniam autem
uoluptas eſt diſſolutio quędam ipſius animę, non pro
pter corpus, neq; in corpore ſolo facta, non utiq; erit
huiuſcemodi uoluptatis labor contrarium, ſed dolor.
dolor enim & in anxietatibus corporis, & ipſius ani/
mę, in ſeipſa, quemadmodum & uoluptas: labor autẽ
in corpore ſolum. quocirca ſimpliciter quidem uolu
ptati erit dolor contrarium, alicui uero uoluptati ea,
quæ ueluti labor. Corporeę enim diſſolutioni, & cor/
poris robori, & uoluptati, quæ in his, erit utique cor
poris anxietas, dolorq; contraria. qui uero dicitur ani
mę labor, quemadmodum dicuntur quidam laboris
amatores, neq; ab initio contrarius eſt uoluptati, cum
uoluptate ſiquidem fit. ſi uero quis in laborando do/
lorem perciperet, dolor utiq;, non labor contrarium
uoluptatis eſſet. Cum autem ſit dolor uoluptati con/
trarius: omnis quidem dolor rationabiliter malum
dicetur: ſuapte enim natura eſt fugiendus: uoluptas
uero non omnis eſt bonum: ſed quæcunq; quidem
actiones, in quibus eſt uoluptas, exceſſum habent, ha/
bunt pariter exceſſum & quę in ipſis uoluptates: tales
uero corporeæ ſunt. Quocirca harum quidem com/
menſuratę expetẽdę, quales ſunt & quę circa corpori
neceſſaria: expetenda enim & neceſſaria: excedentes ue
rò fugiendæ, quales ſunt quę intemperatorum: eritq;
in ipſis & dolor, ueluti defectus quidã, malum, & ex/
cędens uoluptas ueluti exceſſus quidam: commenſu/
rata uero bonũ in mediocritate quodãmodo exiſtens
eorę quę antea dicta ſunt. Quarę autẽ uoluptatũ non
eſt exceſſus: tales uero ſunt, q̃cũq; in actionibus fiunt,
quarũcũq; expetẽdũ ex incremẽto, additioneq; creſcit
quales ſunt, q̃ ſecũdũ uirtutes fiũt: in his neq; actioni/
uoluptatibus erit exceſſus aliquis: quocirca huiuſce/
modi expetendæ, bonæq; propria natura omnes.

*Cur, ſi dolor oĩs ſuiipſius natura malũ, non etiã uolu/
ptas oĩs eſt ſuiipſius natura bonũ. Cap. ſeptimũ.*

CVr, ſi dolor omnis ſuiipſius natura malum, non
etiam uoluptas omnis ſuiipſius natura bonũ eſt?
uel enim oportebat uoluptatem omnem malum eſſe,
cum ſit dolori contraria, ueluti malum malo: uel
ſi non, ut fugiendum, neq; malum ipſa uoluptas, ſed
ut bonum, malo opponitur, omnem bonum eſſe. ſi
enim eſſet aliqua uoluptas malũ, eſſet utiq; inter do/
lores, cum ſint omnes mali. An uoluptas, cum ſit do/
lori contraria, illa quidem, ut malum malo, contraria
hæc uero, ut bonum malo: quoniam ratione indiget.
Aut neq; omnis dolor malum: quandoquidem, & in
his uirtus eſt medii coniecturatiua: familiaresq; ſunt
ſtudioſo & dolores aliqui, & labores. Erit aũt coĩor la
bor ipſo dolore: qdã. n. labor ẽ dolor. etenĩ quẽadmo/
dũ uoluptas actiones ſequẽs, & pars quodãmodo, uel
finis, ipſarum exiſtens, ab illis habet ipſum expetendũ
ipſumq; fugiendum: expetendæ enim, quę in expeten
dis actionibus, fugiendæ uero, quę in non eiuſmodi:
eodem pacto rationabile & dolores ſuſpicari in actio/
nibus quibuſdam factos, eosq; ab illis ipſum expeten/
dum, atq; fugiendum poſſidere, econtrario quàm uo/
luptates: eos enim, qui in honeſtis actionibus fiunt,
fugiendos eſſe: eos uero, qui in turpibus, expetendos.
Si uero ſunt dolores quidã expetendi, & labores, erũt
utiq; & uoluptates fugiendę, quę his doloribus con/
trarię: contrarię autem uoluptates doloribus, quę in
talibus actionibus fiunt: & propter hoc non omnis vo
luptas eſt bonum, quia neq; omnis dolor malum. Di/
cebatur autem aliquid & huiuſmodi, quòd neq; ſup/
ponentibus omnem dolorem eſſe malum ſequi id ne/
ceſſe erat, aut omnem uoluptatem eſſe bonum, aut
omnem malum: eo poſito, dolorem uoluptati eſſe con
trariũm. in quibus enim voluptatibus exceſſus quidã
ſunt, in his ſunt & expetendæ voluptates quędam, &
fugiendæ: mediæ enim expetẽdę: quę vero ſecundum
exceſſus praueę: habent autem hoc corporeæ uolupta/
tes. in quibus uero non ſunt exceſſus, eò q; & illę, cum
magis ac magis fiant, in expetibili permanentiam ha/
beant, illæ omnes expetendæ, quales ſunt, quę in con/
templatiuis actionibus. Sunt autẽ quędam etiam prę/
ternaturã voluptates, quales ſunt beſtiales, & morbifi
cę, de quibus in ſeptimo Ethicorum dictum eſt: quę
neq; proprie hominis, voluptates dici poſſunt, cum nõ
ſint ſecundum naturam, neq; expetendę. Cum autem
ſic ſe habeant voluptates, omnibus quidem ipſis con/
trarium erit dolor, ut malum, cum ponatur omnem
dolorem eſſe malum: voluptatum vero, quęcunq; qui
dem ſunt pręter naturam, hæ ut malum malo, dolori
erunt contrarię, ſi quis & has in volutatibus enumera
ret: quęcunq; vero exceſſum habẽt, in his, hæ quidem
ut bonum, contrarię erunt dolori, quę in mediocrita/
te, rectaq; ratione pręfinitę: quęcunq; uero per excel
ſum, in quibus & illę, quę intemperatorum, hę ſanè,
ut malum malo: quarum uero non eſt exceſſus, hæ
erunt omnes, ut bonum malo, dolori contrarię.

Quod uirtus neq; genus, neq; totum. Caput octauum.

QVòd uirtus neq; genus, neq; totum. Non genus
quidem: quoniam genus nõ ſimul aufertur vna
ſpecierũ ablata: uirtus autem ſimul cum una
aufertur. ſiue enim mutuo uirtutes ſe ſequantur, qua
cunq; ablata, aufertur etiam uirtus: eritq; & una ali/
qua ſpecierum cõſimiliter alias ſpecies ſimul auferẽs:
quod neq; verum eſſe videtur. ſi vero nõ ſe ſequantur,
prudẽtia ablata, auferetur utiq; uirtus: cum ipſarum
omnium

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

omnium esse in recta ratione consistat: recta uero ratio à prudentia. Totum etiam nõ erit ipsa uirtus: quoniam pars in his, quæ dissimilium sunt partium, totius rationem minime suscipit: differunt autem inter se uirtutes: uirtutisq; rationem suscipiunt. An in quibus illud quidem primum est, hoc uero secũdum, ut primo ablato auferatur & ipsum cõmune, & alia quæ post ipsum, hæc sunt eorum, quæ dicuntur multipliciter, eorum scilicet, quę ab uno, & ad unũ dicuntur: quare si & ipsa uirtus, una aliqua cum aufertur, auferretur, esset utiq; & ipsa eorum, quę ita dicuntur. An magis dicendum uirtutis rationem, quæ uidetur vni uoce de uirtutibus prędicari, cõmuniorem esse, & nõ totius uirtutis propriam, cuius ipsæ sunt partes. erit autem illius ratio, omnis rationalis animæ optimus habitus: quę ratio non unicuiq; uirtutum congruit. Videtur autem & Aristoteles totum quid dicere ipsam perfectam uirtutem, non autem genus. De dubitatione hac etiam in sequentibus aliquid dicetur.

Quod non omnes, qui peccãt, ignoratione quòd mala & damnosa sint, quæ faciunt, peccant. Cap. nonũ.

QVod non omnes, qui peccant, ignoratione quòd mala, & damnosa sint, quę faciunt, peccant, manifestũ est ex his, qui se peccare crediderũt. neq; seipsos cohibent propter ignauiam, atq; inertiam: inter quos sunt, & ægrotantes, damnosaq; sibi facientes, non ignorantes qualia sint. quoniam enim non ignorant, seipsos increpant: ab eis, qui non in similibus peccant, opem petunt, precantur deos, ut melius sapiant: inter quos sunt & amantes: qui si amare in ipsis est, atq; ab amoribus desinere, libentes agerét res amoris. Sed & ex peccare incipientibus perspicuum est. nullus enim ipsorum ignorans mala, q; mala sunt, ad ipsa initio pergit: omnes siquidem incipientes uerecundantur, & latere contendunt, & quasi non iterum similia facturi ad illa pergunt: credentes quidem se aliqua in re lęsos iri, cedentes uero uoluptati: non quia credant eligibiliorem ipsis eé, sed q; nolint paululum laborantes ipsi obsistere. Quòd autem hanc de malis habeant existimationem, ut ipsorum notionẽ habeát qualia sint, causam primam quidem ipsam naturam habent: non enim ignari sunt meliorum, qui nondũ prorsus peruersi sunt, & deprauati: sed communes naturalesq; seruant notiones. Quòd enim ad meliora propensa est uniuscuiusq; natura, perspicuum est ex hoc, q; & ii, qui in peccatis uersantur, iam etiam eos, qui non peccant, laudant, & q; peccãtes filios suos nõ ad eadem inducunt. Satis autem idonea est cõmunis uox, & existimatio hominum, malorũ absurditatem, qualisnam sit ut doceret. Sed & leges hoc proclamantes satis meliora docere possunt. Adhęc magistri, & pędagogi omnes communiter mala euitare admonétes, non ignaros pueros meliorum esse sinunt. Et q; quidem non malorum ignoratione peccant ex his, & huiusmodi manifestũ est. Quòd autem neq; ui uitiosa agant perspicuum ex hoc, q; ipsi ea agant, & ex suo impulsu instrumẽtales partes ad tales actiones moueát, & consulentes de ipsis, & ea eligentes. si enim eligẽtes coguntur, quinam erunt non coacti? Si uero in habitu iam, & consuetudine peccatorum existentes, neque seipsos pudet mala agere, leges quoq; despiciunt, non putantes mala esse mala, nihil hoc, ut ipsa sint inuita. q; enim talem habitum acquisiuerint, ut non putent mala, & sibi ipsi malorum sunt auctores: quandoquidem, cum in eorum facultatẽ sit hæc nõ agere, effecti sunt tales, cum non aduersarentur. Si uero ipsis quidem peccare incipientibus non uidebantur mala utilia, atq; expetenda: in ipsis autem cum processerint, & per ipsorum negligentiam habitum acquisiuerint, expetenda huiusmodi apparẽt, sibiipsis essent talis ab ipsis profectę apparentiæ auctores: existentes sibi ipsis talis habitus auctores, per quem huiusmodi de malis habent existimationes. Hæc autẽ testatur & illud, odio haberi, puiriq; eos, qui ita peccant, tanquã spõte, & sibi ipsis talium actionum existentes auctores illis, qui tale aliquid coacte egerint, ueniam consequentibus cur enim, si omnia inuita, quędam ipsorum ueniam consequuntur, quædã uero non? Si enim, quia ipsi qualia sunt discentes, poterant ab eis abstinere: siquidem hoc scientes negligebant illud, ipsi rursus auctores, libentesq; tales sunt. si uero illud ignorabant, quo pacto & ipsi nõ uenia digni? Satis autem idonea persuasio, q; neq; ui, neq; meliorum ignoratione peccantium aliqui peccant, propterea quòd neq; dolent, neq; pœnitet eos peccatorum: quæ enim inuite aguntur cum dolore sunt, & in pœnitentia. Quòd uero, si inuita sunt peccata, neq; in nobis erunt, perspicuum est ex hoc, quòd inuita quidem sunt ea, quæ ui: quæ uero ira, aut cupiditate committuntur peccata, ui peccantes facere aiunt: quapropter quę ira, aut cupiditate committuntur, peccata non in nobis. Si itaq; supplicia pro iis, quæ sunt in nobis, ira uel cupiditate peccãtes iure minime punientur: quæcunq; uero ex ignoratione committuntur peccata, hęc siquidem ipsi sibi ignorantiæ sint auctores, in ipsis erũt. Erunt autem ipsi sibi ignorãtię auctores, si cũ possint, ipsi ad meliora conuersi non acquirere talem habitum, quo bona sint ignoraturi, ipsi huiusmodi neglexerunt. atqui non poterant ipsi aliter ad meliora conuerti, nisi quãdoq; opiniones quasdam de bonis, quòd huiusmodi sint, habuissent. si enim mala ipsis semper bonorũ speciem mittebant, non poterant ipsi illa non eligere. atqui opinantes de bonis, ut bonis, tum ipsa non eligentes, uolentes peccant: neq; enim ui, neq; ignoratione meliorum electionem despexerunt: quare ut in ipsis est ipsum peccare, ita & uoluntarium. Si uero nõ sunt ipsi ignorantiæ auctores, neq; in ipsis erit per ignorantiam peccare. sic autem peccãtium nullus iure punietur, siquidem supplicia sunt pro iis, quę sunt in nobis: nullum uero peccatum in nobis, siquidem inuitum: omne uero inuitum, aut per ignorantiã, aut ui.

Quod homo uirtutum gratia, non autem econtra.

Caput decimum.

SI in his, quæ natura fiunt, est aliquid, cuius gratia fiunt ea, quæ fiunt: id autem, cuius gratia fiunt aliqua, finis est illorum: in his quæ natura fiunt, finis aliquis erit: atqui finis his, quæ eius gratia fiunt, melior est: quare & fines eorum, quæ natura fiunt, his quæ illorũ gratia, meliores. est autẽ & homo eorum, quę natura fiunt: quare est aliquis & huic finis, & hic eorum, in quibus hic melior. finis uero hominis est studiosum hominẽ factum iri: huius gratia homo: studiosum uerò factum iri est hominis habere uirtutes. uerum nõ potest homo uirtutes pos-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

sidere,nisi prius homo fiat:homo igitur uirtutū pos/sessionis gratia,sed non uirtutes hominis.quapropter & melior,qui uirtutes possedit,homo homine,qui sine his est.non enim fiunt uirtutes.non enim eas uelut prędium,uel mancipium,uel domum acquirimus: sed uniuscuiusq; uirtutum generatio est in ipsarum possessione.si uero ipsarum generatio est in possessione,& ipsis esse in hoc est:est autē finis nobis ipsarum possessio:erunt & uirtutes nostrum fines, nosq; hac gratia.quocirca & nobis meliores uirtutes,propterea q; & nostrū finis in uirtutū præsentia, & possessione.

Quod non multipliciter ipsum inuitum, quoniā et ui, et per ignorantiam. Caput undecimum.

QVemadmodum non dicitur animal multipliciter,quoniam illud quidem ipsius rationale,hoc uero irrationale:sed neq; uitiū multipliciter, quia illud quidem per excessum, hoc uero per defectum:pariter neq; inuitum multipliciter, quia illud quidem ui,hoc uero per ignorationem: partes enim, uel species inuiti hæ.Si uero non multipliciter ipsum inuitum, neq; propter hoc item calumniā pateretur locus uolens,si contrariorum alterum multipliciter, & alterum multipliciter:non multipliciter autem uoluntarium, inuito ipsi contrario multipliciter dicto. neq; enim uitium multipliciter, quoniam illud quidem est in excessu, hoc uero in defectu:genus enim quoddam ipsum uitium est in speciebus, excessu inquam,& defectu.& quemadmodum uitium quidem utrunq;,& quod in excessu, & quod in defectu:neq; enim possibile simul malum secundum ambo malum esse (non tamen & uirtus iam duplex, utraq; uitiorū propria quędam opposita:non enim sufficit uirtuti non esse in excessu,aut rursus non esse in defectu:sed opus est,si futura sit uirtus,in neutro esse ipsorū) sic & inuitum in utriusq; eorum,in quibus inuito est esse,oppositione simul esse habet.oportet enim uoluntarie aliquid agentem in seipso eorum, quę aguntur, principium habere,atq; etiā singula cognoscere:quorum,tum id quidem,quod ui, tum uero hoc, quod per ignorantiam destructiuum est. quocirca simul utriusq; inuiti partibus opponitur uoluntarium, cum illæ unà existere non possint.non enim possibile est vi aliquid agentem,aut patientem,& ignorantem singula peccare.nihil enim ad inuite agendum eos, qui ab aliquibus coguntur,confert singularium ignorantia, uel cognitio. Non interimitur autem locus, neq; ob hoc,quia amare quidem multipliciter dicatur, odio uero habere ipsi contrarium existens non etiam multipliciter dicatur.Si enim esset odio habere cuicunq; amare contrarium,nec diceretur multipliciter, interimeretur utiq; locus: si uero ipsum odio habere soli amare, quod est secundum affectionem contrarium est,non item & ipsi amare, quod est per osculum, locus non patitur calumniā.tunc enim calumniam pateretur.si cū cuicunq;,quod significatur ab eo, quod multipliciter dicitur,esset aliquid contrarium,non diceretur etiā ipsum multipliciter.albo enim multipliciter dicto nigrum contrarium multipliciter dicitur: quoniam omnibus,quę ab albo significantur,contrarium est:etenim albo,quod in colore,& quod in uoce,nigrum contrarium. q; si solū esset alteri ipsorum contrarium,neq; ipsum multipliciter diceretur.

Textus cuiusdam expositio ex tertio Ethicorum ad Nichomachum Aristotelis. Cap. duodecimū.

VIdetur itaq; uiolētum esse, cuius est principium foris,nihil conferente illo,cui uis est illata.Quòd illud,in quod nihil confert agens,aut patiens, dixit in antecedentibus pro eo, quod est,ille cui uis est illata,per id,quod nunc dictum est,ostendit,cum mutasset,neq; amplius dixisset,nihil cōferente agēte, aut patiente,sed pro his dixisset, illo cui uis est illata: aliquando enim agere dicimus, aliquando pati:etenim ille,cui uis est illata,egit,& ui passus est,dicimus.principium autem dicit esse foris in illis, quibus uis infertur,effectiuum:finalis enim causa, & cuius gratia foris existens est in omnibus, quæ aguntur: siquidem omne agens agendi gratia, quod agit, quod est extra ipsum.Prętereā,neq; erit in his,qui ui aliquid agunt, aut patiuntur,finalis causa.non enim ille,cui uis ab aliquo infertur,finem aliquem sibi propositum habet, cuius gratia ab inferente uim cogitur. uim enim alicui inferenti,& hoc agēti finis aliquis propositus est, & propter illum huic uim infert, ipsi uero nullus, uiolenta uero patientes sunt,extra quos est effectiuū principium,nihil in id,quod fit,conferente eo, qui patitur, & coagente: ut ostendit fieri in nauigantibus, cum a spiritu aliquo impulsi fuerint:& ab his,qui domini sunt,deuictosq; ducunt quacunq; eis uisum fuerit.non autem,si quis coactus ab aliquo mouere instrumentalium particularum aliquam motu aliquo conferente ad id,quod ui fit, iam hoc conferet ad id, quod ui fit.non enim si quis ab aliquo impulsus, crura mouēs,in aliquem incideret,aut aliquid deiiceret, iam diceretur ad id, quod fit,conferre: sed siquidem proprio impulsu,atq; proposito hoc aget,iam utique conferet.si uero per assuetam aliquam, naturalemq; crurium translationem moueretur,non item: quod dixit Aristoteles per id,Etenim principium mouendi instrumentales partes in huiuscemodi actionibus in ipso est.qui enim onera ex naui sui ipsius manibus in mare propter periculum proiicit,nō quia manus mouet,libens facit, sed quia pręeligens hoc agere, ita id agit.non item & qui propter uoluptatem agunt, uiq; quoniam ipsi,quæ agunt, propter uoluptatem agūt, sed non foris efficiens ipsum habent:iucundum enim tanquam finis,& intētio causa est,sed non ut efficiens.

Quod ppria sit voluptas actioni,in qua fit. Cap. xiii.

QVod propria est uoluptas actioni, in qua fit:& non est uoluptas oīs eiusdē speciei,numero solo alia ab alia differēs, uoluptatū uero effectiua differūt:sed uoluptates similiter etiā inter se differūt, ueluti & ipsarū effectiua, aptissime ostendit Aristoteles,oñdēdo proprias actiones,in qbus fiūt uoluptates, actiones,in qbus fiūt,adaugere.uoluptas.n.in exercendo geometriā actiōes geometricas adauget,& in exercendo citharā citharisticas,tanq̄ hñtes ad ipsas proprietatē,interseq; differētes.ac pariter ac actiones, in qbus fiūt.Si.n.eędē fuissent uoluptates, nō illa qdē illas,hęc uero has actiones adauxisset.Quibus.n.propositū est pecunias accumulare, quibus actionibus hoc eis adesse posse opinant̄,has agūt, & qbus magis,magis:tanq̄ quod vnū,idēq; aliqd à diuersis actionibus acquirat̄. quapropter ipsi pp diuersa pecunias acquirūt,& non magis propter,hęc q̄ propter illa,quę opes diuitiasq;

compar andi

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

cõparãdi uim habent. In uoluptatibus uero nõ ita. nõ enim, ut ab omnibus uoluptatis effectiuis, eadem adueniente uoluptate, per quę maxime fit, hęc quęrunt: sed ueluti aliis existentibus iis, quæ in diuersis actionibus fiunt, eas quę in his fiunt, expetunt, molestasq; habent, & ægreferunt actiones, uoluptatesq; ipsos ab hisce actionibus abducentes: tanquam uoluptates sibi propositas impedientes, quia actiones, in quibus fiunt, impediant: corrumpunt enim se mutuo, quemadmodum actiones, in quibus uoluptates, ita quoq; & uoluptates, quę in ipsis. Atqui si essent eiusdem speciei uoluptates omnes: actionesq; expeteremus gratia uoluptatum, essent q̃ maxime expetendę actiones, quę maxime uoluptatem efficiunt. si uero non ab ea, quæ fit, uoluptate ipsas efficientes actiones, sed econtrario ab actionibus uoluptates iudicamus, neq; propter uoluptates actiones expetendæ erunt, neq; eiusdem speciei inter se erunt. Præterea, si quod facimus, in quibus dolore afficimur actionibus (ab operando enim eas desistimus) hoc in ipsis facimus, quãdo quibusdã aliis delectamur actionibus, perspicuum proprias esse actionibus illas, quæ in his fiunt, uoluptates. Insuper, si temperatis quidem turpes actiones dolorem afferunt, uoluptatem uero temperatę, atq; honestę, intemperatis uero opposito modo, non erunt quæ à turpibus eiusdem speciei cum his, quę ab honestis. Non simile est hoc in pecuniis. non enim prudentibus, & temperatis lenocinia paupertatis causa, intemperatis uero opulentiæ: sed etiam temperatis eiusdem opulentiæ causa essent, si ipsa exercere perferrẽt. in uoluptatibus enim, non solum turpes actiones sunt fugiendæ: sed etiam prẽter hoc, q̃ nullam ipsis afferãt uoluptatem, ipsis etiam doloris sunt causæ.

Quo pacto defendetur esse aliquod mediũ uoluptatis et doloris. Caput decimumquartum.

QVo pacto, si uoluptas actio est habitus secundum naturam non impeditus, ut dixit in septimo Ethicorum ad Nichomachum, quæ uero impediuntur molestę, poterit à uoluptate doloris carentia separari? in quibus enim actionibus erit? neque enim in non impeditis, neq; in eis, quas agimus impediti. Eadẽ uero difficultas sequetur etiam ad dicta ab eo in ultimo de uoluptate, per ea quę dicit. Sensu uero omni erga sensibile operante, perfectę uero recte dispositio ad optimum eorum, quę illi subiiciũtur: talis enim maxime esse uidetur perfecta actio. ipsam uero dicere agere, aut id, in quo est, nihil differat. in unoquoq; uero optima est actio optime dispositi ad optimum eorũ, quæ sub ipsa: hęc enim perfectissima erit, & iucũdissima: in omni enim sensu est uoluptas: similiter autem & discursu, & contemplatione: iucundissima autem quæ perfectissima: perfectissima uero ea, quę bene se habentis erga studiosissimum eorum, quę sub ipsa. etenim ex his, & illis, quę ad hęc cõsequenter dicuntur, dubitatio ipsa consistit, & manet. Atqui uidetur ipsis media quædam esse constitutio uoluptatis, & doloris. An primo quidem si in actionibus uoluptates, & dolores ipsorũ sensuũ & discursus, & contemplationis, perspicuum q̃, cum per hæc non operabimur, in neutro horum erimus: Interdum autem neq; sensibus, neq; contemplatione operamur, ut in somnis, & absq; somnis qetibus. Prẽterea, si in optimis actionibus ipsum iucundissimum: optimę autem actiones habituum optime dispositorum, cum fiunt circa optima, quę sub eis sunt: perspicuum q̃ nisi ambo ita se haberent, non amplius iucundissimæ fierent operationes. cum enim pauca trãsgressio, & remissio eius, quod in utroq; optimũ est, fieret, adhuc iucundę manerent, etsi non iucũdissimę: si uero adhuc magis remitterentur, perspicuum q̃ sine uoluptate, atq; dolore actiones, quales sunt quę utilis gratia fiunt uisiones, & auditiones, & olfactiones, & tactus: sicut custodiendi aliquid, cognoscendiue gratia ꝑspicuè sunt q̃ neq; molestum habent, neq; iucundum: ut ipse dixit, declarans quales sunt mediæ actiones, per ea, quæ apposuit dicens. Quomodo igitur nemo cõtinue uoluptatem capit, aut defatigationem? cuncta enim humana nequeunt continue operari: nec igit uoluptas fit, sequitur enim actionem. Quædam uero delectãt, cum noua sint, posterius uero non similiter propter hoc ipsum. primo enim prouocatur discursus, intẽseq; agit circa illa, quemadmodum uisu inspicientes: postea uero non fit talis actio, sed neglecta: quocirca & uoluptas hebescit: in talibus enim remissionibus neglectisq; actionibus, & uoluptatis hebetudinibus quod molestia caret absq; uoluptate inuenire licet. Quòd autem quædam sentimus, neq; uoluptatem, neq; dolorem capientes dixit etiam in secũdo de Anima. De olfactu enim, & olfactibilibus in ipso sermonẽ habẽs, dixit, Praue enim odorat homo, & nullum sentit odorabilium absq; molesto, aut iucundo. si enim praue, quia sola iucũda, & molesta sentit, perspicuũ q̃ in aliis sensibus, quibus nõ praue sentimus, sentiemus utiq; & nec iucũda, nec molesta. Sed si & priuationes ꝓprioꝝ unicuiq; sensui sensibiliũ sentimus, ꝑspicuũ, q̃ horꝝ sensus neq; cũ uoluptate, neq; cum dolore fiet.

Quod imprudentia horum est ignorantia, quorũ prudentia est scientia. Caput decimumquintum.

SI prudentia scientia est agendorum, & non agendorum, erit & imprudentia ignorantia eorũdem, & imprudentes horum aliquod ignorantes, & circa hæc ementiti. si uero hoc, non omnes, qui in aliquo falsum dicunt, eò q̃ decipiantur imprudentes erunt. non enim omnis cognitio, deceptioue est circa agẽda, uel non agenda. neq; enim huius rei, q̃ mundus huiusce sit figurę, cognitio, aut deceptio de agendis est: neq; q̃ ipse sit genitus uel ingenitus: aut finitus uel infinitus: aut unus uel infiniti: neq; q̃ astrorum numerus uel par, uel impar sit: neq; q̃ sit ipsius mũdi illud quidem superius, hoc uero inferius: neq; penitus eorum aliquod, quę ad cognitionem, contemplationẽq; solam conferunt. sed si est circa hæc scientia, alterius uirtutis, nõ autẽ prudẽtię. similiter autem & deceptio circa eadẽ non imprudentia, sed uitiũ quoddã aliud.

Quo pacto, si dolor omnis malum, non etiam uoluptas omnis bonum. Caput decimumsextum.

SI dolor omnis malum, contrarium uero dolori uoluptas, quo pacto non etiam ipsa omnis bonum, aut omnis malum? siquidem malo contrarium necesse est uel bonum, uel malum esse. An siquidem unius speciei esset ipsa uoluptas, omnis esset uel bonum, uel malum. quod si non ita se habet, sed pariter ac actiones diuiditur, in quibus fit: quæ enim in bonis actionibus fiunt bonæ sunt, quę uero in flagitiosis malæ, sicuti & cupiditates: cupiditatum enim

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

quę quidem bonarum bonę, quæ uero turpium ma/
lę: nihil uetabit dolori malo existenti contrarias esse
uoluptates, illas quidem ut bonas, has uero ut malas:
illas quidé, quę cum ratione, & in bonis factas, ut bo/
nas: eas uero, quę præter rationem factas, & in turpi/
bus, ut malas: erat enim malo contrarium, aut bonũ,
aut malum: labor uero non omnis malus: qui enim
honesto gratia fit, expetendus est. An oportet pari/
ter & uoluptatem dicere bonum, & dolorem malum.
uoluptatem enim omnem dicere quis bonum pote/
rit: sed eam quidem & simpliciter, & natura propria,
quę studiosorum est: quę enim studiosis bona, & ma/
la sui natura huiuscemodi: hanc uero huic bonum,
qui hoc modo se habet, sed non simpliciter. bonum. ta
les sunt improborum uoluptates: illis enim bonæ, &
expetẽdæ, non simpliciter. & dolores quoq;, qui in ue
re malis fiunt, simpliciter erunt mali, qui uero in non
talibus, illis mali: non tamen etiam simpliciter. erit au
tem quãdoq; & bonus in hoc malo, ut in paupertate,
& ægritudine: ea enim, quorum studiosus dolorem
percipiet, mala.

Sub quo bonorũ sit uoluptas. Cap. decimũseptimũ.

QVoniam bonorum, aliqua quidem honorabilia,
quędam autẽ laudabilia, alia uero potentię, alia
utilia, quæsitum est sub quonam horum uo
luptatem esse oportet. An siquidem omnes bonum,
omnesq; eiusdem speciei uoluptates essent, de omni
quoq; quęrere oporteret, & sub quo bonorum essent
omnes. si uero non omnes bonum, sed actiones expe/
tendas sequuntur: non enim est uoluptas ipsa per se,
sed in aliqua actione fit, & fit per proprietatẽ ad actio/
nem: non enim est ab alia actione uoluptas eadem ei,
quæ ab alia: quandoquidem corrumpunt multoties
ab aliis actionibus uoluptates eas, quæ ab aliis: qui
enim uehementer delectatur uoluptate à tibię cantu,
& si aliquam actionem uoluptuose agens assequutus
fuerit, tibias audiens, actionem, quam præ manibus
habet, & uoluptatem, quæ in ipsa est, derelinquens, ti/
bia canenti mentem adhibet, tanquam & uoluptate à
tibiæ cantu delectetur, alia ab his, quę ante hunc age/
batur, existente. Si uero aliæ in alis, differentibusq;
actionibus factę, & actionibus, in quibus fiunt, sunt
proprię, perspicuum quod pariter ac ipsæ diuidẽtur:
ut expetendarum quidem expetendæ, fugiendarum
uero fugiendę sint. pariter autem ac illę diuisæ, perspi
cuum & quod sub illa bonorum specie erũt, sub qua
& actiones, quibus sunt propriæ. si enim fuerint actio
nes laudabilium, ex quibus sunt quæ secundum uir/
tutem, erunt & ipsę eiusmodi. si uero bonorum tan/
quam potentiarum fuerint, quales sunt quæ circa nu
trimentum, atq; uenerea, & ipsæ in eadem erunt bo/
norum regione.

Cur maxime importunos dixit eos, qui in uoluptate finẽ ponũt, in primo Ethicorũ ad Nichomacũ, Caput decimumoctauum.

VT maxime importunos dixit eos, qui in uolupta
te finem ponunt, in primo Ethicorum ad Nico/
machum? An quia felicitatem in corporeis frui/
tionibus ponunt, in quibus & mundana, & pecudes,
sunt importunissimi. propterea quia apud quos sola
uoluptas expetenda, & labor propter seipsum fugien/
dus, neq; honestum propter seipsum expetendũ, neq;
turpe propter seipsum fugiendum. Pręterea, si sola uo
luptas est expetenda, & omnia uoluptatis effectiua: er
go erunt & illa bona: & si quę laboris sunt effectiua
fugiẽda: sunt autẽ interdũ bona, & honesta laboris ef
fectiua: erunt bona, & honesta aliqua fugienda, qua/
les sunt & operationes secundum fortitudinem. Insu
per iuxta quos nihil sui natura honestum est, neque
turpe: uidentur autem quædam huiusmodi propter
hominum præsumptiones: ob quas, cum non sit tur/
pe sui natura, turpe, ut malum, uitabimus, uoluptati/
bus ipsis damnum maxime inferemus: cum qui tur/
pe uitent, ab eis abstineant, quod nullum irrationaliũ
facit: quare erit nobis ad malum rationales esse. Dice/
re uero, & neq; ipsi turpes uoluptates opinamur expe
tere: siquidem ita, & propter hoc dicerent: quia turpe
propter seipsum fugiẽdum est, recte quidem diceret:
non tamen etiam seruarent laborẽ solum fugiendum
propter se esse. Si uero non propter ipsum turpe, sed
quia in talibus multæ quædam à legumlatoribus
statuuntur: siquidem recte, essent iterum sui natura
turpia mala: si uero non recte, hoc est dicere multa
inesse hominibus, quia sint rationales: siquidem pro/
pter rationem, quę non sunt mala, mala opinãtes, pri/
uantur propter ipsa ab his, quæ tanquam uere bona
sunt. Dicere uero omne, quod expetimus, ut iucundũ
nos expetere, atq; hoc uti ad huius persuasionem, &
uoluptas maximum sit bonum, non uerũ: siquidem
unumquodq; eorum, quæ expetimus, uel ut hone/
stum, uel ut utile, uel ut iucundum expetimus. Dice/
re uero & utile iucundum esse falsum. sępius enim
quod aperte iucundum non est expetimus: & si con/
tingat etiam honesto, quatinus honestum est, & iu/
cundum esse: sed non quia iucundum ipsum expeti/
tur: quandoquidem à turpi sępius iucundo existẽte
auertimur, aufugimusq;. quod si hoc propter turpe
aufugimus, & propter honestum iucundum expete/
mus. Sed etiam dicere nihil esse sui natura honestum,
neq; turpe, sed secundum proprias præsumptiones
hæc dici, interrogareq; ratione aliqua honestum ipsis
ostendi, simile est ac interrogare rationem, & aliquod
sit album: nullum enim sui natura manifestũ, fide ex
rationibus indiget. manifestum autem omnibus non
orbatis hoc animę oculo, & hęc cognoscũtur, esse ali/
quod scilicet honestum, ac turpe. Quod autem natu/
ra nobis insit turpia, atq; honesta cognoscere, perspi/
cuum est in turpibus, non tantummodo his quę fiũt,
sed etiam his, quę dicũtur, erubescere, ueluti aliquid
patientes: & hoc uidere licet etiam in paruulis adhuc
pueris fieri: hi enim sępius erubescunt, ueluti in tur/
pibus quibusdam.

Quod non sint eiusdem speciei uoluptates ipsę. Caput decimumnonum.

QVę interse eiusdẽ sunt speciei non sunt sui inui/
cem corruptiua: neq; enim album ab albo, quati
nus album, corrumpitur, neq; nigrum à ni/
gro, neq; calidum à calido: uoluptas uero à uolupta/
te est corruptibilis: quãdoquidem uoluptates ab his,
in quæ uehementer incumbimus, corrumpũt eas ab
illis, in quæ minus incumbimus: in theatris siquidem
uoluptas, quæ ab audiendo aliquẽ recte comœdiam
agentem, corrumpit eam, quę à constituendo bellaria

prodit

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

prodit. Si uero iam quod contrarius uoluptati dolor facit, hoc ab aliquo alio uoluptas facit, non erit ipsa eiusdem speciei, ut numero solum differant. Præterea uoluptates proprię actionibus, in quibus fiunt, ipsaq; fines existentes, cum inter se specie actiones differant, erunt etiã uoluptates diuersę inter se specie. Insuper, si intemperati uoluptati non est posibile tẽperatum assentire, neq; ei, quæ temperati intemperatum, non erũt eiusdem speciei inter se uoluptates omnes: atqui primum, igitur secundum.

Quod non oportet ubiq; utile quærere. Cap. uigesimũ.

IN omni actione, & omni disciplina utile expetens, nihilq; uolens discere, facereue quod non est utile, hic interimit esse aliquid propter se bonum, atq; expetendum: quãdoquidem utile alicuius alterius gratia fit, cui sit utile: quod uero alicuius alterius gratia fit, ab illo, quod expetendum sit habens, habebit ab illo & ꝙ sit bonum: quodcunq; uero utile boni alicuius est effectiuũ: fitq; iccirco, quia illius est effectiuũ. Sed si quod per se bonum, expetendumq; magis est bonũ, quàm quod ab alio bonum habet, utile in omnibus expetens, interimit esse aliquid bonum proprie, atq; per se. Insuper, qui utile solum bonum esse dicit, & expetendum, interimit esse aliquid utile. si enim utile, ut boni effectiuum, est expetendum, & bonum esse habet ab eo, quod gratia ipsius fit: nihil autem tale est iuxta quos solum utile expetendum est, non erit utile, ablato eo, propter quod id, quod fit ab ipso utile, habet quod sit expetendum. si enim utile utile fuerit, qa utilis alicuius boni est effectiuum, erit omne, quod ab utili fit, utile, quod eò ꝙ utile sit, ad aliud rursus relationem habebit. ita uero in infinitum progredietur. semper enim utili, quia aliquid facit, utili existente: quolibet uero, quod ab utili fit, & ipso existente utili. hoc uero ita se habẽte, neq; utile amplius utile maneret, non existente ultimo aliquo, quod qa pp se expetendũ, atq; bonum esset, & his, quę ipsi cõferunt, & sunt pro ipso utilia, ꝙ sint huiuscemodi præberet. Sicut enim non est expetendum quod fit, neq; quod pro ipso fit utile erit expetendum. sic autem utilium nullum pro utili aliquo, quod expetendum sit haberet: eò ꝙ nullum eorum, quæ ab ipsis fiunt, ꝙ sit expetendum propter se habeat. Si itaq; absurdum est hoc interimere, esse scilicet aliquod bonum: interimitur enim iuxta dicentes oportere solum in utile incũbere, ut ostensum est: absurdum quoq; etiam dicere nihil esse utile: quod & ipsum interimunt qui in utile solum incumbendum esse dicunt: absurda utique hæc opinio fuerit. Ad hæc autem, si utilia quidem nobis auxilio sunt ad necessitates, & perturbationes, & casus in uita: finis uero non perturbari, sed nihil perturbatos actiones aliquas agere, quę proprie sint hominibus, & liberorum actiones: mancipiorum enim est, omnia cum fecerint ne perturbentur, in posterum in ocio, & ludo esse, secundum nullam actionem precio dignam agentes. Vt enim absurdum est Deorum actiones, aut rei ipsis utilis gratia fieri dicere, cum nullo huiuscemodi indigeant, sed extra omnem necessitatem, passionemq; sint, aut in ocio, & ludo finem ipsis ponere: absurdum pariter & hominibus finem esse dicere studiosarum actionum, totiusq; uitæ ocium, & ludum. Etenim si omnes à cæteris aliis animalibus distamus, quia scientiæ capaces, sensumq; ueritatis habeamus: perspicuum, ꝙ & finis nobis erit in actionibus, quæ secundum ea fiunt, quò homines sumus: homines autem maxime sumus, quo à cæteris aliis animalibus distamus: hęc autem sunt scientia, & ueritas, quæ neq; in ocio, & ludo, neq; in expetendis propter utile positæ sunt.

De uerecundia. Caput uigesimumprimum.

DIxit quidem & in Secundo Nicomachiorum ꝙ passio est, non autem habitus, neq; uirtus: dicit quoq; & in Quarto, & ostendit ꝙ est passio, per uerecundię definitionem, & per accidentia iis, qui uerecundantur. Sed ibi quidem laudabilem ipsam passionem dixit: hic uero iuuenibus ipsam expetendam esse ait: quia ætate facile ad peccata labili se habente, uerecundia ipsorum plurimis est impedimento: ętate uero progredientibus alienum in posterum ipsam esse dicit, eò ꝙ propter uerecundiam metus sit infamię: infamię uero metus sit uel in his, qui iã sceleśti euasere runt, uel qui sunt euasuri, uel qui apparẽt: inter quos non amplius sunt ætate progredientes, & uirtutes habentes actiui: facile enim ipsis est uitare & quæcunq; quidem turpia non sunt, uidentur autem & ipsa infamiæ esse causa. Aequum itaq; est de hoc distinguere: & eò maxime, quoniam scimus nos ipsos hanc ętatem natos multorum, sæpeq; puduisse. Si igitur diceretur oportere infamiam despicere, non esset nobis uerbis opus. quoniã autẽ non est hoc id quod dicit: sed constat quidem infamiam uitari oportere: siquidem gloria, & honor exteriorum bonorum maximum: dicitur quoq; non item infames esse, qui turpe aliquid neq; faciunt, neq; facturi sunt: diceremus aliquid ad ea, quę dicta sunt, in quibus scimus nos ipsos puduisse. non enim uidetur infamia in his, quæ non recte aguntur, tantummodo fieri, sed etiam in his, quorum suspicio haberi potest, & accusatio, quæ maxime apud ignorantes emergunt. quod si fit & in talibus infamia aliqua, non excludit ille, qui nihil turpe fecerit, quin possit infamiam pati: quam infamiam si timere opus est, quæ nõ minus ex accusationibus q̃ actionibus gignitur. infamiæ uero metus est uerecundia, non erit res à passione aliena, neq; in probis, & ętate adultis, nec etiam secundum ipsum Aristotelem dicentem: si quidem opus est uitare, timereq; infamiam: hoc autẽ est uerecundia. Insuper apud eos, qui honeste, casteq; uiuunt: quia apud ipsos turpia omnia accusationem subeant, maior in ipsis est infamię metus, magisq; ipsam uitant: & idcirco accidit hos pudere maxime, qui turpia uehementer odio habent. uerecundia enim nõ uidetur esse simpliciter infamiæ metus, sed multo prius à turpibus alienatio. propter quã, qui ita se habent, timent sui ipsorũ infamiam. ꝙ si huiusmodi est pudor, non amplius simpliciter passio fuerit, sed habitus quidam, ac dispositio, quam prædicta insequitur passio. Illorum igitur, qui ætate progrediuntur, eos quidem, qui turpia non uitant, neq; omnino cognoscet aliquis pudere: per assuetudinem enim eorum, quę ab ipsis aguntur, despiciunt sui ipsius infamiam: qui uero ab huiuscemodi liberi, puriq; sunt, tunc uerecundantur magis, quanto & seipsos persuadẽt turpiorem rem esse hanc ętatem natis in rebus turpibus infamiam, quàm iuuenibus.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

Quod uirtutes se sequantur. Cap. vigesim ũ secũdum.

QVòd se sequantur morales uirtutes ostendendum & ab electione. si enim uirtus prȩcipue electione iudicatur: recta uero electio ex prudentia sequitur: consulere enim prudentiæ, & moralis virtutis: siquidé oportet ab eo, qui recte consulit, rectam poni intentionem, ob quam de his, quæ ad eam conferunt, consulit: terminatur enim intentio à morali uirtute: quod enim appetimus, de eo consulimus: decentium uero rerum desiderium à morali uirtute, ut dixit Aristoteles: non est electio recta sine prudẽtia, neq; sine uirtute: illa enim finẽ, hȩc uero ea, quȩ ad finem, agere facit. Præterea, si necesse quidem quacunq; uirtutem moralem habentem prudentiam habere: siquidem uirtus moralis effectiua est eorum, quæ prudentia, rectaq; ratione sunt terminata: necesse quoque & prudentiam habentem moralem habere uirtutem: siquidem prudentiæ proprium est quærere, quonam modo decentem posibile sit assequi intentionẽ: quã terminare moralis est uirtutis: ipsa enim appetitiuæ facultatis uirtus est: hoc enim prudentia, & uersutia differunt: quòd prudentia quidem ea, quȩ ad rectam tentionem conducunt, inuenit, & inquirit, uersutia uero ea, quæ ad casualem.

Quo pacto, si uoluptas iuxta Aristotelem actus est habitus secundum naturam, non impeditus, non erit etiam felicitas iuxta ipsum uoluptas.

Caput uigesimumtertium.

SI est actio secundum naturam unicuiq; non impedita, uoluptas: hanc autem omnia appetunt: idcirco iam & finis ipsa uoluptas, atq; ita uiuere: à quo enim & quod absq; impedimento, illud est in causa ita uiuendi: si inquam uoluptas causa est agendi sine impedimento, in illa erit maxime præcipuum bonum: quod si non uoluptas, sed aliud aliquid, illud erat huiusce modi uitæ. quare si ita operandi in hominibus causa maxime est ipsa uirtus: conferre enim aliquid uidentur ad id, quod sine impedimento & eaquȩ à fortuna: illa in causa erit hominibus prȩcipue huiusce modi uitæ. quare & si esse felicem homini positum est in suis actionibus secundum naturam, per quá homo est, si absq; impedimẽto fiant, uirtus utiq; & maxime fiet felicitatis causa, & ꝓprias homini actiones agendi existens causa, & eius quòd sine impedimento. Insuper si uoluptas actus est, tanquam sequés actum hoc modo factũ, ut ostendit in ultimo Ethicorum, uoluptas quoq;, actum hoc modo factum sequens, signum magis erit adesse ipsum feliciter degere ita agentibus, non autem ipsa felicitas: actus enim uoluptas dicitur ab Aristotele: non ꝙ ipsa propria ratione sit actus, sed ꝙ in actione esse habeat, & non posit absq; ea fieri. quocirca sicut ꝙ actus sit non impeditus habet, sic habebit & ꝙ sit felicitas: actus autem est non impeditus, eò ꝙ talem sequatur actionem: & felicitas est, eò ꝙ felicitatem sequatur, & sit signum præsentiȩ ipsius. quantum uero ad agendum sine impedimento uirtutibus indigemus, per quas huiusce modi oportet agere actiones, tantum deficit & secundum uirtutem actio, eò ꝙ plus in seipsa habeat. Quòd igitur seruiles homines felicitatem in corporeis uoluptatibus, & fruitiua uita ponant, sufficienter ipse ostendit & per hoc, quia mancipia, & pecudes talem uitam approbant, insuper & per Sardanapalum. Quòd uero neq; in actionibus secundum animã actiones sint gratia uoluptatis, sed uoluptas actionũ, perspicuum. si enim & q̃ maxime iucundæ actiones secundũ uirtutem sunt, non autem uoluptatis gratia expetuntur, sed econtrario, actiones enim secundum uirtutem expetimus, & si doloris, & laborũ causȩ sint quandoq;, ut in actionibus secundum fortitudinem accidit: turpes uero uoluptates nunquam expetere rationabile est. quare, si actiones quidem secundum uirtutem expetendȩ, & si cum dolore fuerint, qui contrarius est uoluptati: uoluptates uero nunquã expetẽdȩ sunt cũ contrario uirtuti, atq; honesto: perspicuum, ꝙ uoluptates propter eas, quȩ in actionibus secundum uirtutem fiunt, expetimus, & propter actiones huiusce modi. Maxime u ero hoc diiudicari poterit, si naturam secuti, perpenderimus, & deprehẽderimus utrũ utrius gratia natura nobis statim genitis dedit, actionẽ propter uoluptatem, aut uoluptatem propter actiones. atqui notum est uoluptatẽ animalibus propter actiones à natura datam esse, si seruari debent. impossibile enim est ipsa non alita uiuere. quocirca in cibariis uoluptatẽ ab ipsa habemus, propter quam uoluptatem & non præsens cibum quærimus, & prȩsenti utimur, occupationem à melioribus factam interdum per hãc consolantes. omnino enim absurdum est dicere nosali, non ut propter ipsum seruemur, sed pro uoluptate, quæ est in ipso. Sed & uoluptatem, quæ uenereis rebus aduenit, si quis naturaliter inquirat, non alterius gratia inueniet dissẽminatam, nisi filios procreandi: ut à uoluptate incitata animalia ad coniunctionẽ non sint segnia: quæ animalibus ȩternitatis in specie causa est: per quam & ipsum mundum similem sibi ipsi manere cõtingit. si uero manifeste in his uoluptates animalibus actionum gratia fiunt, & in aliis naturalibus actionibus sic se habere rationabile est. Quòd autem in quibus una est honestum, atq; uoluptas, honestum non uoluptatis gratia expetendum, sed uoluptas honesti, perspicuũ, ut meminimus iam ex eo, ꝙ si uoluptatis gratia expetẽdum esset ipsum honestum, quasi illa quidem finis, & propter se expetenda esset, quasi uero uoluptatis effectiuum honestum ipsum expetendum obtinens, pariter atq; honestum turpe fieret expetendum: quoniam & hoc uoluptatis effectiuum: quibus enim expetẽdũ, ut effectiuis, his quod fit ab ipsis, electionis mensura. aut enim non opus est dicere quasdam fieri & in turpibus actionibus uoluptates, sed in solis honestis: aut si non hoc uerum, expetendum erit & turpe, similiter ac honestum: si aduenies ab ipsis uoluptas electionis ipsorum causa est. quod si hoc absurdum, conciliare nobis actionem omnem turpem, tanquam non minus honesta expetendã, & si magis ipsa, & pluribus uoluptates paret, neq; honestum erit propter uoluptatem expetendum, tanquam illius effectiuum. Si uero oportet quidem esse, & uel propter uoluptatem honestum expetendum, uel propter honestũ uoluptatẽ: non est autẽ honestũ propter uoluptatẽ: erit utiq; uoluptas expetendum ab honesto assumens. non enim idem possibile est dicere esse honestum, atq; uoluptatem, in quibus una existunt, simulq; mutuo sunt: si enim idem ipsis esset esse, & conuerti ipsa interse, necesse esset ut omne honestum,

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

neſtum, in eo quòd honeſtum eſſet, & iucundum eſſe haberet, & omne iucundum ſimul & iucundum eſſe, & honeſtum. Si vero falſum eſt dicere omnem voluptatem honeſtum eſſe, eò q̄ non minus uideantur voluptates in turpibus actionibus factę neq̄ in honeſtis actionibus voluptates factę eędem erũt actionibus, in quibus fiunt. dicere enim tum voluptates ſolas propter ſe eſſe expetendas: aliorum uero expetendum unumquodq̄, quatenus ad uoluptatem aliquid confert, eatenus & ipſum expetendum habere: tum uero honeſtum quidem expetendum eſſe dicere, tanquam voluptatis effectiuum, non item etiam & turpe dicere expetibile fieri propter voluptatem, quę ab ipſo fit nõ conceſſa dicentium eſt, ſed inſcite ea negantium, quibus aſſentiunt propter electiones ita ſe habere. nullus enim, niſi hoc modo ſubornatus, ita abſurdam tuetur opinionem. dicere enim voluptates in honeſtis actionibus factas, & ſynceras eé, & impmiſtas contrariis doloribus, & propter hoc & effectiuas ipſarum actiones ipſum expetendum habere: eas uero, quę in turpibus, paucũ habentes delectabile, multa habere, & pleraq;, quæ dolorem afferant: quocirca neq̄ actiones eſſe tales expetendas, cũ effectiuæ doloris magis, ſint quàm voluptatis, quo pacto, non diſtinguentium eſt voluptates pariter ac actiones, in quibus fiunt, & non eiuſdem ſpeciei ſeruantium? ſi enim quę quidem in honeſtis huiuſcemodi, quæ vero in turpibus huiuſcemodi erunt utiq̄ & honeſta, & turpia uoluptatum differentię cauſa. non enim à voluptatibus ineſt actionibus ipſum expetendum, ſed ab actionibus voluptatibus. & erunt alię quidẽ ſpecie, quę ab honeſtis, alię vero quę a turpibus: ſiquidem omnes quidem, quę ab honeſtis purę, & impermiſtę, nulliusq; pœnitentię, aut doloris cauſę, talibus actionibus ſpecificatę: omnes vero, quę à turpibus, miſtæ, & in pœnitentia. ita vero ſe habentibus ad actiones voluptatibus, prę manifeſtum, q̄ non à voluptatibus actionibus ipſum expetendum, ſed ab actionibus voluptatibus: illis enim expetendum, his uero fugiendum: ſiquidem fugiendę eę, quę plus moleſti, quàm iucundi obtinent: tales vero omnes, quę in turpibus actionibus.

Quo pacto uirtutes ſint propter ſe expetendę. Caput uigeſimum quartum.

ET quonam modo aliquis virtutes, actionesq; ſecũdum ipſas propter ſeipſas expetendas eſſe diceret, ſiquidem propter immoderatarum paſſionum remotionem à nobis ſunt expetendæ? Si enim Fortitudinem expetimus, vt moderari timores, ac audacias poſſimus: Temperantiam vero, vt per tactum dolores, & uoluptates: expetimus etiam & aliarum uirtutum unamquanq̄, aut in paſſionum quarundam moderationibus, aut in actionibus: Liberalitatem enim, & Magnificentiam, ut moderari posſimus actiones, quas in dandis, accipiendisq; pecuniis agimus: Magnanimitatem uero, ac Glorię cupiditatem in commenſurata, dignaq; honorum electione: Manſuetudinem etiam irarum commenſuratione: expetimus quoq̄ & iuſtitiam, quia communicationis, & ſocietatis, quæ natura nobis ineſt eſt conſeruatiua: natura enim cõmunicabiles, & ciuiles ſumus. quemadmodum enim non propter ſeipſam expetẽda eſt & Aedificatoria, quoniam expetenda ſunt quę ab ea fiunt: neq̄ Luctatoria propter ſeipſam eſt expetenda, eo q̄ recte luctandi ſit effectiua: neq̄ uirtutũ aliqua, pp ſe expetẽda erit, ſi expetendũ in ipſis eſt, ppter ea, quę propter ipſas fiũt, An ſi aliud quidem eſſet id, propter quod dicimus uirtutum unamquanq̄ eſſe expetendam, aliud uero ipſa uirtus, merito interimeretur eſſe ipſarum unamquanq̄ propter ſe expetendam. ſi uero eſt unaquæq̄ uirtutum, eò q̄ in hoc eſſe habeat, propter quod eſt expetẽda, dicet utiq̄ rationabiliter uirtutes eé pp ipſas expetẽdas. Sicut enim ſi eſſet Aedificatoria domus, propter quã eſt expetenda, eſſet utiq̄ propter ſe expetẽda: ſic & uirtum unaquęq̄, ſi eſt illi eadem, propter quod eſt expetenda, erit propter ſe expetenda. Et adhuc magis, & manifeſtius, ſi unumquodq̄, quod ſecundum ipſas expetendum in ſe ipſo habet, & non propter relationem ad aliquid aliud, ut domus, propter quam Aedificatoria habet ipſum expetibile, propter defenſionem enim hyemis, atq̄ æſtatis ab ipſa factam. Quòd autem uirtutes his eędem, propter quę expetẽdas ipſas dicimus, perſpicuum eſt ex hoc, eſſe quidem eas paſſionum, actionumq; mediocritates, Fortitudinem quidem terroris, & audaciæ, Temperantiam uero doloris, uoluptatiq; tactus, Liberalitatem autem dandi, ſumendiq; pecunias. eadem quoq̄, & in aliis ratio. Quare ſi in his eſſe ipſis eſt, propter quæ ſunt expetendæ, erunt utiq̄ propter ſeipſas expetendæ: & adhuc magis propter ſeipſas, quoniam non propter aliud aliquid à nobis expetendę ſunt mediocritates, quę circa timores, & audacias, ſed pp ſeipſam unaquęq̄, qđ. n. in ſeipſo, ſuiq; natura expetendum obtinet, hoc propter ſeipſum eſt expetendũ: tales uero ſunt mediocritates, quę circa, actiones nobis naturales. His autem ſic ſe habentibus, ſi ac hominibus quidẽ ſalus ciuilis ſocietatis, domeſticæq; gubernationis non propter ſeipſam, ſed propter aliud quid expetenda, neq̄ utiq̄ Iuſtitia, cum ſit horum mediocritas, in quibus eſt p̄dictoꝝ ſalus, erit pp ſeipſam expetẽda. ſecũdũ quos hoc eſt iuſtitia, ſi uero ſocietas, & ſalus huius pp ſeipſam ab hoĩbus é expetẽda, demõſtrabit utiq̄ & iuſtitia pp ſeipſam expetẽda, q̄tenus é mediocritas, & ęqualitas, in legibus ſcilicet, æquiq; cõtractibus, in quibus eſt ſalus ciuilis, primęq; ſocietatis. At uero q̄ propter ſe expetenda hominibus ſit ipſa ſocietas noſſe facile eſt & ab hoc, natura ipſis ineſſe ſocietatem. cuius rei manifeſtiſſimum indicium, hoc maximę ab aliis animalibus hominem differre, quòd ſolum ipſi utile eſt in mutua ſocietate: ipſius enim proprium ratio eſt: huius uero uſus, ad ſignificationem his, qui prope, propriarum cogitationum, atq̄ paſſionum. Perſpicuum autem hoc & ex eo, q̄ neq̄ paululum uiuere poteſt homo, cum ſolitudinem nactus fuerit. Quia uero in ſocietate eſt eſſe homini, ratioq; huius eſt cauſa: optima uero & perfectiſſima ſocietatũ, quę per rationem fiunt, ciuilis eſt: ab optimis autem ſecundum naturam unicuiq̄ iudicium: erit utiq̄ homo res rationalis: ita uero & ciuilis: & ſeruare etiam huiuſcemodi ſocietatem ſibi maxime ſecundum naturam erit, & propter ſe expetẽdum: tale uero iuſtitia eſt.

Diſcurſus, unde nam uirtutum inuentio, & conſtitutio. Caput uigeſimum quintum.

QVoniam felicitas hominibus intentio eſt: oportetq; omnia agere, ut hanc acquiramus, tanquã finem, noſtrorumq; bonorum maximum: tim-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

posſibile autem agere aliqua, tanquam ad aliquid ad/
miniculantia, aut omnino ea cognoſcere, quibus posſi
bile eſt intentionem aliquam aſſequi, ignorata inten/
tione: principium enim inuentionis eorum, quę inten
tioni adminiculantur, & earum, quę illius gratia fiũt,
actionum, eſt intentionis cognitio: propter quod &
moralis philoſophię principium eſt cognoſcere quid
nam eſt felicitas, cuius gratia nos omnia agere opor/
ret: quęſiuimus quid nam ſit felicitas: inuenientesq;
uniuſcuiuſq; entium bonum eſſe in propria actione,
ea, quatenus huic ipſi eſt eſſe quod eſt, ſi recte fiat: in
his enim, quę natura conſiſtunt, hoc modo ſe habet:
ſed & in his, quę arte: quandoquidem ars naturam
imitatur: equi enim bonum huiuſcemodi, ſiquidem
eſt proprium ei opus, quà equus eſt, currere: bonum
autem ipſi eſt bene currere: eadem quoq; ratio & in
cane: ſiue enim cuſtodire, ſiue uenari canis eſt opus: ſi
ue horum quidem hoc, illorum vero illud, & bonum
ipſis eſt in hæc bene agẽdo: ſed & ædificatori bonum,
& finis in bene ædificando quoniam & opus ipſius eſt
ædificare: & quoniam in unoquoq; finis actu, & ope/
re a ꝓpria uirtute adipiſcit, uniuſcuiuſq; finis erit in
agendo proprium finem ſecundum uirtutem. quòd
ſi hoc, erit & hominis bonum, & finis in agendo ſecun
dum uirtutẽ propriam actiones, qua homo eſt. atqui
actiones hominis propriæ ſunt, quę ſecundum ratio/
nalem animam fiunt: hominis enim eſſe eſt in uiuen/
do, & ſecundũ rationalẽ animã operando. quod ſi hoc
erit & ipſi finis in operãdo ſecundũ uirtutẽ rationalis
animę. quare erit & ipſa felicitas. quoniã ipſa eſt homi
nis bonum, & finis, actio ſecundum uirtutem rationa
lis animæ: hoc addito, in uita perfecta: nullum enim
perfectum in imperfecto: & etiam eius, quod in præci
puis, eò ꝙ inſtrumentis prę cipuę, conſultæq; actiones
indigeant. Cum autem hęc ſit intentio perſpicuum ex
ipſius inuentione, & cognitione neceſſarias eſſe ad fe/
licitatis acquiſitionem rationalis animę uirtutes. Quę
rentes autem quænam ſint, merito primum deuenie/
mus ad inſpiciendum quæ nam ſit rationalis anima,
quoniam huius uirtutem quęrimus. Duplex autem
rationalis potentia inuenta eſt: illa quidem per ſe irra
tionalis, rationalis uero, quia rationi parere posſit, &
à ratiõe corrigi: talis enim eſt in nobis anima appetiti/
ua: hęc uero rõnalis eſt, eo quod ipſa in ſeipſa rationẽ
habeat. Et eſt utriuſq; iſtarũ potẽtiarum propria quæ
dam actio, & uirtus, per quam ipſum bene in propria
actione fit. Appetitiuæ enim operationes, & ſecũdum
paſsiones motus: uirtutes uero, quas morales uoca/
mus ab eo, ꝙ per mores quoſdam innaſcũtur, Diſcur/
ſiuæ uero, actiones quidem cognitiones naturę gene/
rabilium, omninoq; eorum, quę aliter ſe habere con/
tingunt: uirtus uero, qua ueritas, quæ in his eſt, co/
gnoſcitur. Intellectualis autem, actio quidem æterna/
rum ſubſtantiarum cognitio: uirtus uero, per quam
horũ uera ſit cognitio. Ita uero diſtinctis uirtutibus,
quid eſt unaquæq;, & quod eius opus, & quod ad fe/
licitatem emolumentum ab operibus, actionibusq;
utriuſq; rationalis potentię inuenitur. Opus igitur ap
petitiuę quidem facultatis actiones circa uoluptates,
atq; dolores, illas quidem expetentis, & perſequentis,
ab his, uero auertẽtis. Et quoniã nata eſt in huiuſce/
modi omnibus, in quibus exceſſus eſt, & defectus, in/
commẽſuratio quidem corruptiua eſſe eius, quod in
unoquoq; bene: tale autem exceſſus eſt, atq; defectus:
cõmenſuratio uero conſeruatiua quidem eius, quod
bene, & effectiua, ut perſpicuum eſt in exercitationi/
bus, & cibariis. exercitationum enim exceſſus, atq; de
fectus boni habitus, qui uirtus eſt corporis, ſunt cor/
ruptiua: commẽſuratio uero ipſorum, & mediocritas,
& effectiua ipſius, & cõſeruatiua: qđ eſt id, qđ in ipſis
bñ. ſed & cibariorũ rurſus exceſſus quidẽ, & defectus
ſanitatis ſunt corruptiui: commenſurationes uero ef/
fectiuę, ac conſeruatiuæ. Ita uero & in paſsionibus ſe
habet, & circa ipſas actionibus, exceſſus enim ipſarum
& defectus ipſius bene, quod in ipſis eſt, ſunt corrupti
ui, commenſurationes uero effectiuæ, ac cõſeruatiuę.
& quoniam ipſum bene in omnibus eſt propria uir/
tus, & omne, quod ſecundum uirtutem fit, accidit
uirtutes circa hęc actionum, paſsionumq; comenſura
tione conſiſtere. Temperantia enim corrumpitur qdẽ
à uoluptatũ exceſſu, atq; defectu, haꝝ, circa quas nata
eſt uirtus qdẽ tẽperãtia fieri: uitiũ uero intẽperantia
ac ſtupiditas: ſeruatur uero, & conſtat ex horum ipſo/
rum mediocritate, & commenſuratione. Sed & forti/
tudo conſiſtit quidem ex mediocritate, commenſura/
tioneq; circa timores, & audacias: ab exceſſu uero, &
defectu horum ipſorum corrumpitur. Vt autem in
his, ita & in reliquis ſe habet. Quare ſi in his ipſum be
ne in mediocritate actionum, paſsionumq; conſiſtit:
ipſum uero bene in unoquoq; ſecundum propriam
uirtutem: erunt ſecundum hęc uirtutes in mediocri/
tate prędictorũ: non ſimpliciter, neq; temere medio in
his aſſumpto, ſed ut oſtenſum eſt ſecũdũ rectam ratio
nem, & ex prudentia terminato: eritq; ſecundum ap/
petitiuam animam felicitatis pars in recte factis actio
nibus à uirtutibus circa paſsiones, atq; operationes
poſita. Prętera quoq;, ſi hominis uirtus eſt, à qua bo/
nus homo fit: etenim in aliis omnibus unumquodq;
bonum eſt, & fit ſecundum ſui ipſius uirtutem: bo/
nus uero homo fit, & eſt, qui neq; in paſsionibus im/
moderatus, neq; in actionibus circa ipſas: erit & ex
hoc illud oſtenſum moralem uirtutem in prædicto/
rum conſiſtere mediocritate. actiones enim, quę circa
paſsiones, & actiones, cum per mores moderatę fue/
rint, ita, ut aſſueti in honeſtis quidem actionibus uo/
luptatem, in cõtrariis uero dolorem percipiant, quod
ſit in medii, quod in ipſis eſt, inuentione, atq; electio/
ne, uirtutis ſunt effectiuę: quocirca etiã dicimus mora
les uirtutes habitus in mediocritate eſſe paſsionum,
atq; actionum recta ratione metitos. Et huiuſcemodi
quidem eſt circa hęc moralium uirtutum conſtitu/
tio. Diſcurſiuę uero, & ita rationalis animę, quoniam
illa quidem eſt circa ęternorum, ſemperq; eodem mo
do ſe habentium cognitionem, hęc uero circa con/
tingentium etiam aliter ſe habere: quorum primum
quidem ſcientificum, ſecundum vero ratiocinatiuum
uocamus, & conſultatiuum: erit & ſecũdum utranq;
actionem prædictorum & ipſum bene, & ipſum ſecun
dum uirtutẽ. Eſt autem uirtus cognitionis ueritas,
uirtus uero ſecundum utrunq; rationalis animæ po/
tentiam ad ueritatis cognitionem erit eorum, quæ ab
ipſa conſiderantur: hæc quidem circa conſultabilia, cõ
tingentiaq; aliter ſe habere rectum appetitum ſequẽs:
inuentio enim, & cognitio eorũ, quę appetitibus opi/
tulantur, recta ratione eligenda: talem habitum, atque
uirtutem prudentiam uocamus: Pru dentia enim in/

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

uentrix est earum actionum, quę ad rectam intentio nem conducunt: quocirca & Prudentiam actiuam uirtutem dicimus: quoniam cognitio ipsa de actioni/ bus est ad rectitudinem conferentium. Quæ uero cir ca æternorum cognitionem operatur, ipsum quidem bene in uerorum, quæ in his sunt, inuentione, & co/ gnitione obtinet, cum speculatiua, non actiua sit: nul/ lum enim uerorum, quæ in his sunt, ad actionem ali/ quam relationē habet. quocirca finis ipsis est uerorū, quę in ęternis, sunt cognitio, & est in his ipsum qdē be ne, & bonum, & uerum: falsum uero quod est in ipsis malum: quam uirtutem Scientiam uocamus, cum sit habitus demonstratiuus, & quoniam demonstratio per quędam prima eius, quod demonstratur, & pro/ pria, & uera, & non in infinitum est in ipsis primum: sed est quoddam, & proprie in ipsis primum: eo modo primum: primi cognitio, atque inuentio, Mens uocatur. Sapientia uero, quę utraq; habet, & principiorum inuentionem, & per principia eorum, quę post principia inuentionem, ac monstrationem. quare erunt rursus discursiuę uirtutes, cū sint ipsius bene, quod est in prædictis actionibus, inuentrices, ac inquisitrices, principalissimum ad felicitatem opis habentes: eò quòd facultatum rationalis animę prin/ cipatum habentium actiones ipsum ab his bene, ha/ beant. erit igitur uirtus principium quidem assumēs opis ad felicitatem: esse uero habens in actionibus se/ cundum utranq; rationalem animę facultatem, ipsius bene, quod in ipsis est inuentrix, & demonstratiua existens.

Quod honestum non uoluptatis gratia expetendum, sed uoluptas honesti. Caput uigesimum sextum.

QVòd honestum non uoluptatis gratia expeten/ dum, sed uoluptas honesti, perspicuum est ex hoc: Si uoluptatis gratia expetendum esset ip sum honestum, quasi illa quidem finis, & propter se expetenda esset, quasi uero uoluptatis effectiuum ho nestum ipsum expetendum obtinens, pariter atq; ho/ nestum, turpe fieret expetendum: quoniam & hoc vo luptatis effectiuū: quibus enim expetendum, ut effe/ ctiuis, his quod fit ab ipsis, electionis mensura est. aut enim non opus est dicere quasdam fieri & in turpibus actionibus uoluptates, sed in solis honestis: aut si non hoc uerum, expetendum erit & turpe, similiter ac ho/ nestum: si adueniens ab ipsis uoluptas electionis ipso/ rum causa est. quod si hoc absurdum, conciliare nobis actionem omnem turpem, tanquam non minus hone sta expetendam, & si magis ipsa, & pluribus uolupta/ tes paret, neq; honestum erit propter uoluptatem ex/ petendum, tanquam illius effectiuum. Si uero opor/ tet quidem esse, & uel propter uoluptatem hone/ stum expetendum, uel propter honestum uolupta/ tem: non est autem honestum propter uoluptatem, erit utiq; uoluptas expetendum ab honesto assumēs: non enim idem posibile est dicere honestum, atq; uo luptatem, in quibus unà existūt, simulq; mutuo sunt: si enim idem ipsis esset esse, & conuerti ipsa inter se necesse esset ut omne honestum in eo, quod ho/ nestum esset, & iucundum esse haberet, & omne iucundum simul & iucundum esse, & honestum. Si uero falsum est dicere omnem uoluptatem hone/ stum esse, eo q; non minsu uideantur uoluptates in turpibus actionibus factæ, neq; in honestis actionibus uoluptates factæ eædem erunt actionibus, in quibus fiunt. dicere enim, tum uoluptates solas propter se esse expetendas, aliorum uero expetendum unum/ quodq;, quatinus ad uoluptatem aliquid confert, ea/ tenus & ipsum expetendum habere: tum uero hone/ stum quidem expetendum esse dicere, tanquam uolu ptatis effectiuum, non item etiam & turpe dicere expe tibile fieri propter uoluptatem, quę ab ipso fit, non cō cessa dicentium est, sed inscite ea negantium, quibus assentiūt propter electiones ita se habere. nullus enim, nisi hoc modo subornatus, ita absurdam tuetur opi/ nionē. dicere enim uoluptates, in honestis actionibus factas, & synceras esse, & imistas cōtrariis doloribus, & pp hoc & effectiuas ipsaq; actiones ipsum expetēdum habere: eas uero, que in turpibus, paucum habentes delectabile, multa habere, & pleraq;, quæ dolorem af/ ferant: quocirca, neq; actiones esse tales expetendas, cū effectiuę doloris magis sint, quàm uoluptatis, quo pa cto non distinguentiū est uoluptates, pariter ac actio/ nes, in quibus fiunt, & non eiusdem speciei seruantiū si enim quę quidem in honestis huiuscemodi, quę ue ro in turpibus huiuscemodi, erunt utiq; & honesta, & turpia uoluptatū differētię causa. nō enim à uoluptati bus inest actionibus ipsum expetendum, sed ab actio/ nibus uoluptatibus. & erunt alię quidem specie, quę ab honestis alię uero, quę à turpibus: siquidē omnes quidem, quæ ab honestis, purę, & impermist æ, nul/ liusq; pœnitentię, aut doloris causæ, talibus actioni/ bus specificatæ: omnes uero, quæ à turpibus mistę, & in pœnitentia. ita uero se habentibus ad actiones uolu ptatibus, premanifestum quod non à uoluptatibus actionibus ipsum expetendum, sed ab actionibus uo/ luptatibus. illis enim expetendū, his uero fugiēdum: siquidem fugiendę eæ, quę plus molesti, quàm iucun di obtinēt: tales uero omnes, quę in turpibus actio/ nibus.

Qua de causa morales uirtutes mediocritates. Caput uigesimum septimum.

QVa de causa morales uirtutes mediocritates? An quia omnis uirtus id ipsum, cuius est uirtus. be ne se habens efficit, & eius opus bene promit, oculi enim uirtus & oculū bonum facit, & eius opus: oculi enim uirtute bene uidemus. eadem autem ra/ tio & in aliis corporis particulis. sed & equi uirtus equum & probum facit, & ad cursum, gestandumq; sessorem, ac sustinēdos hostes idoneum. eadem quoq; ratio & in unoquoq; alioq; aīaliū. Sed & in artibus, ac sciētiis sic se habet. ipsius enim, Exercitatoriæ uirtute, & hominum corpus bonam acquirit habitudinem, & proprias actiones bene promit. eadem quoq; ratio & in Medicatiua: huius enim uirtute & corpora sana reddimus, & salubres actiones agimus. similis ratio & in Aedificatoria, & Figlina, & Fabrili, & in omnibus ar tibus. Cum autem uerum sit omnem uirtutem, cuiuscuis fuerit uirtus, id ipsum bene se habens efficere, & eius opus bene promere, perspicuum q; & hominis vir tus erit, à qua homo ipse & bene se habebit, & opus pri/ prium quàm optimum promet. quid igitur tale est deinceps inspiciendum: inuentum enim uirtus erit. Quoniam igitur uidemus in omni quanto & addi/ tionem, & ablationem suscipienti excedens, & defi/

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ciens in ipsis fugienda esse, æquale uero, & com/ mensuratum,& medium expetenda,& in ipso propriá uirtutem habentia:in bona enim corporum habitudi ne,& uirtute corporis excedentes, deficientesq; exer/ citationes,& bonam habitudinem fieri prohibent, & factam corrumpunt: commensuratę uero, & medię & conseruant,& faciunt,sed & cibaria excedentia,de/ ficientiaq; sanitatem corrumpunt conseruant uero existentem,& non existentem faciunt media, & com/ mensurata.sed & in Figlina inspicere licet,cum in ex cessus,defectusq; uitatione sit quod secundum uirtu tem ab ipsa fit.ut autem in his, sic & in aliis omnibus se habet.Est autę & moralis uirtus circa pasiones, & actiones,quod & additionem, & ablationem suscipit: perspicuũ igitur quòd erit secundum ipsa, & circa ip sa uirtus in horum mediocritate.Vt autem in aliis me dium ab artis ratione metiebatur,sic & in pasionibus, & actionibus metietur mediũ, & commensurutum à prudentia,rectaq; ratione: qua metita, actaq; in ipso bene,terminum habent.quocirca & dicimus uirtutis moralis rationem esse habitum electiuũ mediocritate ea.quæ ad nos circa pasiones,& actiones recta ratio/ ne definita,ipsius bene,atq; honesti,quòd in extremis existentem.Quòd autę sic se habet perspicuum unam quanq; moralium uirtutum præmanibus assumen/ tibus.Fortitudo enim excessus audaciæ, timorumq;, similiter quoq; & defectus uitans,ipsius,quod in his, bene existit:habituũ uero, qui circa horum excessus & defectus,ille quidem Audacia,hic uero,Timiditas, ipsorum uitium utraq; existens. Sed & Temperantia eiusdem circa corporeas,& quæ tactu fiunt uolupta/ tes.& dolores existit, excessus quidem, & defectus in ipsis uitans,medium uero quoddam in ipsis secundũ rectam rationem eligens:habituum uero, qui in ho/ rum excesibus,& defectibus,qui quidem secundum excessum excessum,Lasciuia,qui uero secundum defe ctum Stupiditas:Perinde uero,ac hi habitus,se habẽt & circa alias actiones, & quę in ipsis pasiones, & uir/ tutes,mediocritates existentes,& secundum excessus defectusq; uitia. Non dicentium autem uirtutes esse mediocritates, aut propter dictorum ignorantiam, aut propter æmulationem,ut & ad hoc uideantur ali/ quid dicere,aliqui quidem non dicentes posse uirtu/ tem mediocritatem esse,quia oporteat medium ab ex tremis metiri,& ab his æquæ distare:nõ esse uero neq; in pasionibus,neq; in actionibus,nec excessus nec de/ fectus terminatos:neq; enim confidendi incommensu ratio,quousq; pgat,terminata est,neq; timẽdi: ad hos utiq; dicetur,quòd in definitione ipsi mediocritati ad ditum minime intellexerunt:est autem illud, ad uos & si manifeste ipsum determinauerit Aristoteles, & ostenderit,quòd ad rem quidem mediam extremorũ termino indiget:siquidem ita medium æquę distat ab extremis:ad nos uero medium neq; unum est, & idẽ omnibus,nec in æquali extremorum distantia reperi/ tur:econtra enim talis medii ad cognitionem redacti inuentio & medii ad utraq; excedentias faciebat. Vt enim in artibus metitum secundum singulum dicto/ rum medium,& artis ratione commensuratum defle/ xiones,& transgresiones ad utraq; medii latera osten dit,sic quoq; se habet & in pasionibus, & actionibus definitum enim secundum ipsam commensuratum unicuiq; sub prudentia, & secundum ipsam ratione omnes ipsius trãsgresiones notas facit,nihil indigens accessu ad ipsorum terminos, sed ex seipsa eas impe/ diens,eò q; primis ipsorum deflexionibus resistat præ ter medium,& commensuratum factis. Sed etiam di/ cens non esse uirtutem duorum uitiorum mediam ex utraq; ipsius parte: neq; enim ad ipsam sequi cõtra rium uitium,eo q; medium quidem à neutro utriq; extremorum plurimum distet,cõtraria uero esse,quę in eodem genere plurimum inter se distant: neq; hic aliquid dictorum remouebit.Si enim esset uirtus ipsę medię pasiões,& ipsę medię actiones, diceret aliquid: nunc uero non hęc est uirtus,sed circa hęc: esse uero ipsi uirtuti est in eo,q; recta ratione metita sit, & com mensuratione esse habeat: excesibus uero,& defecti/ bus uitiis esse ab ea, quæ delinquit ratione,& incom/ mensuratione,quatinus illa quidé recta ratione quæ agit,agit,& est in commensuratione, hæc uero secun/ dum eam,quę delinquit rationem,& in incommensu/ ratione ipsis est contrarietas:quoniam secundum eas/ dem pasiones,& actiones, & quantum, quod in his est,defectus excesibus dicti sunt ipso esse contrarii.Et dicens etiam uirtutem non esse mediocritatem:neces/ sarium enim fore uirtutem habentem medium bene adire,non autem extremum:neq; hic dicta intelligens loquitur. dictum est enim, quòd est circa pasiones, & actiones, mediocritas prædicto modo in ipso be/ ne extremitas: extreme enim bene se habet quod fit in illis medio modo,& commensurate: nihil enim prohibet extremum aliquorum in mediocritate, ex/ tremum aliquorum esse. quocirca absq; ratione est & qui dicit, si uirtus extremitas est animæ rationalis, non posse ipsam esse mediocritatem, eò q; non possit idem simul esse extremum,& medium. si enim eiusdẽ aliquis crederet,dicerent utiq; aliquid:quoniam autẽ hoc non dicitur,accusarent,quę culpa carent.Sed neq; dicens si uirtus duorum uitiorum media constabit ex his, eò quòd contrariorum media ex contrariorum mistione constitutionem habent: ut in coloribus, & odoribus,& saporibus ipse in libro de sensu dixit,neq; hic aliquod positorum increpat.non enim si prædi/ cta huiusce modi,iam & omnia media contrariorum aliquorum ex illorum mistione esse habent. nullum enim secundum quantitatem aliquam medium ex cõ trariis habet constitutionem:sed prorsus contra in di stãtia ab extremis est esse ipsis mediis.in his enim,quę artibus fiunt,medium,& commensuratum non ex cõ positione excedentis,deficientisq;,sed in horum fuga. non enim ex mistione excedentium, deficientiumq; exercitationum bonus habitus,& si in medio sit ipso/ rũ.sed nec sanitas hoc modo fit,neq; Figlina excessus, & defectus componit:neq; etiam centrum circuli ex horum mistione est, à quibus plurimum elongatur: sed nec media bonorum, & malorum ex illis mista sunt:nec proficientem ex uitio, uirtuteq; constare di/ xerit aliquis. Neq; illud uerum dicere si mediocritas ipsa uirtus, oportebit à defectu ad excessum proceden tẽ primum uirtutem nanciscì. si enim essent mediæ pasiones, mediæq; actiones uirtutes, fortasis esset qđ dicit.si uero uirtus est,eo q; hæc recta ratione sint definita,nõ omnino qui in media aliqua pasione fuit cõstitutus,iam est in ipsa, ut recta ratione ipsam pa/ tiatur,aut mediam actionem pariter agat. Non aliter uero hoc in omnibus hoc modo accidit. non enim ex

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

turpitudine per exceſſum alicuius partiũ in id, quod per indigentiam, & defectum mutata prima fit pulchritudo. Abſurdum quoq; etiam dicere ſecundum quos mediocritates eligendæ, ſecundum hos fieri & uitii parte virtute. Audacię.n.ſi ſuperexcedés ablatum fuerit, quę derelinquitur ipſius pars fortitudo erit. ſed & Fortitudinis, ſi ablata fuerit pars aliqua, quatinus timiditatem ſuperat, fit quę derelinquit ipſius pars, timiditas. exacte enim de his & ipſe dixit, cum oſtendit omnem uitii partem uitium eſſe, & omnem uirtutis uirtute. uel hæc non erat ſoluta per textum hunc. Non omnis aute actio, neq; omnis paſſio ſuſcipit mediocritatem: quędam enim mox cum prauitate comprehenſa nomen aſſumunt, ut Maleuolentia, Impudẽtia, Inuidentia: & in actibus Adulterium, Furtum, Homicidium: omnia enim hæc, & huiuſmodi eſſe dicuntur, quia ſunt praua, ſed non exceſſus ipſorum, nec defectus. Non eſt igitur unquam circa ipſa recte agere, ſed ſemper delinquere. neque eſt bene, uel non bene circa huiuſcemodi, in committendo adulterium, ſi & quando, & ut oportet, ſed ſimpliciter quod uis iſtorum facere, delinquere eſt. Simile igitur eſt & putare circa iniuſte, timide, ac luxurioſe agere mediocritate eſſe, & exceſſum atq; defectũ: erit.n. hoc pacto ipſius exceſſus & defectus mediocritas, & exceſſus exceſſus, & defectus defectus. Quẽadmodũ uero tẽperãtię, & fortitudinis nõ ẽ exceſſus & defectus, qa mediũ eſt modo quodam extremum, ſic nec illoꝝ eſt mediocritas, nec exceſſus, nec defectus: ſed utcunq; agatur delinquitur. omnino enim neq; exceſſus neq; defectus mediocritas eſt, neq; mediocritatis exceſſus & defectus. per hęc enim non ſolum prædictam ſoluit difficultatem, ſed etiam omnia, quę contra opinionem dubitari poſſunt.

Vtrum, uel ut genus, vel vt totum virtutum virtus:

Caput uigeſimumoctauum.

QVoniam ad dicentes ut genus uirtutem de uirtutibus prędicari ſequebatur hoc abſudum, una interempta omnes interimi: prudentia enim interempta, nec aliam poſsibile eſt habere uirtutem: non ſic autem ſe habere genus ad ſpecies, ut unius ſpeciei interemptione, unà ipſum & alię ſpecies interimãtur. Ad eos uero, qui ut totum de partibus, ſequebatur totum quidem de partibus ſibi non ſimilaribus non prædicari uninoce: non enim de capite ſtatuæ ſtatua, & ratio ipſius: cum autem uirtutes interſe differunt, uirtus de omnibus vniuoce prędicatur. An ſi totum, quod ſimilium partium, de partibus uniuoce prædicatur: omnes vero uirtutes interſe ſimiles: ſiquidem quancũq; aſſumpſeris, ut perfectis ipſis, ſimiliter ex omnibus conſtituitur, prędicabitur tota, ut ea, quę ſimilium partium, uniuoce de unaquaq;: perfectam enim hñs uirtute pariter oẽs habet. pariter uero oẽs hñs qñq; quidem ſecũdum fortitudinem, quandoq; uero ſecundum temperantiam agere dicitur: quia circa quæ proprie eſt temperantia, circa hæc omnibus pariter agit. Vt enim in corporibus, ex diuerſis quibuſdam miſtis, miſtum ſimilarium partium tot gignitur: ſic etiam accidit in habitibus, & uirtutibus. differentes enim inter ſe uirtutes, eo q; illa quidem, ipſarum circa illa q̃dã, hęc vero circa hęc uerſet, ut in naturalibus ſe habere cõſpicimus, hæ.n. in pfectione, q̃ in una quaq; ipſarum miſtione ad alias gignitur, totum ſimlium partium efficiunt: ut fieri quidem appareat ſecundum unamquanque ipſarum actio, cum circa hę fiat, circa quę erat imperfectæ, naturaliq; fortitudinic ut ita dicã, eſſe: non tñ ſecũdum illã ſolã circa ipſa agit, de quibus propter talem miſtionem ſimilibus inter ſe exiſtentibus merito uirtus uniuoce prædicatur: has enim & proprie uirtutes dicimus.

Alterius textus expoſitio ex tertio Ethicorum ad Nicomachum Ariſtotelis, quo demõſtrat, quod & uitia ſimiliter ac uirtutes, in nobis.

Caput uigeſimum nonum.

SI uero quis diceret, quod omnes appetunt apparens bonum, ipſius uero apparentiæ non ſunt domini, ſed qualis quiſq; eſt, talis etiam finis ſibi appareret, Siquidem unuſquiſq; habitus ſibi ipſi quodammodo eſt in cauſa, & apparentiæ erit quodammodo ipſe author. ſi uero nullus ſibi in cauſa mala agendi, ſed per ignorationem finis hæc agit, per hæc exiſtimãs ſibi optimum euenturum: finis uero appetitio nõ ex ſe ſpontanea, ſed idoneum naſci oportet, tanquam uiſum habentem, quo recte iudicat: & quod uere bonũ eliget: & eſt ille bonæ indolis, cui bona hæc naturę affectio inſita eſt. maximum enim, & pulcherrimum, & quod ab aliis non eſt poſsibile accipere, neq; diſcere, ſed quale natura inſitum eſt, tale habebit: beneq;, & recte natura fuiſſe affectũ pfecta, ueraq; erit bona indoles. An oés qdẽ apparẽs ſibi bonũ appetere ueꝝ eſt, nõ eſt autem ueꝝ apparentiæ non eſſe nos quodammodo dominos: qualis enim unuſquiſq; eſt, talis etiam ſibi finis apparet: ipſius uero habitus, quo unuſquiſq; noſtrum talis eſt, nobisipſis cauſæ adiutrices ſumus: ſiquidem ex actionibus habitus, actiones uero in nobis ſunt. ſi enim inuitum & quod ui, & quod per ſingularium ignorantiam fit: oſtenſum eſt enim quòd ignorantes quę agunt, & delinquunt, tanquam ignorãtię ipſi auctores hæc neq; inuita, neq; omnino per ignorantiam fiunt. propter hanc porro cauſam neq; propter ebrietates delicta inuita, & ſi ab ignorantibus fiant. ſed quoniam ſibi ipſis ebrii ignorantię ab ebrietate ſunt auctores, non in inuitis delictis hęc ponit. Pittacus quippe Mitylenęus duplici pœna eos, qui propter ebrietatem delinquunt, afficiendos eſſe ſtatuit: quæ enim delictorum uoluntariam, & in nobis cauſam habent, erunt hæc ipſa & uoluntaria, & in nobis. ſicut autem propter ebrietatẽ ignoratarum rerum ebrii ſunt auctores, ſic & per honeſtorum, turpiumq; ignorantiam delictorum ignorantes ſunt auctores: ſiquidem in nobis eſt meliorum, peiorumq; cognitio, per negligentiam enim ignorantes, & ea quę à legibus ſtatuta, & quæ ab approbatis uiris geſta ſunt, ignorantię ſibi ipſis ſunt auctores: ſiquidem negligere in nobis. honeſtorum enim, & conducentium ignorantia in uerſum nõ ipſius inuiti, ſed nequitiæ cauſa: in quibus enim uituperia, atq; ſupplicia, hęc uoluntaria: in ignorantia uero talium liberantur, & poniuntur. neq; igitur rerum, quę ignorantur, hæc inuita: neq; eorum, quę ui fieri dicuntur in nobis principium: à uoluptate enim coactus atq; deuictus, in ſeipſo ad hæc moueri principium habens, propter uoluptatem facit, cum talis uiolentiæ cauſam foris non quęſiuiſſet, tanquam

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

quòd & per singularium actiones seipsum à uolupta te deuinci assueuisset: siquidem ui fiut, quorum prin cipiũ, & causa extrinsecus, nihil nobis ad ea, quę per ipsum fiunt, conferentibus: qui uero in seipso princi/ pium agendi habens, quę agit, consultareq; de ipsis fa/ cultatem habens, hic non habet eorum, quæ ita delin quuntur, causam. Cum itaq; sit inuitum, ut dictum est, id quod antea dictum est, uoluntarium est cuius principium in nobis, singularia, circa quæ actio fit, co gnoscentibus. neq; enim principium, & causam eorũ, quę aguntur, in seipso habens uiolentia hęc agit: neq; cognoscẽs singularia, circa q̃ & p̃ quę est actio, p̃ igno rantiá ipsa facit, q̃re si inuita, q̃ aut ui, aũt per ignorã/ tiam: eorum autem, quę aguntur & principium in no bis, & cognoscuntur singularia, hęc neq; ui neq; per ignorantiam, neq; inuita utiq; erunt: si uero non hoc uoluntaria: quocirca & quę per iram desideriumq; aguntur uoluntaria: in nobis enim principium est eo/ rum, quæ hoc aguntur modo. Pręterea, si quę ob hęc fiunt inuita sunt, nullum neq; irrationalium animaliũ neq; puerorum uoluntarie aliquid ageret: ob aliquid enim horum ea, quæ fiunt, ab ipsis omnia fiunt. Item etiam & honestorum multa ob hęc fiunt. Insuper etiá, si absurdum est inuita dicere, quæ secundum rationẽ, & rationabiliter fiunt: secundum rationem uero quę dam appetimus, & quibusdam irascimur: non erunt inuita quæ per hæc fiunt. Cum itaq; omnia, quæ ita fiunt, sint uoluntaria, hęc id, quod in nobis, habent, quęcunq; eligenda sunt, & secundum electionẽ fiunt: omneq;, quod secundum electionem fit: cum ratione atq; electione fit. quocirca etiam uidetur electio volun tarium esse pręconsultatum: circa consultabilia enim electio: consultabilia uero sunt, de quibus est consiliũ & cõsultatio. Consultat autem animal nullum pręter hominem. Consultamus autem neq; de ęternis, & sem per eodẽ modo se hñtibus: neq; de his, quę fiũt quidẽ, semp uero eodẽ modo, & secundum determinatum ordinem fiunt: inter quę sunt ortus, & occasus, & sol/ stitia: sed neq; de his quæ diuersimode se habent, ac fiunt, ueluti ariditates, & imbres: sed neq; de his, quæ à fortuna fiunt: sed neq; de omnibus, quæ fiunt ab ho minibus: nullus enim Athenis existentium consultat quo pacto Scythę optime rempublicã gerere possent. de his enim cõsultamus, quę à nobis fieri possunt: est enim consilium de agibilibus à nobis consultantibus. consultantes enim de his, quæ per eos agibilia, consul tant: sunt autem huiusmodi, quę interdum aliter face re possumus, eò quòd non habeamus determinata ea in quibus fiunt: talia uero sunt, de quibus opinionem habemus. Præterea, consultatio fit non de finibus, sed de his, quæ sunt ad fines: quorum enim fines consulta biles sunt, cum sint agibiles, horum consultabilia sunt quæ ad ipsa ducunt: consultamus enim per quę ip/ sa assequi poterimus. Cum autem talia sint consultabi lia, eligendum est quod ex consultabilibus anteponi/ tur, tanquam aliis magis conferens, & ad propositum finem ducens, quæ sunt eæ, quæ secundum antepositi/ ta ex consultabilibus fiunt eligendę actiones, quę cum appetitione eius, quod in iudicio antepositũ est, fiunt: non enim sufficiens est iudicium ad eorum, quę ante/ posita sunt, actionem, sed opus est & appetitione: quo/ circa & electio esse dicit cõsultatiua appetitio. Cũ autẽ ea, q̃ secũdũ electionẽ fiunt, uolũtaria sint, & in nobis: posito quoq; & hoc, habitus, qui circa agibilia, ex actio nibus, q̃ circa ipsa, fieri secũdũ electionẽ opantibus, erit per hæc positũ & illud, habitus circa agibilia & uolun tarios esse, & in nobis. Quemadmodum enim habitus secundum artes ex actionibus circa ipsas acquirimus, ita etiam & habitus circa uirtutes acquirimus. cum enim assuescimus honesta agere, in habitu ipsa agẽdi cõstituimur: ut etiá fabrilia, q̃ fabri euadere studẽt. Si cut aũt in artibus alius alio quidem ad acquirendum habitũ propositę artis natus est melior: non tamen eo rum, qui secundum naturam se habent, orbatus est aliquis ad assumptionem, ipsiusq; acquisitionem: ita se habet multo magis in uirtutibus, quanto & secun/ dum naturam hominibus magis inest uirtutum ac/ quisitio ea, quę artium. Quòd si uirtutum, perspicuũ quòd & uitiorum: siquidem propter oppositas cõsue tudines uirtutibus uitia constant: quibus autem op/ posita sunt in ipsis, in illis & ea, quibus illa opponun/ tur. Quare uera est consequentia dicens, si unus/ quisque habitus sibi ipsi quodammodo est auctor & apparentię erit quodammodo ipse auctor. Si autẽ uerum & unumquenq; habitus esse quodammodo sibi auctorem, uerum erit & apparentię, quę de bonis malisq; fit, unumquenq; sibi quodãmodo esse aucto/ rem. Hoc autem hoc modo se habente: malisq; talis habitus sibi ipsis quodammodo auctoribus existenti bus: sequitur & hoc in ipsis esse quodammodo, & bo na ipsis mala uideri. nõ. n. si ignorantes finẽ mali, mala agũt, iã & p̃ ignorãtiã. ipsa agũt ostẽsa est. n. horũ igno rãtia uolũtaria esse, quibus ignorãdi sibi ipsis sunt au ctores. putare enim parari, & quia turpia agũt, finẽ, in sua potestate est: siquidem in ipsis est cognoscere bo/ na, & ea agere, quibus hęc adipiscuntur. idoneũ enim nasci oportet quodammodo uirtutem, uitiumq; fusce pturum: quandoquidem non omne animal horum est susceptiuum, sed solus homo. non tamen si qua/ dã natura indiget q̃d habituũ est hęc animal, iá opus est etiam habere ipsum natura oculum hunc, quo iu/ dicabit ea, quę iudicantur recte, & quod uere bonum eliget, quod est uirtus. non enim eodem modo sen/ sus & uirtutes natura: sed sensus quidem ipsi na/ tura, uirtus uero ipsa non natura, sed ipsam qui/ dem suscipiendi facultas natura, ipsa uero non natu/ ra. quocirca uirtus magis natura, similiter ut ar/ tes, non ut sensus. ut enim artium esse quidem ipsarũ susceptiuis, nobis natura inest, nullus autem natura artifex nascitur, eodẽ pacto & in virtutibus se habet. quo circa & sensitiuum uisum, nisi natura quis habe/ ret, neq; utiq; ipsum aliquando possideret. in uisu ue/ ro secundum uirtutem non idoneum nasci oportet hunc uisum habentem, sed idoneum nasci oportet ip/ sum susscipere potentem: habereq; ipsum à seipsis ten/ tare assumere. & est bonę indolis, nõ qui iá virtutẽ ha bet, & oculũ hũc: sed q̃ facilius altero assumere ipsum potest, quomõ & in artibus se habere ostẽsum est.

Quo pacto, si ex contrariis contraria fiunt, nõ erit ex iustitia quidem iniustitia, ex iniustitia uero iustitia: & in aliis uirtutibus, uitiisq; eadẽ ratio.

Caput trigesimum.

QVo pacto, si ex cõtrariis cõtraria fiũt, nõ erit ex iu stitia q̃dẽ iniustitia ex iniustitia uero iustitia? An & hęc ita fiũt. q. n. fit iustus, aut ex iniustitia in

iustitiam

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

iuſtitiam mutatur,aut eſt contrarius iuſtitię habitus & qui ex ea, qui inter eas eſt,conſtitutione:& ea quæ ex mediis mutantur in alterum extremum,tanquam ex contrario,eo ſcilicet, quod inter ea eſt , mutantur. eò enim ꝙ id,quod inter utraq;,quodammodo extremis participet,& neutro perfecte , ueluti contrarium eſt eorum, inter quę eſt : & cum in alterum ipſorum mutatum fuerit,ueluti ex ipſius contrario mutatur: eò ꝙ ex his mutetur,quę cum inter ea eſſent,prohibebant ipſum iam eſſe in eo,quod mutatur.ſi uero omne,quod mutatur in aliquem habitum , ex priuatione illius habitus mutatur : contrarium uero eſt talis priuatio habitui, in quẽ fit mutatio : & iuſtitia itaq; & iniuſtitia ex cõtrariis fient, ex priuationibus enim: quod enim fit iuſtũ,& in priuatione ipſius iuſti erat, & iniuſtum pariter ipſius iniuſti.Si igitur materia,ex qua proprie eſt generatio(ipſa uero eſt ſubſtãtiarum) per ſe ſubſiſteret abſq; eo , ꝙ eſſet cum aliqua forma, quę ſimpliciter fiunt proprie ex materia fierent , & ex priuatione,materia quidem ut ſubiecto,& permanente,priuatione uero,ut habitui cõtraria, in quam ipſa mutatio . Quoniam autem impoſsibile eſt ſubſiſtere materiam ſine aliqua forma : nõ enim poſsibile materiam aliquam abſq; aliqua forma eſſe: ratione enim à formis eſt ſeparabilis, & contraria ſucceſsiue recipit: quoniam ſubſiſtit ipſa ſemper cum horum aliquo,in quę ſucceſsiue mutatur:cum in aliquam formam mutata fuerit,perſpicuũ quidem ꝙ in priuatione ipſius exiſtens,in ipſam mutatur . Quoniam uero in priuatione exiſtens huius, in quod mutatur, in alia quadã eſt forma,perſpicuum ꝙ huic,in quod mutatur,contrariam formã habet : quatinus & in ipſam mutatur. in quo enim impoſsibile eſt manere mutata , in quod mutatur,ſecũdũ hoc mutatur,& per mutat formam. tales uero ſunt contrarię formę , in quibus eſt,& eſſe poteſt ipſum ens in quarundã priuatione. & propter hoc pręcipue quidem ex priuatione, & tanquam priuatione contrarietate proprie eſt generatio. ſi uero & ex contrariis formis,in quibus exiſtens ante mutationem in contrarias ipſis,nõ poteſt non mutata ex ipſis in formam,in quam mutatur,mutari . Cũ igitur fuerint habitus bene mutabiles,& contrarietates inter ſe, & ex contrariis formis mutantur ea , quæ in aliquid mutantur,ueluti ex priuatione eius, in quod mutantur.cum uero fuerint contraria eiuſmodi, ut ſtabilia ſint,nec facile mutentur,generantur eiuſmodi ex priuatione,& intermediis,à quibus,ut à contrariis & ipſis,formis illis,in quas fit mutatio, mutantur ea , quę fiũt,ea quidẽ,quę ſecundũ alterationem, & augmentationem & diminutionem, & ſecundum locum mutationẽ fit generatio,generatio q̃dã exiſtens , ſed nõ ſimpliciter generatio,ex contrariis: quę uero ſecundum ſubſtantiam non amplius ex contrariis , ſed ex oppoſitione ſecundum contradictionem , quoniam nihil eſt ſubſtantię contrarium.

CAPITA LIBRI DE FATO.

Proœmium

Non *eſſe inquirendum an ſit* **Fatum,** *ſed quid ſit.* — *Caput primum.*

Quatuor *eſſe omniũ cauſarum genera,* **&** **Fatum** *agentibus cauſis eſſe annumerãdũ.* — *Caput ſecundum.*

Quot *ſint agentes cauſę,* **&** *ſub qua earum* **Fatum** *contineatur.* — *Caput tertium.*

Fatũ *non eſſe cauſam neceſſario cauſantẽ,ſed ut plurimum, quemadmodũ* **&** *naturã.* — *Caput quartum.*

Eos, *qui omnia fato fieri putant,auferre fortunam,* **&** *caſum.* — *Caput quintum.*

Contingens *ad utrũlibet auferri ab his,qui oĩa ex neceſsitate fieri arbitrantur.* — *Caput ſextum .*

Ab *his,qui omnia fieri dicunt ex anteiactis cauſis,tolli omnem conſultationem .* — *Caput ſeptimum.*

Ab *his,qui omnia ex neceſsitate fieri dicunt,introduci aliũ modũ eius,quod in nobis.* — *Caput octauum.*

Eos, *qui omnia fato fieri dicunt,nõ recte ſumere id,quod in nobis , nec in uero ſenſu.* — *Caput nonum.*

Falſam *eſſe opinionem illorum, qui motuum , & actionum noſtrarum cauſas externas introducunt.* — *Caput decimum.*

Eos, *qui omnia fato fieri dicunt,omnem humane uitæ actionem auferre.* — *Caput vndecimum.*

Opinionem *eorum,qui omnia fato fieri dicunt,in ſermonibus ſuis eſſe falſam.* — *Caput duodecimum.*

Ratio *ſumpta ex ordine cauſarũ in uniuerſo, qua utũtur aſſerentes omnia fato fieri.* — *Caput decimũtertiũ.*

Refellitur *prius dicta ratio,ceu falſas propoſitiones aſſumens.* — *Cap. decimũquartũ.*

Exponit *ratio ſumpta ex habitibus animi, qua auferebãt id quod in nobis , & ſoluit.* — *Cap. decimũquintum.*

Ex *deorum pręcognitione non inuehi futurorum neceſſarium euentum.* — *Cap. decimũſextum.*

Confutantur *dicto illorum,qui aſſerunt ſe ſeruare id,quod in nobis, in uero ſenſu,eo quod non ſit in omnibus,quæ per impulſum agunt.* — *Cap. decimũſeptimũ.*

Falſam *eſſe rationem illã,quæ nititur oſtendere,niſi omnia fato fiant,leges auferri.* — *Cap. decimũoctauũ.*

Improbatur *ratio illa,quę arguit,niſi omnia fato fiãt,auferri uirtutes,et uitia.* — *Cap. decimũnonum.*

Epilogus.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ALEXANDRI APHRODISIENSIS,

AD IMPERATORES DE FATO,

ET EO, QVOD IN NOBIS.

PROOEMIVM.

OPTABAM equidem, maximi Imperatores Seuere, & Antonine, cum ad uos ipse me recepissem, & uidere uos, & affari, & gratiam pro his, quibus sępe à uobis affectus sum, beneficiis, agnoscere: semper uoti compos factus eorum omnium, quę optaui: cum testimonio, q; dignus essem ea asse qui, talia petens. Verum cum permittatur & si non præsens quis numinibus sacrificare potest: & ipsis undequaq;, & ubiq; sacrificare, & donaria mittere, quę ipse afferre non potest: ausus sum apud uos, pro licentia apud numen, primitias aliquas nostrorum fructuũ, donarium uobis mittere, donariorum omnium uobis maxime proprium. Quod enim proprium magis syncere philosophiam colentibus, & prouehentibus donarium esse posit libro philosophicam speculationem profité te: libroq; Aristotelis continente sententiam, quam habet de Fato, & eo, quod in nobis: cuius philosophiæ præfectus sum, uestro testimonio doctor illius pronunciatus. Est autem nulli secundum eorum, quę in philosophia sunt decretorum, decretũ hoc. Non enim eodem pacto circa actiones se habent, & qui omnia ex necessitate, & fato fieri crediderunt, & quibus uidentur aliqua fieri, quæ etiam non, ut omnino essent, anteiactas causas habent. Inuentio quoq; ueritatis illius difficillima uidetur, quod opinionum utriq; multa ex his, quæ perspicua sunt, aduersari uideantur. Quoniam autem quorundam decretorum astructio per contradictionem aduersus eos, qui non similiter dicunt, fit apertior (quorum, in primis ea de re, quid esset maius, q̃ ex Aristotelis sententia dicere) sermonem faciam aduersus eos, qui non similiter, at q; ille de his crediderunt: ut in dictorum comparatione apertior nobis ueritas fiat. Est autem rationum nostrarum institutio non ad ostentationem propẽsa, sed ad inuestigationem, & disciplinam propositorum exactiorem: quam etiam uos in omnibus his, quæ facitis, uidere est ęmulari. nullam certe actionum uestrarum est inuenire, quę opinionem ueritatis intẽtioni p̃posuerit. Si autem per ocium, operã dantibus uobis libro, oportere uidebitur dictum fuisse aliquid clarius, peto hoc etiam honore à uobis affici, & scribere ad me de quęsitis. neq; enim facile est omnia uno libro clara facere, & ipsa, quæ proposita sunt, & illa, quibus quis utitur ad illorum declarationem.

Non esse inquirẽdũ an sit Fatũ, sed qd sit. Cap. primũ.

FAtum igitur esse aliquid, & causam esse q; ipso rerum quædam fiant, satis comprobat hominũ existimatio. nec enim uana, aut omnino à uero aberrans est communis hominum natura, secundũ quam de aliquibus inter se assentiunt: & inter hos, quicũq; præsertim non ob aliquas anteiactas ab eis opiniones, ut earum consequentiam seruare uelint, aliter dicere coacti sunt. Qua de causa & Anaxagoras Clazomenius: & si in cæteris ab illis, qui naturalẽ philosophiá philosophati sunt, haud quaquam fuerit recusatus: communi hominum credulitati de Fato reclamans, non extitit fide dignus. asserit enim ipse nihil fato fieri eorum, quæ fiunt, sed uanum esse nomẽ hoc: quidnã autem sit Fatum, & in quibus non item. nõ enim tantum non omnes inter se, sed neq; cõmunis hominum existimatio satis hoc ostendere potest. non enim omnes inter se, sed nec sibiipsi quis eadem de ipso semper sentit. nam ad occasiones, & occurrentes fortunas etiã opinionem de Fato transferunt. Quicũq; enim ipsoq; omnia fato fieri dicunt, fatum putant incommutabilem quandam causam esse, & ineuitabilẽ. Sunt & qui non omnia fato fieri autumant: sed & quasdam alias esse eorum, quę fiunt causas. nec fatum ipsum incommutabile quid, & firmum habere ponunt: sed eorum quoq;, quæ fato fieri nata sunt, aliqua non fato fieri, sed præter sortem, ut poetæ dicunt, & præter fatum. Sunt uero & quibus quandoq; omnia, quæ fiunt, fato uidentur fieri: & his ipsis maxime ea, quę à fortuna sunt, aduersantur: in propositis autem recte agentes seipsos recte factorum auctores esse existimant: tanq; hæc non occurrissent, quæ occurrerunt, nisi hæc potius pro illis egissent: ueluti & non agendi ipsa facultatem habentes. Ob quã discordiam necessaria est philosophantibus de Fato inquisitio, non an sit: sed quidnam sit: & in quibus eorum, quę fiunt, & sunt, est eiusmodi natura. Quòd igitur omnes, qui de fato aliquid dicũt, causam quandam fatum esse dicãt his, quæ fiunt, perspicuum: hoc enim asignant, & causam esse dicunt, q; fiant ea, quæ fiunt eo, quo fiunt modo.

Quatuor esse omnium causarum genera, & Fatũ agentibus causis annumerandum esse. Cap. secundum.

VErum, cum causę multifariam dicantur, necesse est, ordine problema ipsum aggredientes, primũ accipere sub quo causarum modo Fatum ipsum reponere opus sit. nullum enim eorum, quæ multifariam dicuntur, absq; propria diuisione prolatum, notum. Diuiduntur quippe eorum, quæ fiunt, causę in quatuor causarum modos: ut Aristoteles demonstrauit. nam causarum alię quidẽ Agentes sunt: aliæ uero Materię rationem subeunt: est autem quędam in ipsis & secundum Formam causa: præter has autem tres causas est causa in ipsis & Finis, cuius gratia & quod fit, fit. Et tot porro causarum differentiæ sunt. quodcunq; enim alicuius causa fuerit sub aliqua harum causarum esse reperietur: etenim, si nec omnia, quæ fiunt dictum numerum non excedunt. Verum euidẽtior fiet ipsarum differentia si in aliquo eorum, quę

fiunt,

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

fiunt,exẽplo inſpecta fuerit.Demonſtrẽ à nobis in ſtatua cauſarꝫ diuiſio.Ipſius quippe ſtatuę, ut cauſa qdẽ effectiua,artifex eſt,qui fecit, quẽ ſtatuarium appellamus.Vt materia uero ſubiectũ æs,aut lapis, ſeu quodcunqꝫ,quod ab artifice ex arte figuretur: nam & hoc huius,quod eſt factũ fuiſſe, & eſſe ſtatuam cauſa eſt. Eſt quoqꝫ & forma ab artifice in hoc ſubiecto facta & ipſa ſtatuæ cauſa:ideo eſt forma aut diſco ſimilis, aut iacularis,aut in aliqua alia figura terminata. Sed non hæ ſolum generationis ſtatuę cauſæ ſunt: nulli enim cauſarum generationis eius ſecunda finis,cuius cauſa facta ẽ,aut alicuius honor,aut ĩ aliquos aliq̃ religio:nã abſqꝫ hac cauſa neqꝫ à principio ſtatuarius feciſſet. Cũ igit̃ tot ſint cauſę:differentiáqꝫ inter ſe notã habeãt:Fatũ inter agẽtes cauſas merito numeremus, cõditoris ſtatuę artificis proportionẽ ſeruãs ad ea,quę ipſo fiũt.

Quot ſint agẽtes cãę,et ſub q̃ earũ Fatũ cõtineat.Ca.iii

HOc autem cum ita ſe habeat, cõſequens fuerit de agentibus cauſis ſermonem facere:ſic enim manifeſtum fuerit,an ómnium,quę fiunt, Fatum cauſam dicere opus eſt:aut & alię prẽter ipſum cauſæ ſint concedendæ: tanquam quę quorundam ſint effectrices cauſæ.Omniũ porro,quę fiũt, diuiſionẽ Ariſtoteles faciens,horum aliqua gratia alicuius fieri dicit: cũ intentionẽ aliquam eorum,quæ fiunt, & finem habet præſtitutum qui ea efficit:alia uero nullius:eiuſmodi enim ſunt,quæcunqꝫ non ex intentione aliqua ab agẽte fiunt,nec ad finem aliquem terminatum referunt: cuiuſmodi ſunt fructuum quorundam attrectationes & circunuolutiones, & capillorum contactus, & extenſiones,& quęcunqꝫ his ſimilia: quæ quòd fiant & ipſa nulli dubium eſt,non tamen eam, quę ſecundũ finem,cuius gratia cauſam habent.Quę ergo ſic inconſiderate,& ſimpliciter fiunt,nullam habent rationabilem diuiſionẽ.At eorum, quę ad aliquid relationem habent, & alicuius gratia fiunt,alia quidem à natura, alia uero à ratione fiunt. Nam quę naturam habent generationis cauſam numeris quibuſdam, & ordine terminato in finẽ procedũt: ad quẽ cum peruenerint ab ipſo generari quieſcũt: niſi quid in ipſis ſteterit,qđ naturale hoc ipſorum iter in prẽſtitutũ impediat.Sed etiam quę ratione fiunt finem aliquem habent: nihil enim eorũ,quę ratione fiunt, temere fit:ſed ad aliquã intentionẽ hęc omnia referuntur.ratione uero fiunt, quęcunqꝫ ab agentibus ipſa fiunt,quæ de hiſce ratiocinãtur,atqꝫ componunt quonã pacto fieri poſſint, Sic fiant omnia,quę ab arte,& electione fiunt:quę ab his, quę natura fiunt, eo diſtant, ꝙ quę natura fiunt generationis huiuſmodi in ſe principium,& cauſam habent:tale enim eſt natura:& fiunt quidẽ ordine quodã:non tamen ꝙ natura ipſorum operatrix,pariter ac artes,circa ea ratiocinatiõe utatur.quæ uero arte fiũt, & electione extrapoſitum habent motus principium, & agentem cauſam,non autem in ſeipſis:& pro ipſorũ generatione agens de ipſis ratiocinatur. Sunt in his, quę alicuius gratia fiunt,& quę à fortuna,& caſu fieri credita ſunt:hac differentia ab his, quę principaliter alicuius gratia fiunt,qua,in illis quidẽ oẽ, quod ante finem fit,finis gratia fit,in his uero ea, quę ante finem fiunt,alius gratia fiunt: ſed occurrit eis alius gratia factis,ut finis, id quod caſu,fortunaue fieri dicitur.His autem ita ſe habentibus:& omnibus,quę fiunt,hos in modos diſtributis,accedit ad hęc,ut uideamus in qua efficientium cauſarum Fatum reponere opus ſit.nunquid in his,quę nullius gratia fiunt? An hoc omnino ſine aliqua ratione? nam ſemper in aliquo fine fati nomine utimur,ipſum fato factum fuiſſe dicentes:idcirco in his,quę alicuius gratia fiunt,fatum reponere neceſſe eſt.Et quoniam eorum,quę alicuius gratia fiũt, alia qdẽ ratione,alia uero natura fiũt: eſt ne in utriſqꝫ ipſorꝫ fatũ neceſſe reponere,ut oĩa,q̃ fiũt,fato fieri dicere,aut in altero? ſed q̃ ratione fiunt,hoc ipſo ſecũdum rationẽ fieri uidentur,ꝙ qui agit, ea quoqꝫ non agendi facultatem habet, quæ enim ab artificibus ex arte fiunt,nõ uidenť ab ipſis neceſſario fieri: ſic enim agũt ipſi ſingula,ut ęque etiam poſſint illa non agere.Præterea quo pacto nõ eſt abſurdum domum,lecticamue fato dicere fuiſſe factas,aut lyrã fato concinne compactam fuiſſe? Atqui & quibus electio dominatur (hęc uero ſunt, q̃cunqꝫ uirtute,ac uitio fiũt) & hęc ipſa in nobis eſſe uidenť.Si uero in nobis hæc,q̃ & agendi & nõ agẽdi domini eſſe uidemur: horum uero fatum eſſe cauſam dici minime poteſt: nec aliquas anteiactas cauſas externas,aut principia,ꝙ omnino uel fiant, uel non fiant aliqua ex his: nullũ enim ipſorũ noſtrę eſſet optionis amplius,ſi hoc modo fierent:relinquitur igitur fatum in his eſſe dicere,quę natura fiunt: ut idem fatum & natura ſint: nã quod fatale ſecũdũ naturã, & quod ſecũdũ naturãfatale.hominẽ enim ex homine,& equum ex equo generari nõ ſecũdũ naturam quidem eſt,ſecundũ uero fatum minime: ſed concurrunt hæ cauſę inuicem, tanquam ſolo nomine differentiam habentes.idcírco,& primę ſecundñ naturã generationis ſingulorũ cauſę Diuina ipſa, & horum ordinatiſſima circunlatio. & fati quoqꝫ cauſas eaſdem dicunt: omnis.n. generationis principiũ eſt Diuinorũ ad hęc ipſa,quę hic,certa quędam ſecundũ motum habitudo.

Fatum non eſſe cauſam neceſſario cauſantem, ſed ut plurimum,quemadmodũ & naturam.Cap.quartũ.

CVm ergo in his,& huiuſcemodi fatum ſit,neceſſe eſt,ut ſe habeant quę ſecundũ naturam fiunt, ita etiam ſe habere quę ſecundũ fatum: atqui ea,quę natura fiunt,non neceſſario fiunt: ſed eorum, quę ſic fiunt,generatio impediri poteſt:idcirco interdum quidem ut plurimum fiunt quę natura fiunt,non tamen neceſſario: locum enim & in his habet quod prẽter naturã eſt,& fit,cum ab aliqua extrinſecus cauſa impedita fuerit natura ad ſui opus:unde nõ neceſſario homo ex homine,ſed ut plurimũ:quare & ſecundum legem natura ortis addictam ſingula ſic generatorum ſemper fiunt.Cum itaqꝫ ſit in his,quę natura fiunt, & quod prẽter naturam,ueluti & in his,quę ab arte, locum quoqꝫ habebit & in his quę fato fiunt,quod prẽter fatum eſt. quare ſi locum habet quod eſt prẽter naturam,& non eſt uanum nomẽ,habebit in his,quę fiunt, locum & quod prẽter fatum. Idcirco & quis rationabiliter poſſet dicere propriam naturam principium uniuſcuiuſqꝫ, & cauſam eſſe ordinis ſecundum naturam eorꝫ,quę in ipſo fiunt:ab hac enim magna ex parte uitę hominũ ordinẽ,exitũqꝫ ſuũ accipiũt. uidemus qppe ꝙ & corpus,eò ꝙ huiuſmodi aut huiuſmodi natura ſit conſtitutũ in ægritudines,& interitus conſequenter ad naturalem conſtitutionem incurrere:non ex neceſsitate tamen:abundẽ enim ordinem hũc amouere poſſunt adhibita diligẽtia, & aeris permutationes,& medicorum præcepta, & Deorum ſuffragia.Eodem autem modo & in anima ipſa reperi

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

re quis poterit,præter naturalem constitutionem,di/ uersas in singulis electiones fieri, actiones, & uitas: mos enim est hominum Dęmon,hoc est natura secun dum Heraclitum.nam ut plurimum ad naturales cō stitutiones,& dispositiones consequenter & actiones, & uitas,& ipsorum exitus licet uidere.nam ei,qui pe/ ricula diligit,& natura Audaci uiolenta aliqua, & ut plurimum mors:hoc enim est naturę fatum.at ei,qui Intéperatus natura est, in hisce uoluptatibus degere. Incontinentium quoq; uita,nisi quid melius in ipsa fa ctum ab ea,quę secundum naturam,emouerit, dolo/ res sustinebunt,& mala patientur:& in talibus exitus rursus uitæ secundum fatum sunt.Auaris pręterea na tura,& insatiabilibus circa pecuniarum acquisitioné etiam quę fati consona fiunt:nam in iniustitiis magna ex parte talium uita:& uitæ etiam exitus secundum hæc agentibus consentaneus his.idcirco & tales incre pare consueuerunt, cum & in uitę cōsequutionibus, & fatatis circunstantiis fuerint:utpote, qui præsentiū sibi ipsis malorum ipsi facti sint auctores. Et hanc, si quis præsto esse uolens hís,qui præsagia pronuciant, q; ipsi non omnia assequantur,afferret causam, nō oía naturam, & fatum cuiusq; feliciter agere, sed aliqua etiam pręter ipsum fieri:ipsos uero uates eorum,quę fato fiunt, nuncios esse, ueluti & Physiognomonas. Sanè cum diceret Zopyrus physiognomon absurda quędam de Socrate philosopho,& plurimum ab eius instituto in uita semota:& super his à Socratis audito ribus derideretur:dixit Socrates non esse mentitum Zopyrum:eram enim naturę ratione huiusce modi, nisi ex philosophiæ studio meliorem fuissem naturā adeptus. Et hęc est,ut per capita dicamus,Peripatetico rum de Fato opinio.

Eos,qui Fato omnia fieri putant,auferre fortunam,& casum. *Caput quintum.*

VErum dictorum manifestior erit probatio,si præ cedentibus positorum demōstrationibus nos ad diderimus sequentia incommoda his, qui omnia fato fieri dicunt: sic enim sermonem permiscentes ex opinionum collatione notiorem ueritatem faciemus: præterea nec eorundem sæpius meminisse cogemur. Merito enim qs dubitauerit, quo pacto philosophari quidam dicantur,& ueritatem,quæ in entibus est, at tingere:& hac aliis hominibus pręstare philosophan/ tes putant, & ob id & alios ad hoc hortantes dederūt se opinioni,quę omnia ex necessitate,& fato fieri dicit: ad quam solos inter uulgares eos confugere uidemus qui nihil sibi commodum cognoscentes, in ipsum fa/ tum,causam occurétium sibi malorum, transferunt: opinioni,quæ nec euidentibus consonat,nec probabi/ les aliquas habet demonstrationes, immo & aliquid in nobis esse tollit: quod si credatur, quæ nam alia maior extra rationé iactura fieret? Quòd enim pręter euidentia manifestum est ex eo,quòd ab omnibus se/ re uulgaribus,& philosophis creditum est fieri quędā & casu,& à fortuna,esse etiam aliqua eorum, quę fiūt contingenter:& habere locum aliquem in entibus,& non potius hoc quam illud:horum uero nullum ser uari ab his, qui ex necessitate omnia fieri dicunt: si/ quidem ea seruare est, quibus significationibus hæc esse nomina imposita creditum est,hæc minime amo/ uere: alias enim quasdam significationes. nominibus subiicientem,quia maneant, putare & prędicta mane/ re,non est eorum, qui seruant posita. Non enim ser/ uat quis aliqua à fortuna fieri,si naturam auferens eo rum,quę ita fiunt,nomen his,quę ex necessitate fiunt fortunę imponat.Sed qui ea ostendere potuerit serua ri, de quibus fortunę nomen prędicari creditum est, dicitur quippe ab omnibus hominibus,qui commu/ nibus, & naturalibus notionibus innituntur,hęc à fortuna,& casu fieri,quę causis aliorum quorundam productiuis antegredientibus post accedunt.cū enim alicui,quod alterius gratia fit,nō id occurrerit, cuius gratia fiebat, sed aliud,quod nec à principio speraba/ tur,hoc à fortuna factum fuisse dicitur:per se quidem factum absq; causa, per accidens uero, cum habuerit causam,quę ad alterius cuiusdam generationem facta est.Et quòd tale quid dicant omnes à fortuna fieri ex hoc euidens est,quod hanc ipsam significationem su/ biiciunt his,quę à fortuna fieri dicunt,thesaurum si/ quidem dicūt à fortuna aliquem inuenisse, si alterius cuiusdam, non autem thesauri inueniendi gratia fo/ diens inciderit in thesaurum: huius enim gratia fo/ diens non à fortuna:id enim occurrit ei, cuius gratia fodit.at si cui de thesauri inuētiōe nulla cura erat,sed agente alicuius alius gratia, inuentio thesauri occur/ rit,ut illius finis,tunc à fortuna thesaurum inuenisse omnes dicunt.Sed & argentum fortuna aliquem rece pisse dicunt,cum alicuius alius gratia accedens ad fo/ rum,in habentem argentū debitorem incidens quod sibi debebatur accepit.nam,cum progressus in forum principalem alium haberet finem,acceptio eius,quod sibi debebatur, occurrit, ut finis, per accidens ipsi fa/ ctum est,illud quidē effectrix causa, hoc uero huius finis.non enim à fortuna amplius dicitur quis debitū accepisse,si huius gratia ad forū accessit: quia propo/ situm sibi finem habuit progressus in forum. Equus quoq; quibusdam casu seruatus fuisse dicitur, quan/ do alimenti,aut alius alicuius spe aufugerit à detinen tibus ipsum: eius uero fugę, & cursui occurrit,ut in dominos incideret.Et quid opus est uobis plura exē/ pla exponere? aut exactius de prędictis loqui? sufficit enim ad proposita ostendere de quibus significationi bus dicta nomina prędicentur. Cum ergo huiusmodi sint quę à fortuna,& casu fiunt, ut non fiant per ante/ gredientem causam:eorum enim, quę raro,his, quæ ante ipsa facta sunt,occurrunt casus, & fortuna: quo pacto prędictorum aliquod seruabitur secundū quos omnia antegressis quibusdam, & præcipuis causis ex necessitate & sunt q̄ sunt,& fiunt q̄ fiūt? singulo eorū, quę fiunt, anteiactam aliquam causam habente: qua existente, aut facta necesse est ipsa aut esse aut fa/ cta fuisse: cum nihil prius dictorum seruantes al/ teri cuidam fortunæ nomen posuerint. Nam eo quòd illud nō auferatur ab eo, qui omnia fieri ponit ex necessitate,neq; fortunam auferri dicere, decipien/ tium est seipsos,pariter & audientes. hoc enim pacto nihil prohibebit idem esse dicere fortunam,& fatum: tantumq; abesse ab eo,quod est fortunam auferri, ut & omnia,quæ fiunt,à fortuna fieri dicant. sed non ad seruandum fortunæ nomen causam habuerunt: sed in auferendo sic fieri quædam, de quibus fortuitum & casuale fieri dicitur.Quid enim aliud faciūt Fortu/ nam,& Casum definientes causam incognitam huma no ratiocinio,quàm q; fortunę significationem quan/ dam propriam inducunt, & imponunt.uti siquidem ad huius probationem illo,quo dicimus quosdā casu

ægrotare,

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ægrotare,cum incerta,& incognita nobis ipſis fuerit ægritudinis cauſa,falſum eſt.nõ enim ceu exiſtéte ali/qua cauſa,ſed ſibi ícognita ita dicũt:ſed de his caſuale p̃dicát,q̃ ſine cauſa facta fuiſſe ipſi crediderũt.nõ enim oportet,cuius cauſam quęrũt,ut illa exiſtente, caſu il/lud factũ eſſe dicere:immo nec quod ſibi quis caſu p̨/ſuadeat factũ eſſe huius cauſam quærere. idcirco non item medici de his ita dicũt:etiam ſi ipſorum effectri/ces cauſas ignorent.non enim de his,quę diximus,ceu de oĩbus,q̃ à fortuna fieri dicunt, ſed de aliis quibuſ/dam magis propria eſt talis fortunæ ratio, de quibus pręd̃icat:de quibus nullus,ueluti his,q̃ à fortuna fiũt unquã dixit.nam inuentionis theſauri,& eius, quod eſt debitũ accepiſſe,nõ ſunt immanifeſtæ humano ra/tiocinio cauſę,ſed manifeſtę,& certę:inuentionis enim foſſio ipſa,acceptionis uero debiti acceſſus in forũ: ná nec ille non fodiens inueniſſet, nec hic nõ accedẽs in forũ debitũ accepiſſet.ſed quia nõ pręcipue ſunt horũ prius dictæ cauſæ,ſed alius cuiuſdam gratia fiebant, idcirco à fortuna fieri arbitrata fuerunt. At occultæ potius,incertæq; humano ratiocinio illorũ cauſę fuę/rint,quę per quaſdam repugnantias fieri credita ſunt ignorata cauſa,propter quã fiũt:qualia Amuleta quæ/dam putant,q̃ rationabilẽ nullam,& probabilem cau ſam babent hæc faciendi.Cantilenę etiam quędã, & In cantationes huiuſmodi ſunt: hoꝝ enim ab omnibus conceditur eſſe incerta cauſa, ob idq; cauſa carentia ipſa dicũt.ſed nullus hęc à fortuna fieri dicit: quia cre ditũ eſt p̨ determinatã cãm facere quę faciũt:ut q̃ à for tuna fiunt,nõ quia occulta ſit cauſa,ſic fieri dicantur, ſed quia careant cauſatione pręcipuæ, & proprię cau/ſæ.Et eiuſmodi quidem ſunt quę de fortuna ab ipſis dicuntur,& ita poſitis concordantia.

Contingens ad utrumlibet auferri ab his, qui omnia ex neceſſitate fieri arbitrantur. Cap. ſextum.

AT q̨ & contingens ipſum, & ad utrumlibet fieri quędam ab his, qui omnia ex neceſſitate fieri di cunt,auferatur,per ſe conſtat. Siquidem illa pro prie cõtingenter fieri dicuntur,in quibus etiam con/tingere nõ facta iri locũ habet:ſicut & id quod utrũ/libet dicitur,notũ facit: quæ uero ex neceſſitate fiunt non contingit non fieri.dico autem illud neceſſarium nõ de eo,quod ui fit: neq; in id quis dirigat nomen: ſed de his,q̃ natura fiunt ab aliquibus,quorũ oppoſi/ta impoſſibile eſt facta iri.Verũ quo pacto non abſur/da illa ſunt,& præter euidentia,& uſq; ad hęc neceſſi tatẽ dicere peruenifſe,ut nullus motu aliquo moueri poſſit,nec aliquã ſui partiũ mouere motu, quo & nõ mouere poſſe tũc poſſibile ſit:ſed quãuis ceruicis cir/cunuolutionem,& extenſioné alicuius digiti,& attol lere ſupercilia,aut aliquid eiuſmodi, quaſdam ante/gredientes cauſas ſequens,aliter à nobis unquam fieri nõ poſſe:cum præſertim in his,quę ſunt,& fiunt,ma/gnam eſſe rerũ differentiã conſpiciãt:ex qua diſcere fa cile ſit nõ oĩa tales cauſas ſequi.Videmus ſanè eorũ,q̃ ſunt aliqua nullã habẽtia poteſtatẽ, ut in oppoſitum eius,in quo ſunt,mutent: alia nihil minus in eoꝝ op/poſito,quàm in eo,in quo ſunt,eſſe poſſe:ignem enim impoſſibile eſt frigiditatẽ ſuſcipere, quæ eius innato calori contraria eſt: ſed nec nix manens nix calorem ſuſciperet: aqua uero, & ſi frigida ſit, non eſt impoſ/ſibile,ut frigore abiecto,oppoſitũ ei caloré ſuſcipiat: ſi mili & huic modo poſſibile eſt & ſedentẽ ſtetiſſe, & motũ quieuiſſe,& loquentẽ tacuiſſe: & in innume/ris inuenire quis poſſet poteſtatẽ quandã inexiſtentẽ contrariorũ capacem:quorũ, ſi quæ ex neceſſitate in altero ſunt poteſtatem non habẽt ſuſcipiendi eius, in quo ſunt,cõtrariũ,non utiq; ex neceſſitate in illis fue rint,quę & contrarii eius,in quo ſuſcipiendi uim ha/bent:ſi uero non ex neceſſitate,cõtingenter quod ue/ro contingenter in aliquo eſt, ſic in eo eſt,ut nõ ex ne ceſſitate,ſed ut cõtingenter in ipſo factum ſit:at quod contingenter factũ eſt in aliquo,& nõ factum eſſe in il lo poſſibile erat:eſt enim & ſingulum horum,in quo eſt:quia poſſibile erat in altero ipſorũ, & in oppoſito eius eſſe:in quo aũt eſt nunc non ex neceſſitate ſimpli citer eſt in hoc,ex poteſtate,quam habet ad oppoſita: atqui,quæ ſic in aliquibus ſunt,non ob aliquas ante/iactas cauſas ex neceſſitate ad hęc ducentes in illis con tingens eſt.quare,ſi quęcunq; contraria ęque recipien di uim habent, & contingenter ſunt, in quibus ſunt, & non ſunt in quibus nõ ſunt, infinita utiq; fuerint, quę contingenter eſſe, & fieri poſſunt. abſurdũ enim eſt ęque neceſſario dicere in aliquo eſſe,& quę nõ poſ/ſunt contraria his,in quibus ſunt,ſuſcipere,& quę pa/riter quocunq; tẽpore hęc,aut ipſorum oppoſita ſuſci pere poſſunt.ſi enim quę neceſſario in aliquo ſunt,ſui contrariũ ſuſcipere non poſſunt, quę cõtrariũ ſui reci pere poſſunt,nõ neceſſario erũt in eo,in quo ſunt. Ve rum dicere,q̃ ſi omnia fato fiãt,non idcirco auferatur poſſibile,& cõtingés:eo q̃ poſſibile ſit illud factũ iri, quod à nullo factũ iri, impeditur, quanuis non fiat: eorũ uero,quę fato fiũt,non impedita fuerũt oppoſita facta iri:quare,& ſi nõ fiãt,poſſibilia tamẽ ſunt:& hu/ius,q̃ facta iri minime impedita fuiſſe, demonſtratio/nem afferre impedientia ipſa nobis eſſe incognita oĩno quidẽ quę nam ſint:quæ enim cauſę ſunt,ut fiant,op/poſita his,quę fato fiunt,hęc,& ut nõ fiant,eiſdem ip/ſis cauſę ſunt:ſiquidẽ impoſſibile eſt,ut dicũt eiſdẽ cir cunſtantibus oppoſita fieri:ſed quia nõ cognita nobis ſunt quę nam ſint,propter hoc quin fiant impediri nõ poſſe dicũt:hęc quippe dicere nonne ludentium eſt in ſermonibus, qui minime ludo indigent? ignorantia enim noſtra nihil,ut res ſint,aut non ſint:nam ſic di/centes declarant,q̃ ex noſtra cognitione poſſibile erit ſecundũ eos.his enim,qui eoꝝ cauſas cognoſcere poſ/ſunt (hi uero ſint uates) non erunt poſſibilia entia:cũ poſſint ipſi uates qui quidem cognoſcunt, ea ipſa im/pediuiſſe:his uero,qui ignorãt,poſſibilia erunt,à qui bus non impediuntur.ſeruãtes itaq; naturam poſſibi lis eo modo,quo diximus, propter hoc dicũt ea,quæ fato fiunt,& ſi incõmutabiliter fiant,nõ ex neceſſitate fieri: cum poſſit in his etiã oppoſitum factum iri:poſ/ſibili ſumpto ut antea dictum eſt.Sed hęc ludentium quidem,ut dixi ſunt,& non tuentium decretum. Si/mile quoq; huic & illud eſt,quod dicitur,enunciatio nẽ illã,cras erit nauale bellũ,uerã quidẽ eſſe poſſe,non tñ & neceſſariam: ſiquidẽ neceſſariũ eſt ſemper ueꝝ: ſed hęc nõ erit ulterius uera,cũ factũ fuerit nauale bel lum.at ſi hęc non eſt neceſſaria,nec ſignificatio eius,ex neceſſitate ſcilicet fore nauale bellum: ſed ſi erit, non ex neceſſitate uera, cum uerũ ſit fore nauale bellum, ſed non ex neceſſitate, contingenter proculdubio: ſi uero cõtingenter,non tolletur quædã etiã fieri poſ/ſe cõtingenter ab his,qui oĩa fato fieri dicunt: rurſus enim & hoc ludentium pariter eſt, pariter & ignoran

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

tium ea,quę dicunt.neq; enim omne,quod ex necessi tate fit,necessarium : siquidem necessarium quidem æternum,quod aũt ex necesitate fit,ab ipso fieri, eiusmodi esse impeditum fuit.Nec ipsa enunciatio, q̃ hoc dicit,est necessaria : siquidem quod ab ipsa significat non eiusmodi est.nõ enim omnis enũciatio,in qua ne cessarium continet,iam est necessaria:nõ enim ex hoc iudicat enunciatio necessaria,sed ex eo, q; nõ possit ex uera mutari in falsam.si itaq; nõ est necessaria , nihil prohibuit ipsam esse uerã eo modo, quo illa,cras erit nauale bellum.si enim perinde ac illa , quæ necessaria fit ex necessarii appositione,nõ est uera, nisi facta fuerit necessaria ex necessarii appositione, uera utiq; permanebit simili modo,quo ea,quę sine huiusmodi additione dicit.at si hoc est uer;,transacta die crastina vera erit & enunciatio illa ex necesitate factum esse nauale bellum:si uero ex necesitate non contingenter: etenim si uera est illa,cras erit nauale bellum,semp factum esse nauale bellum fato erit:siquidẽ oĩa,q̃ fiunt, fato fiunt:sed si fato, incõmutabiliter:si uero incõmutabiliter,nõ contingit non esse factum: quod uero nõ contingit nõ esse factum,hoc impossibile est nõ esse factum:quod uero impossibile est nõ esse factum , quo pacto possibile est dicere cõtingere hoc etiam non esse factum?quod enim impossibile est non factum iri, necesse est factum iri:omnia ergo,quę fato fiũt,ex necessitate erunt secundum eos, non autem contingenter, ut ludentes dicunt.

Ab his,qui omnia fieri dicunt ex anteiactis causis, tolli omnem consultationem. Cap. *septimum.*

HVic autem,omnia, quæ fiunt,anteiactis quibusdam,& determinatis,& prę existẽtibus causis fore, & id sequitur frustra homines consultare de his,quæ ab ipsis agenda sunt.at si consultatio frustra, frustra quoq; ipse homo consilii potens erit. sed si natura nihil ex his,quę principaliter intendit frustra facit:hominem uero animal esse facultatẽ cõsultandi habens principaliter à natura fit, nõ autem ut qd consequens.& accidens his,quæ principaliter fiunt:concludetur utiq; nõ esse homines temere cõsultationis participes.Quòd uero ipsa cõsultatio frũstra,si oĩa ex necesitate fiant,facile fuerit cognoscere his, qui consultationis necesitatẽ norunt . Fatent quippe oẽs hoc à natura cæteris aĩalibus prestare hominẽ, q; nõ sicut illa imaginationes sequat,sed habeat ab ipsa iudicatricem occurrẽtium imaginationum,quænã sint eligibiles,rationem:qua utens,siquidẽ examinata , quę imaginata sunt,eiusmodi sint,cuiusmodi à principio visa sunt,assentit imaginationi,& sic aggredit illa : si uero diuersa uident,si aliud quid rursus eligibile,illud eligit:id prętermittens,quod à principio,ut eligibile,sibi uisum fuerit.multa profecto, cum à primis imaginationibus diuersa nobis uisa essent,nõ amplius pmã ferunt in apprehensione,redarguente ipsa ratione:idcirco,& si quãtum ad imaginationẽ in eis factã , facta fuissent,nihilominus propter consultationẽ de eis habitam facta nõ sunt:cum & cõsultationis,& electionis eor;,quæ ex cõsultatione,nos simus domini. Propter hoc igit nec de æternis cõsultamus,nec de his,quę oẽs fieri ex necesitate fatent:quoniã nobis ex cõsultatiõe de ipsis habita nihil plus acquirit . Ver; nec de his,q̃ & si ex necesitate nõ fiant , in aliis tñ quibusdã sunt, cõsultamus:quoniã nulla ex consilio de illis nobis vtilitas.Sed neq; de his,quæ à nobis quidẽ agibilia sunt, sed prętierunt,cõsultamus:eò q; ex hor; cõsultatione nihil nobis aduenit opportuni . Cõsultamus autẽ de his solum,quę à nobis fiunt,& futura sunt:ut licet habituri aliquid p id plus ad electionẽ, & actionẽ ipsor;.nã si de his,de qbus nihil prorsus pter cõsultationẽ solã hẽmus,nõ cõsultamus,euidẽs ẽ , de qbus cõsultamus,plus aliquid ex cõsultatione pręter ipsam consultationem habituros,nos consultare de ipsis:nã & ipsum cõsilium adipiscimur etiã de aliis cõsultãtes, de quibus prædiximus.Sed quid nã est quod ex consultatione adipiscimur?hoc nempe, q; cum optionem habeamus electionis agẽdor;, illud p illud eligamus, qđ rationi eligibilius nobis uisum fuerit : qđ ꝓfecto nõ prius cõsultãtes nõ egissemus:,qa aliud forte egisse mus occurrẽtẽ imaginationẽ seq̃ntes:quod fiet utiq;,si nõ oĩa coacte agamus. At si oĩa agamus,q̃ agimus,pp quasdam anteiactas causas,ita ut nullã agendi, & non agendi aliquid eor;,quæ agimus,optionẽ habeamus sed determinate singula agendi,q̃ agimus, nõ secus ac calefaciens ignis, & lapis deorsum latus , & cylinder, qui p decliue circũuoluitur : quid ulterius nobis ad agendum ex ipsa cõsultatione de re agẽda relinquit? quod.n.non consultantes egissemus , id etiã post consultationem agere necesse est.quare nihil ultra ipsam consultationẽ ex ipsa consultatione adipiscit:uer; hoc etiam in his,quę in nobis nõ sunt , agere potentes, ut inutile recusauimus . Inutilis igit est ipsa cõsultatio, etiam in his,in quibus ipsa,ut re quadã utili nobis tradita,utimur:ad quod sequebatur frustra nobis à natura uim consultatoriam fuisse traditã.cui si addatur id,quod his ipsis,& omnibus in uniuersum philosophantibus uidet,nihil à natura frustra fieri,sublatum ꝓfecto & id fuerit,ad quod sequebat frustra nos uim cõsultandi habere:hoc autẽ sequebat ad id,nos eorũ, quę à nobis aguntur,talẽ optionẽ non habere,qua ad contraria possumus . Sed cũ auferet , ut ostensum est, cõsultatio secũdum ipsos, tollitur proculdubio & id, quod in nobis.hoc enim in nobis oẽs,quicũq; positionem aliq̃ non asserunt,esse assumpserunt,quod agẽdi pariter,& nõ agendi domini sumus : nõ sequẽtes aliquas externas causas,quę nobis assistant:nec ipsis dantes manus,quà illę ducunt.& electio est proprium hominum opus circa hoc ipsum:nã ad id,quod prius est ex consilio iudicatũ,impulsus cũ appetitu electio est. idcirco nec in his,quæ necessario fiunt electio est:neq; in his,quæ non necessario quidẽ,sed nõ à nobis. uerũ nec in oĩbus,quę à nobis:sed in his,quę à nobis fiunt, quæ agendi,& nõ agendi æque domini sumus.qui.n. de aliquo consultat,agẽdum ne sit illud,aut nõ agendum consultat:aut studens, ut circa aliquid bonum, quærit ea,quibus id consequat:& si, cũ quęrit,in aliquid,quod fieri non possit,incidat, desistit quoq; eodẽ modo ab his,quæ & si possibilia sunt,nõ tamen in eo sunt:progredit autem in rei propositæ inquisitione,donec aliquid ei occurrat,cuius se habere optionẽ ipse crediderit:postquã ab ipsa consultatione cessans, ceu qui indagationẽ ipsam ad id deduxerit , quod est actionũ principiũ, incipit rei propositę actionẽ.fit aũt & ab ipso inquisitio,ceu optionẽ habente agendi etiã oppositа:nã de singulo eorũ,quæ sub consilio sunt,fit inquisitio à consultante,utrum hoc,aut ei cõtrarium sit mihi agẽdũ:& si oĩa dicat fato fieri:redarguit enim uerita s agibiliũ opiniones,q̃ de ipso errauerunt. quo

errore

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

errore cõiter oés hoíes à natura ſeductos fuiſſe, quo pacto nõ eſt abſurdũ dicere? q̃.n.hác in agédis facultaté prius ſumpſerimus, ut etiã oppoſitũ poſſemus elige re: nec omne, qđ eligimus, habeat anteiactas cás, qbus ípoſſe ſit nos nõ hoc eligere, abũde oñdit & de electis poſt accñs ſæpius pœnitétia: pœnitet.n.qñq̃ nos, & nos ipſos accuſamus de ĩcuria circa cõſiliũ, ceu.n.q̃ nobis nõ elegiſſe, & nõ egiſſe hoc ipſum facultas ĩerat. Sed & ſi alios uiderimus nõ recte de agédis p̃tractátes, etiam ipſos increpamus, in quibus errát. putamus autẽ hiſce cõſiliariis utẽdum eſſe, ceu nobis facultas inſit hos cõſiliarios aſſumere, uel nõ aſſumere: eò q̃ & alia quędã hoχ præſentia ageremus, & nõ ea, quæ agimus. ſed quod id, quod in nobis, de his prædicet, in quibus eſt in nobis facultas etiam oppoſita capiendi, cũ ex ſe etiã notũ ſit, ſatis cõmemorát & quę prius dicta ſunt.

Ab his, qui oĩa ex neceſſitate fieri dicũt, introduci aliũ modum eius, quod in nobis. Cap. octauum.

CVm autẽ ipſum huiuſcemodi ſit, q̃ hoc ſeruetur ab his, qui oĩa fato fieri dicũt, nec à principio oſtẽdere conãtur: cum ſciant ſe impoſsibilia aggredi: tanq̃ autẽ in ipſa fortuna ſupponentes aliã quãdã ſignificationẽ nominis fortunę ſeducere tẽtant eos audientes: ut ſeruãtes etiã ipſi fieri à fortuna quędã. ita quoque & de eo, quod in nobis, faciũt. tollẽtes.n. hominẽ facultatẽ habere, qua eligere poteſt, & agere oppoſita, dicũt in nobis aliquid eẽ, quod fit & à nobis. Quoniã enim, aiunt, eorũ, quę ſunt, & fiunt, naturę alterę ſunt, & diuerſæ: non.n. eædẽ ſunt aĩatorum & inanimatorum: ſed nec inanimatorum omnium rurſus eædẽ: differentiæ ſiquidẽ entium ſecundum ſpeciẽ diuerſas quoq̃ eſſe eoχ naturas oſtendũt: fiunt autẽ à ſingulis oĩa, quæ fiunt, p̃ propriã naturã, q̃ quidẽ à lapide p̃ lapideã, q̃ uero ab igne p̃ igneã. & q̃ ab aĩali rurſus p̃ aĩalem: nullũ quidẽ eoχ, quę p̃ propriã naturã in ſingulis fiunt, poſſe ſe aliter habere dicũt: ſed ſingulũ eoχ, quæ fiunt, ab ipſis coacte fieri: neceſsitate nõ ex ui, ſed ex hoc, q̃ non poſsit quod nõ natum eſt. hoc pacto, cũ eiuſmodi ſint q̃ circũſtant, ĩpoſſe eſt nõ circũſtare ipſi: impoſsibile quoq̃ eſt aliter quodãmodo & nõ ita motũ fuiſſe: nã nec lapidẽ, ſi à ſupremo aliquo demiſſus fuerit, poſſe nõ ferri deorſum nullo impediẽte, cũ ipſe quidẽ in ſe grauitatem habeat, hęc uero ſit talis motus naturale principiũ, cũ & externę cauſæ, q̃ ad motũ naturalẽ lapidi opitulant, affuerint, ex neceſsitate lapidẽ, ut ex natura affectus eſt, ferri. Oĩno autẽ, & neceſſario ipſi has tunc adeſſe cauſas, p̃p quas tunc mouet: cum nõ ſolum nõ poſsit nõ moueri, cum hę affuerint: ſed & neceſſario moueri tunc, fieriq̃; talẽ motum à fato ab ipſo lapide. idẽ & in aliis eſt ſermo. Quẽadmodũ autẽ in inanimatis ſe habet, ita & in ipſis ſe habere aĩalibus dicunt: eſſe ſiquidẽ quędam & aĩalibus motum ſecũdum naturã: hũcq̃ eũ eẽ, qui p̃ impulſum: cũ omne, quod mouet aĩal, quà aĩal, p̃ impulſum moueat, motu, qui à fato per ipſum aĩal fit. Hæc autẽ cũ ita ſe habeãt, fiãtq̃; actiones, & motus in mũdo ab ipſo fato, alii quidẽ p̃ terrã, ſi ita cõtigerit, alii uero p̃ aerẽ, alii p̃ ignẽ, alii p̃ aliud quid: fiãtq̃; alii rurſus & p̃ ipſa aĩalia: huiuſcemodi autẽ ſunt motus, qui p̃ impulſum fiũt: eos, qui à fato p̃ aĩalia fiunt, in ipſis eſſe aĩalibus dicũt: eodẽq̃; modo, ut in aliis oĩbus, quãtũ ad ipſum neceſſariũ attinet, fieri: cũ & his opus ſit ex neceſsitate externas cauſas adeſſe tunc, ut & ipſa motum ex ſe, & qui p̃ impulſum fit, ex neceſsitate ſic quodãmodo agant, uerum quia hi per impulſum & aſſenſum, illorum uero alii quidem per grauitatem fiunt, alii uero per caliditatẽ, alii p̃ quãdam aliam: hunc quidẽ in ipſis aĩalibus dicunt, nõ itẽ etiã illoχ ſingulum, eum quidem, qui in lapide, eum quoq̃, qui in igne. Et huiuſmodi quidem eſt ipſorum de eo, quod in nobis, ut paucis dicamus, opinio.

Eos, qui oĩa fato fieri dicũt, nõ recte ſumere id, quod in nobis, nec in uero ſenſu. Caput nonum.

ATuidẽdum eſt, an hęc dicẽtes ſeruãt communes oĩum hominũ de eo, quod in nobis, exiſtimationes. Qui enim inquirũt ab his, quonã pacto, cum omnia fato ſint, ſeruari poſsit quod in nobis, non nomen ſolũ ponentes eius, quod in nobis, hoc inquirũt, ſed & quod ſignificat, illud ſcilicet αὐτεξούσιον ideſt liberum arbitriũ: ob id enim, q̃ huiuſcemodi eſſe creditẽ quod in nobis, corrigũt eos, qui ex neceſsitate oĩa fieri dicunt. illi uero, cũ indidẽ dicere opus eſſet nõ ſeruari, curq̃; nõ ſeruetur quęrere, & aſsignare cauſas: quoniã hoc oĩno inopinabile eſſe uidebãt, & * multa etiã in nobis oẽmq̃; idem demõſtrans comitãs de fato ſermonẽ fallere ex æquiuocatione audiẽtes putant, & euitare abſurda, quęcũq̃ eos ſequunt, qui nihil in nobis eſſe dicũt. Cæteroχ cum hæc ipſi dicãt, interrogauerit primũ quis nõ ab re, cur cũ aliud p̃ alia eoχ, quæ ab ipſo fato fiũt, & p̃ propriã uniuſcuiuſq̃ entiũ naturã fatũ agat, de nullo quidẽ alioχ id, quod in ipſis, eẽ prædicãt, præterq̃ de ſolis aĩalibus. ea.n. oĩa, quibus dicũt in aĩalibus eſſe, quæ p̃ ipſa aĩalia fiũt, etiã in ſingulis alioχ pariter dicere poſſumus. cũ enim aliter nõ fieri poſsint quæ p̃ aĩal fiunt, niſi p̃ impulſum aĩal motũ fuerit: ſed p̃ aĩalis quidẽ aſſenſum, & impulſum fiunt, nõ aſſentiẽte uero nõ fiũt: hæc in ipſo aĩali eſſe dicũt, ex neceſsitate quidẽ ab ipſo futura: nõ enim poſſunt alio modo fieri: cũ non p̃ aliud quid, q̃ per hoc, neque alio modo, q̃ hoc poſſunt facta iri, ob id ipſa eẽ in aĩali putãtes. Veχ hoc ipſum & in alioχ ſingulo dicere poſſumus: neq̃.n. qđ p̃ ignẽ fit ab aliquo alio fieri poſſet: neq̃ alio mõ p̃ ignẽ, quã p̃ eius calefactionẽ. q̃propter, cũ non alio modo fieri poſſent q̃ p̃ ignẽ fiũt, q̃ ſi ipſe calefecerit & ſi ipſe qdẽ calefecerit erũt, ſi uero nõ calefecerit nõ erunt: erunt porro & hęc ipſa in igne. Eadem quoq̃ & in alioχ ſingulo dicere poſſumus. quid.n. lõgiori ſermone opus eſt, cum iam aptum quod dicit factũ ſit? De noĩbus quidẽ nulla reprehẽſio. At putare aliquid plus in his, quę p̃ ipſa fiunt, aĩalibus eſſe tradẽdum, q̃ aliis, p̃ quæ & aliquid etiã ipſoχ fit, cum nihil plusq̃ nomẽ in eis ſeruent, hoc ipſum accuſandum eſt: ueluti qui ex nominis cõmunitate decipiant, aut q̃ alios decipere ſtatuant. Hac autẽ in re illud de ipſis iure quis admirabit, quid eos coegit, ut in impulſu, & aſſenſu, quod in nobis eſſe dicãt: ob quod & in oĩbus aĩalibus ſimiliter ipſum ſeruent: non enim in hoc eſt quod in nobis, ut occurrẽte imaginatione, & imaginationi ex ſeipſis locum dediſſe, & ad id, quod apparuit, impulſos fuiſſe. Sed hoc quidẽ forte ipſius uoluntarii aſtructiuum, oſtenſiuumq̃; eſſet: ſed nõ eſt idẽ uoluntarium, & quod in nobis. Volũtarium enim eſt, quod ex nõ coacto aſſenſu fit: qđ uero in nobis id eſt, quod cum aſſenſu rationali, & iudiciario fit: unde ſi quid in nobis, illud & uoluntarium, non tamen quicquid uoluntarium, illud in nobis: uoluntarie enim

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

& animalia bruta quęcũq; per assensum, & impulsum, qui in ipsis est, faciũt: ponere uero in seipso, eoꝛ, quæ ab ipso fiũt, propriũ est hominis: hoc.n. est ipsi, esse rationali, in seipso occurrẽtiũ imaginationũ, & oĩno agendoꝛ, & nõ agendoꝛ iudicatricẽ, inuẽtricẽq; rationem habere. idcirco & alia quidẽ aĩalia, quę solis imaginationibus obediũt, ex ipsis assensuũ, & impulsuũ iuxta actiones causas habent: homo uero occurrẽtiũ sibi externarũ imaginationum de agibilibus iudicatricẽ habet rationẽ: qua cũ utiꝛ, singulã eaꝛ examinat. non solum an uideaꝛ talis, qualis uideꝛ, sed etiã si est: & si ratione pꝛserutans alterã esse inuenerit, q̃ sit uisa, nõ pꝛestitit ei assensum, ga huiusce modi apparet: sed quia nõ est huiusce modi insurgit in ipsam. Hac de causa & ab aliquibus, quæ uoluptuosa uisa sunt, sępe abstinet, quãuis illa cõcupiscat: ga nõ habuit rationẽ ei, quod uisum est cõcordẽ: pariter quoq; utilia q̃dã uisa recusauit, rationi in hoc obtẽperãs. Si itaq; quod in nobis est in rationali assensu, qui pꝛ consultationẽ gigniꝛ: hi uero in assensu, & impulsu, qui etiã absq; ratione fit, ipsum ponũt, aptissime ostẽdunt dictis suis se rudius de eo, quod in nobis, pꝛtractare, nec dicere quidnã ipsum sit, nec in quo fiat. nã rationali esse nil aliud est, q̃ actionũ esse principiũ. nã quẽadmodũ alii aliud est eẽ: aĩali quidẽ in impulsorio: igni uero in calido, & calefaciẽdi uim habẽte: alii autẽ in alio: ita & homini in ipso rationali: quod tantũdẽ est ac ipsum habere principiũ aggrediẽdi aliquid, & nõ aggrediẽdi, & secũdum idem ambo: quapropter q hoc tollit, hominẽ tollit. Videntꝛ autẽ rationẽ pꝛætermittẽtes in ĩpulsu quod in nobis ponere: quia cum non amplius ipsi in cõsultatione dicãt esse quod in nobis, procedit cauillũ: in impulsu siquidẽ hñt dicere esse: eò ꝙ quę in aĩalibus fiũt ex impulsu sint, cũ nõ possint absq; impulsu facere, quæ per ipsa fiũt. At si in cõsultatione qđ in nobis, ex hoc haud quaq̃ ad ipsos ulterius seq̃baꝛ nõ posse quæ ab homine fiũt alio modo facta iri: cũ homo uim hñs consultoriã non oĩa, quæ ab ipso fiũt, consultãs faciat. nõ.n. oĩa, quę agimus, consultãtes agimus: sed sæpe quidẽ, cum agendoꝛ occasio morã consultationi non permittit, etiã quędã non cõsultãtes agimus: plerũq; etiã ex ignauia, aut aliqua alia causa. Si itaq; aliqua quidẽ, cũ nos cõsuluerimus, quædã uero, & cũ non cõsuluerimus, fiũt non habet itẽ locũ dictũ illud, quę pꝛ consultationẽ fiũt, in hominibus esse: quia nõ possit aliquid alio modo ab ipso fieri. Quare si illa quidẽ, cũ cõsuluerimus, hæc uero, cũ non cõsuluerimus, agimus, nõ amplius ea, quę à nobis ita fiunt, simpliciter fiunt, ut quæ ab aĩalibus, aut ab igne, aut à duobus corporibus grauibus fiũt. si autẽ ab ipsa natura facultatem habemus, & postq̃ consuluerimus, aliquid agere, constat nos facultatẽ habere, etiam propter consultationẽ aliud quid agere, & non omnino hoc, quod si non consulueri/mus, fuisset si consulamus.

Falsam esse opinionem illorum, qui motuum, et actionũ nostrarũ causas externas introducũt. Cap. decimũ.

ILlud uero, occurrẽtibus iisdẽ specie circunstantibus, cum sic, tũ uero aliter aget quis, sine causa motũ introduci: dicereq; ob hoc nõ posse, quod quis egit, huius oppositum egisse, num fortasse idipsum etiam eorum, quæ simili modo prius dictis despiciuntur? non enim omnino quę à causa fiunt semper externam habent suæ generationis causam: nã ex hac facultate est aliquid in nobis: siquidem eorum, quæ sic fiunt nos auctores sumus, & nõ externa aliqua causa. idcirco quæ sic fiũt absq; causa fiũt, ex nobis hñtia causam. homo enim eaꝛ actionũ, quę ab ipso fiũt, causa, atque principiũ est: & hoc est esse homini, ut sic agendi habeat in seipso principẽ: quẽadmodũ sphęre, ut pꝛ decliue circũuoluta feraꝛ. unde alioꝛ quidẽ singulum omnia externas sibi circũstantes causas sequiꝛ, homo uero nõ: quia homini esse est in habẽdo principiũ, & causam in seipso, nõ oĩno sequi his, quæ sibi extrinsecus circũstant. etenim, si nostrũ de agẽdis iudiciũ ad eandẽ intẽtionẽ spectaret, fortasse ratione aliqua diceret simili/a de eisdẽ semp fieri iudicia. sed cũ nõ ita se habeat eligimus enim quę eligimus, q̃q; quidẽ propter honestũ, q̃q; autẽ propter delectabile, q̃q; uero ꝓpter utile aliquid: & nõ sunt eadẽ hoꝛ effectiua: accidit, ut nũc quidẽ ad honestũ moti, hæc ex circũstãtibus ꝓpposita eligamus, rursus uero alia, ad delectabile, aut utile iudiciũ referentes. nã quẽadmodũ non quęrimus aliã quãdã causam, ꝓp quam ex grauitate interna terra deorsum ferꝛ, aut pꝛ quam causam aĩal agit, quæ agit pꝛ impulsum, eò ꝙ hoꝛ singulũ causam hãc ex seipso moliaꝛ his, quę fiũt, natura huiusce modi existẽs: ita nec de his, quę à nobis diuersimode fiũt, ex his, quę aliis circunstãt, alia causa pꝛæter hominẽ ipsum est inquirẽda: hęc enim est hominis essentia, ut principium sit, & causa actionum, quæ ab ipso fiunt. At dicere ꙭ etiã qui cõsuluerũt ei, quod apparet, assentiunt, & ob hoc etiã imaginationẽ, ut alia aĩalia, sequunꝛ, falsum est: non enim omne, quod apparet, imaginatio est. nã imaginatio simplexq̃;, & absq; ratione ab extrinsecus occurentibus fit, sensuum functionibus assimilata: unde & in aĩalibus brutis uim habet maximã. sed uidentꝛ etiam quædã & pꝛ rationẽ, & à syllogismo causam imaginationis sumere, quæ nullus imaginationes item diceret: qui enim pꝛ syllogismum ex cõsultatione penes se collectum assentit alicui, ipsę sibi ipsi assensus causa. Veꝛ, ꙭ neq; quod in nobis seruant qui oĩa fato fieri dicunt: nõ enim, de quo quærimus an seruetꝛ, secundum eos hoc ipsum seruaꝛ, cum & causam tẽtent tradere, propter quã hæc ipsa res ab initio ĩpossibilis sit: nec etiam causa, quã tradunt ad tollendam huiusmodi potestatem, uera cum nihil rationi consentaneum contineat, ex dictis liquido constat.

Eos, qui omnia fato fieri dicunt, omnem humanę uitæ actionẽ auferre. Caput undecimum.

CAeterum ad eos, qui aliquid in nobis esse huiusmodi destruunt, sequitur, quantũ ad eos attinet, hominum uitam cõfundere, & euertere. Si enim rebus ita se habentibus, ut habent: neq; enim alicui ipsorum persuadere possibile est non agere ea, quę agũt, ueluti etiam ipsa agendi, & non agendi potestatem habentes: nec etiam aliorum aliquem: tantam uim habet ueritas ipsa, & ab his, quę fiunt, euidens testimonium. si inquam, his ita se habentibus, tantam eorum opinio uim sumat, ut omnes homines credãt nos nullius rei auctores esse: sed semper sequi circunstantia, his dantes manus, atq; assentientes: & agere quæ agimus, cũ omnino hæc ipsa agere cogamur: non enim posse nos aliud quid agere, cum circunstãtia huiusce modi sunt: pariter quoq; rursus non agimus quia nõ possumus aduersari circunstantibus, cũ huiusce modi sint, quid accidet aliud, nisi ut oẽs homines ex eiusmodi credulitate

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

tate ea quidē ualere dicant,quæ cū labore, aut aliqua cura fiunt,eligere uero uoluptates,quę cum facilitate acquiruntur:tanquā,omnino futuris illis,quę agenda sunt,nullū,ipsi pro ipsis sint bonū. At si sic ipsi afficiuntur,& ea quæ aguntur,sequuntut ad ipsorum electiones(profecto enim nō ob ipsorū ementitā credulitatē, alio modo res se habebunt quàm habent) quid aliud quàm bonorū ab oībus paruipensio quędā erit? oīum enim huiuscemodi possesio,atq; præsentia cum labore acquiritur:malorū uero electio,ueluti quæ cum facilitate,& delectatione fiant. Aduersus quos aliqua ab his ratio sit,quorum decretis persuasi ad hæc deuenerunt. poterūt enim illis nō iniuria,si accusabuntur,respondere,non potuisse se aliud quid agere,cum essent circunstantia huiuscemodi: quos quo pacto iure increpauerint per hęc decreta, cum eorum præceptores fuerint? Magis autem nec obiurgationes, nec supplicia, nec hortatio, nec honor, nec alia id genus propriā secundū ipsos seruabunt naturā: sed horum quodcunq; etiā coacte fiet, ut & illa,ad quę hæc insequuntur. Nam quo pacto etiamnum circa Helenæ raptum de crimine accusabitur Alexander Priami? quo pacto etiam Agamēnon iure ipsum accusabit? dicens, neq; ipse renuo. nam si facultatem habuisset præuidēdi,aut Alexander quæ ipsum circunstabant,& hortabantur ad raptum,aut Menelaus quę ipsum ad indignationē irritabant,aut Agamemnon ea,in quibus ueluti sine crimine existēs,ipsi insidiatur, merito accusandi erant: At si diu,& iam diu,& priusquam eorum aliquod principiū foret, uere de singulo ipsorū horū quodcunq; prædictū fuit,de quibus,cum fecerit, reprehenditur: quo pacto etiam de his,quæ fiunt,accusarentur? Quo pacto etiam exponet quis uirtutes in nobis esse,ac uitia? nam si eo modo à nobis fiunt, quo pacto alii quidem laudabuntur,alii uero improbabūtur? nihil enim aliud decretū hoc quàm patrocinium ad mala conciliat. Videmus sane bonarū,atq; honestarū actionū neminē fato, atq; necesitati causam adscribere: malos cōtra ob illam se dicentes esse huiusmodi: quod persuasi etiā philosophos dicere,quo pacto non cum loquendi audacia ipsi ad hęc deuenient, aliosq; hortabuntur? Quomodo etiā seruabunt qui talia dicunt quā faciunt Dii,de mortalibus prouidentiā? si enim Deorum apparitiones,quas dicunt aliquibus fieri,per quādā anteiactā causam fiunt: ita ut prius quàm fiant aliquę ipsorū,uerum sit dicere illius quidē Deos ipsos curam habituros,huius uero minime: quo pacto quis hoc amplius prouidentiā iure dixerit? quæ non iuxta meritum,sed ex quadā anteiacta necesitate fit. Quo pacto etiā Deor& cultus seruabitur apud hos, qui Deos colendos esse opinantur,cum in his, qui ita agunt,hoc nō agendi facultas nō adsit? fieret quoq; ab ipsis Diis,erga quos fit aliquid plus quàm, in aliis,ob id,quòd & horum principia erant, & prius quàm hi essent preiacti. Quo pacto etiā non tollit hic sermo Diuinatoriā,sublato Diuinatoriæ usu? quid enim aut discere,aut qd ex disciplina, quā à uatibus cōsequetur, poterit aliquis uitare: si nos hæc tantū discere, illosq; nunciare posibile est, ad quorum singulum discendum agendumue, aut non agendum,etiam ante natiuitatem nostram cogebamur: permanendiq; in his quę à Diis prędicuntur,nos minime sumus domini, eò quòd futurorum à nobis anteiacte fuerint causę.

Opinionem eorum,qui omnia fato fieri dicunt, in sermonibus suis esse falsam. Caput duodecimum.

SEd quòd decretum hoc uniuersam hominum uitam euertat cuiq; discere certe facile est At quòd etiam falsum sit, idoneū testimoniū, q; ipsi huius decreti assertores fidē sermonibus suis adhibere non possunt: sic enim in omnibus sermonibus solutum,liberumq; tuentur arbitrium,ueluti qui nunquam ab alio huiuscemodi aliquod decretum perceperūt: tum aliquos tentantes ad hoc hortari, quippe qui hoc ipsum agendi,aut non agendi, optionem habeant: & his,qui eorum sermonibus persuadentur, eligere aliqua potentibus,qui illis tacentibus forte contraria fecissent: tum quosdam accusantes,atq; increpantes,ueluti qui indecentia agant. Tractatus etiam plures conscriptos reliquūt,quibus instrui iuniores putāt,quippe qui non impediti sint hęc ipsa cōscribere ob aliqua huiuscemodi ipsis circūstantia, sed facultatem habeāt scribendi hæc,& non scribendi,eligant autem examore erga homines scribere. Sed omittant sermonum ambitionem,concedantq; id,quod in nobis, solutum esse, liberumq; arbitrium, & auctorem in eligendis, oppositisq; agendis, in his, quę hominibus occurrunt,merito uersari creditum, tam à uulgaribus, quàm à legislatoribus: est autē hoc, eos uenia dignos esse,qui inuite huiuscemodi aliquid egerunt, ueluti quibus non ob res,quæ fiunt, sed ob modum agendi supplicīū sit deputatū: qđ certe nec alioq;, nec hoq; ipsorum aliquis,ut non recte se habens,accusat. Verum cur qui in his,quę fiunt,ex ignorantia,aut ui peccant, minus essent uenia digni quæ agunt quidem cognoscentes,facultatē tamē in se nō habētes & agendi aliud quid p̄ter ea,q̄ agūt,his eis circūstātibus, q̄ & oīno circunstare uidentur: eo q; eiusmodi eorū natura sit, & sit propria eorū natura fato agere omnia,quæ agunt: sicuti grauibus è supremo demisis deorsum ferri: & sphæricis, si per decliue demittantur, ex se moueri. Simile enim est hoc,ac si quis dicat equū supplicio dignum,quia homo non sit: & aliorū animalium quodcunq;,quia eiusmodi animā,& non meliorem sit assequutū. Verū nullus Phalaris adeo impius, & stultus esset,ut de aliquo eorū,quæ hoc modo fiunt, agentē puniret. In quibus igitur sunt supplicia? rationi consonum non in aliis,quàm in his,quæ ex ipsorum scelesta electione fiunt: qui enim in his,quorū ipsi facultatē electionis habēt,deserētes intentionē eorū,q̄ ab ipsis agenda sunt,honestū scilicet,& legē,lucri,aut uoluptatis gratia,hęc ipsa spernentes,flagitia cōmittunt, hi ab oībus hoībus digni suppliciis iudicant: ueniā dātibus illis,q nō ita peccant. Itaq; inspice īprobos oēs admirabile hoc decretū à philosophis discentes, docere ipsos docentes,q; & ipsi nihil minus his,qui inuiti peccant, sunt uenia digni: nō. n. ex aliquo extrīsecus eos cogēte hęc faciūt,q̄ faciūt: à qbus fortasse etiā cauere poterāt: sed à natura,quæ in ipsis est,nihil posibile est latentes fecisse: cū tñ nullā hisipsis peccatoq; cām præbeat. At si nec quiuis alius nec ipsi huius decreti principes ueniā darēt alicui,hāc eoq;,q̄ delinquunt̄,causam afferente,ceu falsum quid,& falsa enunciantē, ꝑculdubio,ut ab his, & ab aliis oībus eodē modo creditū est esse id quod in nobis,nō cuiusmodi ab his fingitur,cū ad ꝓpositā q̄stionē cogitantes dicūt, sed cuiusmodi ipsum

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

cé oportet ex opibus ipſis,& hi ipſi & oés hoíes teſtanť ſi enim ita ſe habere perſuaſi eſſent, delinquétibus oí-bus indulgerét,tanquá nō habétibus nō agendi facul-taté.Sed q̄ qdé eſt aliquid nominare, & q̄ nō propter facultatem hác aliquid fit ſine cauſa:eò q̄ eorū,quę ſic fiunt,homo ipſe ſit cauſa:cum ipſe horu oíum princi-piū ſit,q̄ ab ipſo fiunt,ſatis qdé oſtendiſſe poſſunt q̄ di-cta ſunt.Satis quoq; perſuaderi poſſunt & q ad hoc ip ſum tétant cōtradicere:& ſi oía,q̄ agūt pauliſper agere tardauerint, tanquá de his,q̄ dicūt,uerū dicentes,fidē p̄ſtantes illi dicto,nihil eorū, q̄ fiunt, ab aliquibus ita fieri,ut & id ipſum nō agēdi facultaté tūc habeát.nam q̄s hoc crediderit,nullū accuſare, neminé laudare,ne-mini cōſulere,neminé hortari,nō Deos orare, non eis gratias agere de aliqua re, nec aliud q̄d agere poſſunt eoꝝ,q̄ iure agēda ſunt,hi q & nō agendi ſingula eorū, q̄ faciūt,facultaté habere ſe credūt. at ſine his hominū uita nō uiuéda,& nec à principio hominum amplius. Sed nec illud nobis imperſcrutatū relinquat:ſi q̄s ſup poſuerit nō magis eſſe uerū ſic aliquid eſſe in nobis,ut nos putamus,& ipſa rerū natura ſeſe habere teſtatur, q̄ oía ex neceſsitate,& fato fieri,ſed æqualiter utrunq; certū,incertūue eé cuiná opiniōi credidiſſe hoíbus ſit tutius,minusq; periculoſum, quodq; falſum eligibi-lius:utrū,cū oía fato fiát,aut nō ita ſe hr̄e putaſſe, ſed eé & nos agédi aliq̄d,& nō agédi dños:aut, cū aliquid etiá in nobis ſit,eo modo,quo prius diximus,credidiſ-ſe hoc q̄dem falſum eſſe,& oía,q̄ à nobis fiūt,ex faculta te noſtra coacte fieri. An manifeſtū é,q̄ qui,oibus fato eueniétibus,ſeipſos perſuadent facultaté habere agédi q̄dá pariter, & nō agendi, nihil ex hac credulitate in agédis peccarent:cum neq; ab initio ullius rei earum, quę ab eis fiunt, domini ſint:quapropter periculum peccati ſecundum hoc ad uerba uſq; proficiſcitur. At ſi,cum etiam aliquid in nobis ſit,nec oía ex neceſsitate fiant,credamus nos nullius rei dominos eſſe, multa p̄termittimus eoꝝ,q̄ à nobis merito eſſent agenda,& p̄pter cōſultationé de ipſis,& qa p̄ter labores in agen dis prompte ſubſidemus, ſegniores facti ad aliq̄d per ipſos agendū,ex hac credulitate,quòd nobis etiam ni-hil de agendis negotiantibus euenturum ſit,quod fie ri debet. His autem ita ſe habétibus,p̄manifeſtū eſt, q̄ philoſophátibus eligibilius eſt ut ad uiá,q̄ minus eſt periculoſa ſeipſos erigant,& alios ducant.

Ratio ſumpta ex ordine cauſarū in uniuerſo, qua utun tur aſſerentes omnia fato fieri. Cap. decimūtertiū.

NOn deterius etiá his p̄conſideratis,ea etiá,q̄ de fa-to ab ipſis dicunť,addentes,uidere,an aliquá eiuſ modi uim habeát,qua rationabile ſit ex cognatio ne ad ueritaté ipſam,& q̄ manifeſta admodum ſunt de ſpexiſſet.erit aūt nobis eatenus ſermo de his,quatinus ad p̄poſita utilis eſt. Dicūt q̄ppe mūdū hūc cū unus ſit,reſq; oēs in ſe amplectatur,regaturq; à uitali,& ra-tionali,& intellectuali natura,diſpenſationé entiū ha-bere perpetuá ſerie quadá,& ordine p̄cedentē:cū pri-mę his,q̄ poſt hęc fiunt,cauſę fiūt:oíaq; hoc pacto mu-tuo inter ſe cōnexa fuerint,nihilq; in ipſo ſic fiat,ut nō oíno ſequatur ad ipſum,& annectať, ut cauſæ, alterū quid:nec rurſus aliquid eoꝝ,q̄ ſubinde fiunt, abſolui poſſe à prius factis,ut nō oíno ad aliquod ipſoꝝ ſequa tur ueluti annexū:ſed & ad oé,qđ factū eſt, alterū q̄d cōſeq̄ ex ipſo neceſſario depēdens, ueluti ex cauſa:& pē q̄d fit,aliq̄d habere ante ipſum,ex quo ut cauſa,de-oédet:cū ſcilicet nihil abſq; cauſa eoꝝ,q̄ in mūdo fieri, aut eſſe poſſit,eò q̄ nullū eorū,q̄ in ipſo,abſoluí, & ſe-parari poſſit à prius genitis omnibus:diuelli enim, & diuidi,& non ulterius unū ſemp mundū ipſum mane re,ordine,& adminiſtratiōe una gubernatū, ſi motus aliquis nō habés cauſam introduceret:quē inferri,niſi ea,q̄ ſunt,& fiūt,oía cauſas aliquas habeát prius geni-tas,quas neceſſario ſequanť.ſimileq; eſſe dicūt,& eodē modo impoſsibile fieri aliq̄d ſine cauſa,& ex non ente: eiuſmodi autē exiſtenté uniuerſi gubernationé ex in-finito in infinitū manifeſte, & immutabiliter fieri. Cū aūt q̄dá ſit in cauſis differentia,quá exponentes (irę.n. cám enumerant)alias q̄dé dicūt eſſe externas, alias ue ro cōcauſas,alias quoq; habituales,alias etiá cōtétiuas, alias aliud q̄d:nō.n.opus eſt ſermoné p̄trahétes,oía,q̄ ab ipſis dicunť,addétes,uoluntaté ipſoꝝ oſtendiſſe in decreto hoc de Fato: pluribus inq̄ exiſtétibus cauſis æqualiter,in oíbus ipſis dicūt uerū eſſe, q̄ impoſsibile ſit eiſdem circunſtantibus oíbus circa cauſam, & id cuius eſt cauſa,interdū q̄dé nō ſic,interdū uero ſic eue nire:fore enim,ſi ſic fiat,cauſam nō habenté motū ali-quē:ipſum uero fatū,& naturá,& rationē,qua uniuer ſum gubernatur,Deum eſſe dicūt,exiſtenté in omni-bus,q̄ ſunt, & fiunt, utentemq; ita oíum entiū p̄pria natura ad uniuerſi gubernationé. Et huiuſmodi q̄dé eſt,ut breuibus dicamus,eoꝝ opinio,q̄ iaciūt de Fato.

Refellitur prius dicta ratio,ceu falſas propoſitiones aſ ſumens. Cap. decimumquartum.

EOrum uero,quę dicunť,falſitas nō rationibus ali quibus,nec redargutionibus extrinſecus indiget, ſed eſt per ſe nota:q̄ enim redargutio poteſt eſſe ſermone ipſo manifeſtior,q̄ his nō cōcors eſt, de q̄bus dicit? Enimuero,qđ primo dicit,fieri oía primis, his quę poſt hęc fiunt,cauſis exiſtétibus, & hoc modo ſe mutuo cōſequétibus rebus,q̄ inſtar catenę,ex primis ſecūda depédeant,qđ,ut fati ſubſtantiá ſupponūt,quo pacto non aperte à rebus ipſis diſſonat? ſi enim filiorū patres ſunt cauſę:& oportet proprias cauſas exquirere ut ſit homo q̄dé hominis cauſa, equi uero equus:cu-ius nam poſteri cauſæ fuerint, q̄ nec oíno nupſerunt? cuius p̄terea pueri,qui antę ætatem perierunt? ſi qui-dē multa eorū,q̄ fiūt,ex defectu in quáto,aut nō mota, aut corrupta prius,nullius fuerūt cauſæ p̄ innatam eis facultaté.cuius etiá cauſas eſſe dicét,q̄ in aliquibus cor poris partibus excrementa naſcunť? cuius quoq; mon ſtra,& q̄ p̄ter naturá fiunt? q̄ nec ab initio permanere poſſunt.ſi aūt cortex in plantis gratia eſt περικαρπίου id-eſt eius qđ fructū cōtinet:id uero,quod fructū cōtinet gratia fructus:& irrigant quidé,ut alantur:alunť ue-ro,ut fructū ferát:multa tamē in eis eſt inuenire, q̄ nō hoc modo fiunt.cuius enim dixerit quis putrefactos, & aridos fructus cauſas eſſe eoꝝ,q̄ poſt hæc? cuius etiá folioꝝ quorundá germinationé? ex quibus euidés eſt his qui uera inſpicere uolunt, & poſſunt,q̄ quemad-modum non omnia agere posſibile eſt, ita nec omnis, q̄ facta fuerit cauſa,iam & cauſa eſt,aut facta é aut fiet: uerum nec oé,quod factū eſt,ſimul ac eſt,iam eſt cau-ſa futuri alicuius. At contra uenientes quidē dicere & & hæc,effugere uero ad hoc,q̄ ignotum ſit cuius ſint cauſę,ut & in ea deniq;,qua ipſi utunť, p̄uidentia co guntur ſæpius facere,eſt excogitare ſubſidiū indigen

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

tibus.nam hoc utentes licebit & de oĩbus maxime ab ſurdis dicere,q̃ & ſunt,& rationabiles habent aliquas cauſas,nobis autẽ adhuc immanifeſtas. Vtrũ igitur,his ita ſe habentibus,aliquid ſine cauſa fiet ? & hoc ſermo noſter teſtatur. An ſeruari etiam poteſt nullũ eorũ, q̃ fiunt,abſq̃ cauſa fieri,etiã hoc modo ſe habẽtibus re/ bus,ut nos dicimus.ſi enim, cum quieuerimus à cau ſarũ reſolutione,& ab hoc dicto,q̃ ad ea,q̃ primo facta ſunt,ſequit̃ neceſſario,q̃ ex natura ſua futura ſint cau ſæ,utpote q̃ in ſui ſubſtãtia cauſam amplectant̃,ab his q̃ fiũt. & poſterioribus aſsignationẽ cauſarũ faciamus: nec nõ eorũ,q̃ fiunt ꝓprie,cauſas q̃ramus: nullũ abſq̃ cauſa fiet eorũ,q̃ fiũt:nec ob hoc ex neceſsitate ab eiuſ/ modi fato erit undiq̃ qđ fit.nã nõ neceſſario Sophro/ niſcus,ſimul ac eſt,iã & pater eſt,& cauſa alicui poſte/ riorũ: ſed ſi Socrates fuit ex neceſsitate,fuit ei Soproni ſcus generationis cauſa ex neceſsitate . ſicut enim exi/ ſtente quidẽ fundamẽto nõ neceſſe eſt domũ iam eſſe factã: ſed domo exiſtẽte anteactũ fuiſſe fundamentum neceſſe eſt: ſic putandũ eſt & in his,q̃ natura fiũt,ſe ha bere cauſas ex neceſsitate: nõ q̃ ad ipſa prima ſe qua/ tur neceſſario cauſas eſſe quorundã,ſed ad ea,q̃ poſte rius fiunt,quod ex neceſsitate habere aliquas antece/ dẽtes cauſas. Sunt tamẽ quędã eorũ,q̃ fiũt,etiã eiuſmo di,ut habeãt quidẽ aliquã cauſam,nõ tamẽ ꝓpriã,nec ꝑcipuã,ſed ut aſſueti ſumus dicere per accidẽs. inuen/ tus enim theſaurus ab effodiente cauſa ſerendi habet quidẽ foſsionẽ cauſam,ſed non ꝓpriã,nec q̃ ꝓpter ip/ ſum fieret: nã q̃ ꝓprie ſunt cauſæ, aut ex neceſsitate ſo lũ,ut his uidet̃,& ut plurimũ cõſequẽs habẽt cauſatũ: ſed quæ ita per accidens ſunt cauſæ raro fiũt taliũ cau/ ſæ. Quapropter ad hoc modo dicentes ſimul quidẽ ſe quitur nihil dicere fieri abſq̃ cauſa,ſimulq; ſeruare q̃ à fortuna,& caſu aliqua fiant,& eſſe & quod in nobis, & contingens in rebus,nõ aũt uocẽ tantũ. Quo pacto etiam non eſt aperte falſum dicere oẽ,quod ad aliquid ſequitur,ex illo habere cauſam,ut ſit,& oẽ,qđ aliquid ꝑcedit,illi eſſe cauſam? uidemus enim quę ſe mutuo tẽpore cõſequunt̃ nõ oĩa ex prioribus,& prius genitis fieri: nec.n.eſt ãbulatio ꝓp ſurrectionẽ,nec nox ꝓp diẽ nec certamẽ Iſthmicũ ꝓp Olympicũ, nec ꝓp hyemem æſtas. Vnde & admiratus quis ipſos nõ iniuria fuerit, qui hoc modo cauſarũ aſsignationẽ faciunt: ut ſemper quod primo factũ eſt,cauſam eſſe dicãt eius, quod eſt poſt ipſum: & faciãt cõnexum quẽdam, & cauſarũ con tinuationẽ: & hanc afferunt cauſam huius, quod ni/ hil abſq̃ cauſa fiat: cũ in multis uideamus & prius, & poſterius factis eandem eſſe cauſam . ſurgẽdi quippe, & deambulandi eadẽ eſt cauſa: nõ .n. ſurrectio deam/ bulationis,ſed utrorũq̃ ſurgens ipſe , & deambulans eſt cauſa,& huius præelectio. uidemus quoq̃ noctis, & diei ordinẽ quẽdam inter ſe hñtium unã, & eãdem eſſe cauſam : ſimiliterq; mutationis tẽporũ: non .n.eſt hyems æſtatis cauſa,ſed & illorũ,& iſtius Diuini cor/ poris motus,& circũlatio,& declinatio in obliquo cir culo,qua ſol motus oĩum prius dictorũ pariter ẽ cau/ ſa: & q̃ nox non eſt diei cauſa, aut hyems æſtatis: nec ſunt inter ſe cõplexa inſtar catenæ,donec hæc fiũt: aut ſi non ſic fiãt,diuellet̃ mundi,& eorũ,quę in ipſo ſunt, & fiunt,unio: ſufficiunt enim diuina corpora, & horũ circũlatio ad ſeruãdam eorũ,quæ in mũdo fiũt,conti/ nuationẽ: ueru nec deambulatio eſt abſq̃ cauſa,quo/ niã non ex ſurrectione habet cauſam. Quare hęc cau/ ſarũ ſeries ab ipſo dicta nullam affert rationalẽ cauſam huius,q̃ nihil abſq̃ cauſa fiat . nam quẽadmodũ mo/ tus ipſi, & tẽpora cauſam quidẽ aliq̃ hñt: ſed nec mo/ tus motũ,qui eũ ꝑcedit,nec tẽpus tempus ipſo prius: ſic ſe hñt & q̃ in ipſis,& ꝓ ipſa res fiunt: nã cõtinuatio nis eorũ, quę fiunt, eſt aliqua cauſa, ꝓp quã mundus unus,& ſempiternus ſecũdum idem , & eodem modo ſemper eſt diſpoſitus: & hãc oportet quærere,& aſſu/ mere cauſam: quę tñ non eiuſmodi putãda eſt,quoad ex antiquiori fiat recẽtius: ut uidemus in generatio/ ne fieri ipſorũ aĩaliũ. rationi.n.conſentaneũ eſt & prin cipium quoddã eſſe dicere in cauſis, quod nullũ am/ plius ante ſe principiũ,& cãm habeat: nõ.n.ſi oĩa,quę fiũt oĩa cãs hñt, iã & oĩum cãs aliquas eſſe neceſſe eſt: non.n.oĩa entia fiunt. quomodo enim nõ eſt abſurdũ in infinitum dicere abire cauſas,& ſerie ipſarũ,& cõne xum,ita ut nihil primũ , nihil ultimũ ſit ? nullã enim dicere eſſe primã cauſam,cauſam eſt interimere: ſubla to enim principio, & id quod poſt ipſum eſt,auferri neceſſe eſt. Interiret & hac ipſa ratione ſciẽtia: ſiquidẽ eſt ſcientia proprie primarũ cauſarũ cognitio: nõ eſt au tem ſecũdum eos in cauſis primum. Nec quęcũq̃ or/ dinis transgreſsio deſtruit ea, in quibus fit : quędam enim etiã præter ordinẽ regis fieri nõ impoſsibile,quę regnũ ipſum oĩno nõ iam deſtruunt. nec ſi aliqd eiuſ/ modi in mundo fiat,iam oĩno hoc diſſoluit mundi fe/ licitatẽ,ſicut nec domus,dominiue quęuis ſeruorũ in curia. Quæ uero dubitãt aduerſus id,quod in nobis, eiuſmodi eſſe,cuiuſmodi cõmunis hominũ exiſtima/ tio credidit,dubitare quidẽ ratione nõ uacat: ſed du/ bitatis , ueluti cõcesſis ductos deſtruere quidẽ, quæ admodũ euidẽtia ſunt : & adumbrationẽ quãdam, & ludũ oſtẽdere hominũ uitã: & cõcertare dubitatis ad/ uerſus ipſos,quo pacto nõ oĩno irrationabile eſt? non enim,ſi quis Zenonis rationẽ aliq̃ contra motũ ſolue re nõ poteſt,iam & motus eſt auferẽdus: magis ſiqui/ dem ſatisfacit rei ipſius actio ad aſſentiendum, q̃ om/ nis,quæ per rationes ipſum deſtruit, probabilitas.

Exponitur ratio ſumpta eſt ex habitibus animi, qua au ſerebãt id,quod in nobis,et ſoluitur. Cap. xv.

NEc deterius fortaſſe fuerit nos etiã ex his , quæ dubitantur ab eis,hæc ipſa prẽcipuæ,quibus ma xime cõfidunt,aggredientes,examinaſſe quo nã pacto ſe hñt: forte.n.nihil nimis apparebit in eis . Eſt itaq̃ inter ea,quę dubitant̃ ab eis, & qd eiuſmodi. Si hæc dicunt in nobis ſunt, quorũ etiã oppoſita poſſu/ mus: & in his ſunt laudes & uituperia,hortationes & dehortationes,ſupplicia & prẽmia: nõ poterunt pru/ dentes eſſe,& uirtutes habere,qui iã habẽt: quoniam nõ ſunt oppoſitorũ uirtutibus uitiorũ capaces: eodem quoq̃ modo nec uitia in malis,cũ hi nõ poſsint eſſe vl terius mali: atqui abſurdũ eſt dicere nõ eſſe uirtutes, & uitia in nobis,nec laudes , & uituperia in his fieri: non igit̃ quod in nobis ſeruant qui uitia , uirtutesq; non remouibiles conceſſerunt . Fortaſſe expeditius quod ſumit̃ poſſemus utiq̃ dicere,eatenus eſſe in ha/ bẽtibus ipſos habitus,quatinus,priusq̃ eos acciperẽt, poterant & non accepiſſe: nã & qui uirtutes hñt, cum eligere meliora,q̃ negligere maluerint,ſibi ipſis adipi/ ſcendarũ uirtutũ fuerũt cauſę,pariterq; qui uitia hñt. Eadẽ autem & in artibus ratio. nã & artificiũ unuſqſq̃ priusq̃ haberet artẽ,habebat & optionẽ ut artifex non

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

fieret: ſed cū in artificē euaſit, nō vlterius dñs eſt ne factus ſit, & euaſerit huiuſmodi: ſiquidē talium generationes in nobis ſunt. & hac de cauſa non eſt eade ueritas in futuris, & his, quæ ſunt, & his, q̄ iam facta ſunt. quoniā id, quod iam eſt, & quod iam factū eſt, impoſſe eſt aut nō eſſe, aut nō factū fuiſſe: at quod futurū eſt fieri cōtingit & nō fieri. idcirco, prius q̄ uirtutē haberet aliquis, uerū erat poſſe ipſum & nō eiuſmodi euadere: ſed qui talis euaſit, hic cū euaſit, verū eſt dicere ipſum iam euaſiſſe. Si igit̄ ex generatione prudens erat huiuſcemodi: hocq; una cū aliis ſibi à natura datis habebat, cū ab illa ſuſcepiſcet: nullo modo hic ex ſui facultate erat eiuſmodi: ſicut nec bipes, aut rationalis, nec q̄ erat eiuſmodi laudabat̄, ſed admirabat̄, ceu qui tale à natura donū eſſet aſſequutus. uelut. n. in ſanis, quicūq; natura imbecilles ex propria diligentia ſunt eiuſmodi, hos quidē laudamus, utpote qui decētem ſibi adhibuerint prouidentiā, pp quam prouidētiam nō ægrotāt: eos uero, qui ex natura ſani ſunt, & qui abſq; faſtidio, & curis nō ægrotāt, non ité laudamus, ſed beatos dicimus, ueluti ſine laboribus hoc ipſum hñtes, quod & in aliis amabile eſt, & ſi cū labore peruenerit. Eodé modo uel etiā magis in uirtutibus faceremus, ſi ex natura alicui adeſſent: quod in Diis ꝓculdubio facimus. ſed q̄a nobis hoc impoſſibile eſt: nihilq; à natura impoſſibile eſt expetendū: ſiquidē ipſa eſt poſſibili, & impoſſibili mēſura: eſt enim uirtus perfectio, & ſupremū ꝓpriæ cuiuſq; naturæ: nequit auté quod imperfectū eſt in ipſa eē pfectione: cū omne, quod fit, ſimulac genitū eſt, impfectū ſit: nec homo ipſe cū uirtute naſci poteſt. nō fuit tñ ei natura nō auxiliatrix ad eius adeptionē: ſed ab ipſa uim, aptitudinemq; habet, qua illius capax ſit: qua nullū cæteroꝝ aīaliū pręditū eſt. & ex hac poteſtate homo ab aliis aīalibus natura differt: quāuis à pleriſq; aīalium deficiat in corporeis exuberātiis. Si igit̄ hāc uirtutū capacē poteſtatē ſic à natura haberemus, ut ꝓfecti, & pfecti etiā hāc ſumeremus, ut deambulationem, ut dentes, ut genaꝝ pilos emittere, ut aliud quid eoꝝ, quæ nobis ſecūdum naturā poſt accedunt: neq; hoc pacto etiā in nobis eſſent uirtutes: quēadmodū nec aliquid eoꝝ, q̄ prius dicta ſunt: cū neq; hoc modo ipſas cōparemus. ſi. n. prudentia, & uirtus, ut cętera, hoībus eſſent cognatæ: oēs profecto, aut ſalté plurimi, ut cætera à natura ipſi aſſequimur, ita nō facultatē ſolū uirtutū capacē, ſed & ipſas ſanè uirtutes ab ipſa haberemus: & hoc pacto laudes, & uituperia, & alia id genus fruſtra eſſent: īmo in uirtutibus, & uitiis Diuinioré quēdā pretextū, & ſubſtātiā ex p̄ſentia ipſaꝝ haberemus. At q̄a nō ſic ſe habet: nā nec oēs, nec plurimos uidemus qui uirtutibus pręditi ſint: quod eſt eoꝝ, q̄ natura fiūt, argumētum: ſed amabile eſt vnū fermè eiuſmodi accepiſſe, qui p exercitium, & doctrinā oſtēdat ipſoꝝ hominū ad cætera animalia naturalé exuberātiam, p ſe ipſum addēs neceſſariū, quod deeſt naturæ noſtræ, qua cauſa & ex nobis uirtutes ipſas acquirimus. Nec inutiles, aut inanes ſunt laudes, & uituperia, & ad meliora promotiones, nec uita ſecūdum leges p optimas cōſuetudines. nam eoꝝ, q̄ natura aliquibus inſunt, nullum vnq̄ ex aliqua cōſuetudine potuit diuerſum fieri: nō ita ipſum graue tā ſæpe ſurſum proiici poterit, ut aſſueſcat ſui natura ſurſum ferri: ſed tales, & tales mores hominū ex diuerſis aſſuetudinibus fiunt: & in naturalibus primos habitus adepti ſic p ipſos operamur: nō. n. quia ſæpe uidemus, uiſiuū habitū adipiſcimur, ſed ipſum hñtes ſic uidemus. At in nō naturalibus ex actionibus ipſos habitus acquirimus. nā nec in fabrū lignariū quis aliter euaſerit, niſi qui ſæpius illius actiones exercuerit ex ſuppoſitionibus docētis. quare cū & uirtutes hoc modo acquiramus: agētes. n. & tēperata tēperati efficimur: nō inerūt nobis à natura. Qui uero dicunt nos ex neceſsitate eē, & fieri tales: nec facultatē nobis relinquunt hæc ipſa agēdi, & nō agēdi, quibus eiuſmodi euadamus: & ob hoc nec his, qui flagitioſi fiunt, licere nō hæc agere, q̄ agentes tales efficiunt̄, nec etiā nobis: quo pacto nō fatebunt̄ flagitioſiſſimū aīaliū oīum à natura hominē factū eſſe: cuius cauſa cętera omnia facta eſſe dicunt, ceu ad eius ſalutē conducentia. ſi enim uirtus, & uitium ſola bonum, & malum ſunt ſecundum ipſos, illa quidem bona, hoc uero malum: nec aliud cæterorum animalium neutrius horum eſt ſuſceptiuū: hominū vero plurimi mali: immo unus tātum, uel duo boni ab his geniti fuiſſe fabulant̄: ueluti quoddā inopinabile aīal, & præter naturā Phœnicē rarius, quæ eſt apud Aethiopes. at ſi oēs mali, & ęque īter ſe ſic affecti, ut nihil diſtet alius ab alio: inſaniūtq; eodé modo oēs, quicūq; non ſunt ſapientes: cur nō & aīal oīum infeliciſſimū homo fuerit, cū & uitium, & inſaniā ſibi cōnata, & nō ſorte euenientia habeat? Sed examinare, p̄ter rationabiles opiniones, eas quæ in decretis ſuis, quibus à ueris plurimū diſſonant, in p̄ſentia recuſandū. Redeundum auté vnde diuerteramus. Demōſtrauimus quippe ſic ineſſe ipſi prudenti eiuſmodi eſſe. q̄a huiuſcemodi inquiſitionis, & ipſius adeptionis ipſe eſt auctor: eò q̄, & ut non talis euaderet, prius optioné habebat: habitū tñ non item habere in ſeipſo: ſicut nec in eo, quod ab alto demiſſum eſt, eſt ipſa quies, quāuis ut ꝓiiceret̄, & non ꝓiiceret̄ habere facultatē. At in ipſis actionibus, quaꝝ habitū hñs operat̄, etiā aliqua nō agēdi. ná & ſi q̄m maxime rationi cōſonū ſit prudentē cū ratione, & prudētia actiones ſuas agere, primū quidé nō determinate operationes iſtæ eiuſmodi ſunt, aut ad hoc uſq; actæ: ſed oīa, q̄ hoc modo fiunt, ſunt in latitudine quadā: & quod paulū eſt in his ꝓpoſitū nō interimit. Præterea nō coacte aliquid eoꝝ, quæ eligit, prudens facit, ſed ceu & non agēdi aliquod hoꝝ ipſe dñs exiſtēs: rationabile. n. fortaſſe prudēti uiſum fuerit, & ꝓ oſtēdenda in actionibus libertate, etiā non feciſſe q̄ñq; quod de ipſo rationabiliter dicit̄, ſi aliqs ei uates p̄dixerit factuꝝ ipſum hoc neceſſario. & quidé ipſi uates hoc nō abſq; cōſideratione dicunt: fugientesq; redargutiones, q̄ in promptu ſunt, nihil huiuſmodi dicunt his, qui redarguere poſſunt: ſed quēadmodū tēpora ipſa p̄finire eorum, quę ab ipſis, ut futura, prædicunt̄, ceu facile reprehenſibile euitāt: ita & aliquid cauét dicere, & præſagire his, qui quāprimū poſſunt uaticinii oppoſitū feciſſe.

Ex Deorū præcognitione nō inuehi futurorū neceſſarium euentum. Caput decimumſextum.

DIcere uero rationi congruum eſſe Deos ipſos futura p̄noſſe: abſurdum ſiquidē eſſe dicere eos futurorū aliqd ignorare: & hoc aſſumētes aſtruere inde tentare ex neceſsitate oīa, & fato fieri: nec uerū eſt, nec rationi conſonum. nam ſi hoc ipſa rerū natura concedat, nullos certe rationabilius eſt Diis ipſis ma-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

gis futura prænosse: sed cum non possit ipsa eiusmodi prędictioné, præcognitionemq; suscipere: nec Deos ipsos rationabile utiqꝫ fuerit aliquod nosse impossibilium: quę enim sui natura impossibilia sunt, eandem etiam apud Deos naturá seruant: impossibile enim est & Diis aut diametrum lateri cõmensuratam fecisse, aut bis duo quinqꝫ esse, aut eorꝫ, quę facta sunt, fuisse aliquid nõ factum: neqꝫ enin principatum uolunt in impossibilibus: sic enim esset in his, quæ dicuntur, discordia: quibus ęquę impossibile est & quod sui natura potestatem habet, qua fieri, & nõ fieri possit, ut omnino futurum, aut ut nõ futurũ ita prænosse. si enim ante ipsa præcognitio de ipsis tollit ab eis contingentiam, proculdubio, si hæc seruaretur, impossibilis eét de eis pręcognitio. Quòd enim etiá secũdum hos hoc sic se habeat inde euidens est, qꝫ ipsi assumentes Deos futura prenosse, ex hoc astruunt ipsa ex necesitate fore: ac si, nisi hoc modo fierent, non præcognoscerétur. Si autem ad Deorum præcognitionem, & prędictionem necessarium sequitur etiam secundũ eos, si nulla sit in his, quæ fiũt, necesitas, neqꝫ utiqꝫ secũdum eos Dii futura prænouerint. quare & ipsi eandem Diis impotentiam seruãt: siquidem p impotentiam, & imbecillitatem oportet dicere fieri hoc, quod est impossibilia nõ posse. Non itaqꝫ numini plus aliquid posse p prædictionem addunt: sed ex huius assumptione reꝫ naturam eiusmodi introducũt, nullatenus cõsequentia, & consona his, quę fiunt, & euidentibus dicentes. nam hoc utétes licebit impossibilia omnia demõstrare: eò qꝫ rationi cõsonũ sit ipsa Deos nõ ignorare. põt enim quis assumens absurdum esse Deos ipsum infinitum ignorare, ponens quot habet mensuras, cũ hoc assumere impossibile esse cognoscere infinitum quot habet mensuras. quod si hoc, impossibile esse infinitũ terminatarum esse mẽsuraꝫ: si enim nõ sic erat, neqꝫ Dii ipsum quot habet mensuras nouissent. Quoniam uero si futura p̃cognoscere est, & res ipsas eiusmodi, quales sunt, cognouisse (aliud enim est pręcognoscere ab ipso facere) proculdubio cõtingentia pręcognoscẽs, ut talia pręcognoscet: non enim est pręcognitio ipsum contingens, ut futurum, necessario futurum esse dicere: quare & Dii contingentia, ut cõtingentia, utiqꝫ prę cognouerint: ad quod ex huiusmodi prenotione non omnino sequetur necesitas. Sic quoqꝫ & prædicétes audimus: qui enim cũ consultatione aliqua eligendi, aut agendi, quę opportuna sunt, prædicunt, nõ ut necessario futura de quibus prædicunt. In uniuersum autem si quidem omnia Diis dicunt esse posibilia: erunt etiá impossibilia illis posibilia: nõ ostendet tamen ex illoꝫ pręcognitione de futuris omnia, q̃ fiũt, necessario fieri. At si concedant impossibilia etiá Diis esse eiusmodi: primum quidem oportet eos ostẽdere posibilem esse eiusmodi præcognitionem: deinde sic ipsam in Deos reponere: nam nec euidens est, nec his, quę fiunt, consentaneum eiusmodi de futuris Deos ipsos facere præcognitionem. Nos igitur nec Diuinatoriam tollimus, nec deorũ præcognitioné, ut res ipsę natura se habent, taliter eos de ipsis prędicere dicétes. Veꝫ nec hominum utilitatem ex Diuinatoria auferimus: quæ fit, ut posit quis euitare quod forte nõ euitasset, nisi cõsuluisset: Dei quoqꝫ laudantes Diuinatoriam, & secundum hanc rationem solum ipsam dicentes seruari, & qui hac utuntur, ut persuadeant qꝫ omnia fato fiunt, cum hoc, qꝫ nihil ueri dicunt, absurda etiam quædam, & aliena omnino à diis de ipsis audét dicere. Cur enim absurda non sunt, quę de his ab eis dicuntur? Dubitãtibus enim quibusdã aduersus eos, cur si omnia, quę fiunt, ex necesitate fiunt, Deorum diuinationes consultationibus similes fiũt, ut possint qui audierunt, ob quod audierũt, & uitasse aliquid, & fecisse. Itaqꝫ & datum Laio responsum accipientes, quo ei dicit Pythius non oportere eũ filium generare: nam si filium genueris, interimet te filius, & inundabitur domus tua tota sanguine: aiunt, ut ipsorũ opera promulgaret, sic eũ respõsum dedisse, nõ ut nõ sciétem minime persuasum iri (omnibus enim magis nouerat) sed quia nisi sic responsum dedisset, nullum eorum, quæ per insolentiam effrenem circa Laium, & Oedipum facta fuerunt, futurum fuisset: nam nec exposuisset sibi genitum filium Laius, ut exposuit: nec sublatus puer à bubulco, & datus in adoptionem Corinthio Polybo, uir factus, & Laio in itinere occurrẽs, ignoransq;, & ignoratus ipsum interfeciisset: nũquam enim domi, ut filius, apud eum educatus parẽtes ignorasset, ut illum quidem ipsoꝫ interficeret, hanc uero uxorem duceret. ut igitur hęc omnia seruarent, compleretur q; fati facinus, imaginationem quandam prębuit Laio Deus, tanq̃ posset ea, quę dixit euitasse: & quia temulentus filium genuit, exposuit filium genitum, ut ipsum pernecaret, quæ expositio impiis fabulis causa facta fuit. Verũ qui hęc dicit, quomodo aut Diuinatoriam seruat, aut docet Diuini cultus existimationes? aut quã utilitatem docet ipsam habere Diuinatoriam? nam Diuinatoria uidetur esse futurorũ prædictio. Sed hi Apollinem factorem faciũt eoꝫ, quę prædicit: qꝫ enim non sic factũ fuisset, nisi hoc modo responsum dedisset Deus: & propter hoc sic ipsum responsum dedisse, ut fierent, quæ de ipsis dixerat: nõne potius opera sunt respondentis, q̃ núciatio futuroꝫ? At si etiam opus est plus aliquid cæteris uatibus habere Deos ipsos, utpote qui & futuris coagant, ut fiát opem præstantes: nam & poetę hoc de Diis canunt, qꝫ scilicet datores bonorum sunt: ex hoꝫ uero dictis ad nullum hoꝫ Pythius Laio conduxit: cõcertat, & omnia agit, ut nihil nefandum, nihil impiũ domus eius prætermitteret. quę profecto quisquis audiat, nõ magis piam, quę ab Epicureis dicitur, improuidentiam huiuscemodi prouidentia dixerit. Prętera quo pacto inter se concordant simul quidem Fatũ ipsum Deum dicere, & uti his, quæ sunt, & fiunt in mũdo, ad ipsius mundi salutem, & ordinem seruandum eoꝫ, quæ in ipso sunt, simulq; talia de ipso dicere, ut assumat ad impiissimas actiones ob studiũ circa hæc ipsa & Pythiũ coadiutorem. Ad quorum enim salutem dicent fatũ ipsum uti nec patris à filio, & nuptiis matris, & filii iniquis, & generatione filiorum fratri, & patri? Cur rationabile est administrationis, quæ in mũdo est ex his salutem habere, ut & Apollo timeat ne aliquod horũ non actum prætermittatur? erunt ne impedimento, nisi fiant, administrationi hominum erga ciuitates, & leges, aut elementorum saluti in mundo, aut ordinatissimę, & ętternæ Diuinorum corporũ circunlationi, aut alicui eorum, ex quibus constare mundum, & gubernari ratione contingit? Proculdubio rursus & aliquam alteram fabulam ab aliquo ex Tragœdis audire poterunt, quorum opera sunt eiusmodi figmenta: aut mulierem aliquam ex ζηλοτυπίας, idest ex suspicione in amore insidias parãtem filiis alterius, & pro-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

prios pernecantem: aut Thyestem quédam infelicem senem carnes filiorum suorum deuorantem, Atreo quodam fratre eiusmodi ei mensam apponente. Credunt autem fabulis ceu factis, fatumq;, & prouidentiam per hæc astruunt, ueluti studiose contendentes quę astruere uolunt per ipsas astructiones destruere: quauis longe melius, & erat uenia dignius suppositiones ipsas interimere, propter eam, quæ ad ipsas sequitur, absurditatem, quàm hæc absurda propter suppositiones asserere: hi uero & facile absurdissima quęq; credunt: & quòd secundum rationem ipsa fiant aliquas adducere causas non pigritant. Sed de his satis, sufficit enim in singulo ostendisse opinionis absurditatem. abunde enim puto ostensum esse, quo pacto inesse prudenti dicitur prudentem esse, quáuis non possit non esse prudens: non quia nō insit ei, cum est prudens, eiusmodi esse: esset enim & tunc dominus huius, quòd est prudentem non esse: sed quia priusq̄ eiusmodi fieret, habuit non minus, ut non eiusmodi euaderet, quàm ut euaderet, facultatem: propter quā prędiximus causam, ut talis fieret, seipsum adiuuit. At in ipsis Diis non est, q̄ eiusmodi sint: quod & ipsum erat in dubitatis ab eis: quia scilicet in eorum natura est q̄ ita affecti sint. Sed nullum eorum, quę hoc modo alicui insunt, in eo est. propter hoc enim illorum quidē bona honorabilia sunt, & beatificabilia, maius quid laudabilibus bonis habentia: quoniam & omnino eorum natura capax non est. nos uerò in adeptione uirtutum laudamur: eò q̄ cum natura nostra etiā deterioris sit capax non est. non fuimus segnes ad meliora: quáuis deteriora ipsa absq̄ sudore, & laboribus acquiri posse uideantur: uirtus uero non sine doloribus, & laboribus, & sudoribus multis. habet tamen & prudens in singularibus actionibus etiam nō agēdi ipsas facultatem: cum & in illis actiones aliquę fiát circa cōtingentia, & quę aliter se habere possunt. ná nec facultas Pythio surrepta est, ut eidem responsum det, & non det, nec Aesculapio tuendi. quippe omnes ferè homines ad eum confugiunt, ubi prędsertim maxime insignis habetur, credētes, q̄ his, qui medicum ipsum habere student, his qui non student, seipsum magis præstet.

Confutantur dicta illorum, qui asserunt se seruare id, quod in nobis, in uero sensu, eo quòd id non sit in omnibus, quæ per impulsum agunt.

Caput decimumseptimum.

DIcere uero præstare illos, qui non putant in seruando actionem animalium impulsoriam seruari iam & id, quod in nobis, eò q̄ nō omne, quod per impulsum fit, in his sit, quæ per impulsum agūt: & propter hoc interrogare, num quod in nobis est, actio quædam sit: & subinde, hoc sumpto, interrogare, num actionum ipsarum aliquę quidem per impulsum esse uidentur, aliquæ uero non per impulsum: quo sumpto illi rursus addere, actionum quidē, quę non per impulsum, nullam in nobis esse: hocq̄ cōcesso, ad hæc assumere omne, quod per impulsum fit, in his esse, quę hoc modo agunt, quoniā in nullo sit eorum, quæ aliter agunt: & propter hoc dicere secundū ipsos quoq̄ eundem eius, quod in nobis est, modum seruari, quod possit a nobis fieri, & non fieri: & quæ sic fiunt inter ea numerari, quæ per impulsum fiunt: quo pacto non sunt dicta eorum, qui ea penitus ignorant, de quibus sermones faciunt? non enim, si in his, quę per impulsum aguntur, id quod in nobis, esse cōcessum fuerit per rationem, iam omne, quod per impulsum fit, in nobis: nam ex his, quæ per impulsum fiunt, illa tantum in nobis sunt, quęcunq̄ per rationalem impulsum aguntur: rationalis uero impulsus in consultatoriis, & uoluntariis fit, is scilicet, qui est hominum, cum in his fiat: cęterorum siquidem animalium, quę per impulsum fiunt, actiones, non eiusmodi: cum non item sit in illis facultas agendi, & non agendi quod per impulsum fit. idcirco in actionibus secundum impulsum est id, quod in nobis, nō ob hoc tamen omnis, quę per impulsum actio fit, id quod in nobis, continet. Quo pacto etiam non ignorát hi quæ ipsi faciunt? cum ueritate eorum, quę fiunt, quam destruunt ex decreto, utuntur ad astructionem decreti ipsam interimētis. Sumentes enim singulum eorum, quę natura constant, fato esse tale, quale est, tanquam q̄ idem sit natura, & fatum, addunt hoc, igitur & fato sentient animalia, & per impulsum mouebuntur: & animalium alia quidem solummodo agent, alia uero rationalia agent: & alia quidem peccabunt, alia uero recte agent: hęc enim his secūdum naturam quidem: sed cum peccata sint, & κατορθώματα, idest recte facta: & eiusmodi naturæ, & qualitates non ignorentur: sunt & laudes, & uituperia, & supplicia, & prędmia: hęc enim hunc inter se ordinem habent, & sequelam. non tamé etiam sequitur hęc hoc modo fieri his, qui naturam, & ea, quę secundum naturam fiunt, ad ipsum fatum & necessitatem transferunt: actiuis enim, & rationalibus animalibus natura inest & peccare, & recte agere posse, cum neutrum horum coacte faciant: & hoc est uerum, & hoc modo se habet: sed nón apud eos, qui nos omnia, quę facimus, facere dicunt ex necessitate: deinde eorum, qui rationabiliter agūt, alios quidem recte agere, alios uero peccare. ex necessitate autem omnia facimus secūdū quos impossibile est hisce quibusdam circūstantibus non hæc agere nos: ex necessitate uero semp hęc circunsistūt, propter quæ agimus: non enim eum, qui quouis modo gratiosum q̄d agit, recte agere quis dicet: sed nec peccare eum, qui quouis modo flagitium aliquod committit: sed cú quis eligit, & agit meliora, cui facultas inest & deteriorū, hunc dicimus recte agere. Itaq̄ eum, qui à fortuna hęc ipsa fecerit, minime dicimus recte agere: ita vt recta actio non à rebus tantum, quæ fiūt, iudicetur, sed longe prius ab habitu, & potestate, à qua aguntur. eadem & de peccatis est ratio. At si facultas nostra agendi alia quædam prędter ea, quæ agunt, à circunstantibus est ereptа: cum nihil ipsa conferat his, ut illa ipsis circūstét, propter quę agunt: quomodo amplius quis hos peccare, aut recte agere dicet? nam nec huiusmodi habitus, à quo his circunstantibus impulsus fit ad hęc certa quędam agenda, est in eis facultas: nec huius q̄ ipsa circunstantia eiusmodi sint. hac enim de causa nullum ex brutis animalibus de his accusatur. ductus autem ad agendum, & ab habitu, & à circūstātiis quibusdam: cum ipse nullius sit dominus, q̄ non hoc modo se habeant: peccare amplius, aut recte agere in his, quæ hoc modo fiunt, minime dicetur. sed quia & laudes, & uituperia, suppliciaq̄;, & prędmia in peccatis, & recte factis sunt, ut & ipsi dicūt proculdubio, his sublatis, illorum quoq̄ singulum sublatum fuerit. Sed recte agere de ipsis Diis non proprie dicetur, sed uelut

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

par ei,quod est bona agere:siquidem in quibus est recte agere,in hisce & peccare:natura uero Diuina non est peccatorum capax:propter hoc enim nec Deos laudamus,cum meliores sint eo,cui laudes congruunt, & rectis actionibus,in quibus sunt laudes.

Falsam esse rationem illam,quæ nititur ostendere,nisi omnia fato fiãt,leges auferri Cap.decimũoctauũ.

RAtio quoq; illa prætermittenda à nobis non est, qua fidunt,utpote, quę aliquid propositorum demonstrare possit.Dicunt enim.Non est quidé eiusmodi εἱμαρμένη idest fatum,& causarũ series, nõ est quoq; πεπρωμένη idest quæ omnia terminat:non est qdé πεπρωμένη,nõ est quoq; ἀῖσα,idest quæ semper est:non est quidem ἄῖσα non est quoq; νέμεσις idest distributio:non est quidẽ νέμεσις nõ est quoq; lex:non est quidem lex,non est quoq; recta ratio,quę quidem quę agenda sunt imperet, q̃ uero nõ agenda abdicet:sed abdicantur quidem peccata, imperantur uero recte acta:non igitur est quidem huiusmodi fatum,non sunt quoq; peccata,& recte facta:sed, si sunt peccata,& recte facta,est uirtus,& uitium:si uero hęc, est honestum & turpe: sed honestũ quidé laudabile, turpe uero uituperabile:non igitur est fatum eiusmodi,non est quoq; laudabile,& uituperabile: atqui laudabilia quidem pręmio digna snnt,uituperabilia uero supplicio:non igitur est eiusmodi fatum,nõ est quoq; præmium,& supplicium:sed honor quidem est præmii meritum,supplicium autem castigatio:non igitur est fatum eiusmodi,non est quoq; prędmii meritum,& castigatio:si uero hæc interdicta sunt esse: si omnia fato fiunt,erunt recte facta,& peccata,& honores,& supplicia,& præmiorum merita, & laudes, & uituperia. Verũ,si hæc ab aliquibus ipsis circunstantibus causis sic coguntur dicere, ignoscendũ est eis:nec est aliqd à nobis de his, q̃ ab eis necessario dicunt, negociãdũ: nec ab eis, de his,quæ non eo modo, quo ipsi dicuntur: singulis enim eorum,qui aliqua dicunt, & opinantur,circunstantium uis adest:nec ipsos dicentes in aliquo accusare opus est,cum nihil ipsi ad sic dicendũ conferant:siquidem nec circunstantium,nec ipsius habitus,per qué à circunstantibus sic ipsis moueri accidit,causam in se ipsis habent. At si facultatem habemus & deterius,& melius aliquid dicendi: quis non ipsorum rationis compositionem miratus fuerit, ut incompositam,& ex concesis,& euidentibus concludentem uerbum, non quoq;, quorum erat uerbum igitur,longi circa syllogismos exercitii? Ponunt siquidem fatum ad ineuitabilé eorum,quę fiunt,actioné, uti omnibus his,quæ fiunt, & facta sunt, eo modo, quo unumquodq; ipsorum factum est, & natura se habet,lapide quidem ut lapide,planta uero ut planta, animali quoq; ut animali:si uero ut animali,etiam eo, quod impulsoriã uim habet,ponẽdo ipsum uti aĩali, vt aĩali & ut habẽte uim impulsoriã:& fieri quęcunq; ab animalibus fiunt per ipsa animalia & animalium impulsum:cum tamen, etiam hæc sequuntur ad aliquas circunsistentium eis tunc necessario causarum: ex quibus putant se etiam in nobis aliquid situm esse seruare ob id, quòd & animalia agere per impulsum seruent in eo,quod est fato omnia fieri.aliasq;,quas inarrogant,rationes,& hanc ipsam propositam, ut mihi uidetur,non ueram:eatenus ei credẽtes, quatenus ex longitudine,& multitudine nominum,& obscura compositione decipere putant audientes. Sed uideamus & nos quod dicitur per hanc, multa positorum nominũ in præsentia recusantes,ipsam πεπρωμένη & νέμεσιν, & ἄῖσαν subtrahẽtes (quibus nominibus in his,quas ipsi uolunt,significationibus utantur) in cęteris perscrutabimur.Discere siquidem dignum necessitatem sequelæ illius,non est quidem eiusmodi fatũ non est quoq; lex.nam si quę fato fiũt sequuntur causas,quę ipsa necessario circunstant:nec fieri potest, ut qui per impulsum agit,non has sequatur causas, causam,quæ ex ipso est,omnino illi connectens:quemadmodum nec lapis ab alto demissus non feratur deorsum:aut sphæra per decliue non circunuoluatur, demissa per ipsum: quæ nam erit ulterius legum utilitas?nam quemadmodum lapis à dicente non oportere deorsum ferri nunquam impedietur:tum, q; ipse huiusmodi natura sit:tum, q; externas habeat ad hoc iuuantes causas:ita nec aliquis nostrum, ratione, aut lege aliter putante,præter necesitatem circunstantiũ agere unquam persuadebitur. nihil enim nobis plus est ex hoc, q; cognoscamus quę leges imperant, cũ causas anteiactas habeamus,quibus circunstantibus necesse est impulsum sequi. Hoc autẽ pacto omnis, quę ex legibus habetur,utilitas iure sublata fuerit:siquidem leges imperant,quę agenda sunt,prohibent uero quę non agenda.sed non sequitur ad legum imperium,ut agamus,quę per impulsum agimus: cum circunstantes causæ ad alia quędam necessario nos moueant, & ferant: legum autem utilitate propter huiusmodi fatum sublata,ipsæ quoq; leges auferentur.quę enim est utilitas legum,quibus parendi facultate à fato priuamur?nõ igitur ad hoc, q; eiusmodi fatum sit,sequitur legem esse: contraria enim fatum & lex:cum scilicet lex quę agenda,quęue non agenda imperet, utpote cui imperanti possint parere qui agunt:idcirco & eos,qui non parent,ut peccantes,dãmno afficit,honore,eos,qui parent,ut recte agentes:fatum uero omnia quę fiunt necessario,& per similes dicit causas fieri:eorum uero quę ex similibus causis fiunt, ĩpossibile est hæc quidem esse peccata dicere,illa uero recte facta.Si enim dicat quis etiam ipsam legem in necessariis,& anteiactis a fato causis si tam esse,euidẽs est ipsam quoq; coactam irit: quemadmodum & in agentibus per impulsum, quæcunq; secundum ipsas fiunt, in circunstantibus causis sunt: non circunstabunt autem his, quæ agunt, quæ non secundum Ipsas. Qui uero hanc non agendi,quę leges iubent,causam habent, apertisime carebunt uituperio: quomodo enim digni erunt?quod igitur est in circũstantibus secundũ necesitatẽ causis,ad quas non potest impulsus non sequi, non erat ex legibus causa,cũ necesitas aliqua,& fatũ adesse impedierit. Sed hoc pacto nulla lex fuerit sibi obedientes habens:cum illis opus sit dicere ei parere eos, qui ex necesitate sequunt:& eos q nõ parẽt ex necesitate aliqua à persuasione impeditos fuisse. Quapropter longe uerius esset connexum illud,si est eiusmodi fatum,non est lex:lege autẽ sublata, & una peccato,& recte facto, merito sublata fuerint (ut & ipsi ex consequentia rationali sumebant) uirtus,& uitium:& esse in hominibus aliquid turpe, & honestũ & laudabile,& uituperabile,quodq; præmio,pœnaue dignum sit.Nihil igitur manet rationis illius ab eo in

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

terrogatę, qui tanta arte ipſam aſtruxit. Sequetur, autem ad eos conſequentia, ſi ex imo incipiamus, quam dicunt ſequi ad eos, qui tentant tollere quod in nobis eſſe eo modo, quo hi ipſi, qui illud confeſſe ſeruant: cum ob hoc, ꝙ aliis hæc ipſa inferre anticipauerint, nō uideantur ad eos ſequi, qui putant ſe ſubterfugere. ſi enim non ſunt præmia, nec ſupplicia, nec laudes, nec uituperia: ſi uero non hęc, nec delicta erunt, nec recte facta: ſi uero non hęc, nec uirtus erit, nec uitium: quæ ſi non ſint, ꝙ nec Dii, dicunt: atqui primum, non eſſe ſcilicet præmia, nec ſupplicia, ſequitur ad id, quod eſt omnia fato fieri, ut oſtenſum eſt: ultimū igitur, quod eſt abſurdum, & impoſſibile interimēdum eſt, omnia fato fieri, ad quod illud ſequebatur.

Improbatur ratio illa, quæ arguit, niſi omnia fato fiant, auferri uirtutes, et uitia. Cap. decimumnonum.

SEd uideamus etiam ſuper hoc rationem interrogatā, an non eaſdem uires habeat. Dicit autem hoc modo. Non omnia quidem fato ſunt, nō eſt quoꝙ non prohibita, & non impedita mundi gubernatio: non eſt quidem hoc, non eſt quoꝙ mundus: non eſt quidem mundus, non ſunt quoꝙ Dii: uero ſunt Dii, boni ſunt Dii: ſed ſi hoc, é uirtus: ſed ſi uirtus eſt, prudētia eſt: ſed ſi hoc, é ſciētia agendoꝝ, & nō agendorū: ſed agenda quidem ſunt recte facta, non agenda uero peccata: non igitur omne quidē fato fit, non eſt quoꝙ peccatum, & recte factum: atqui recte facta honeſta ſunt, peccata uero turpia: & bona quidem laudabilia: mala uero uituperabilia: non igitur omnia quidem fato fiunt, nō ſunt quoꝙ laudabilia, & uituperabilia: ſed ſi hoc, ſunt laudes & uituperia: ſed quę quidem laudamus prędmio afficimus, quę uero uituperamus ſupplicio: & qui quidem honorat prędmio afficit, qui uero punit caſtigat: igitur non omnia quidem fato fiunt, non eſt quoꝙ prędmii contributio, & caſtigatio, Hæc quoꝙ ratio, ab eadē palęſtra exiſtens, euidenter per eadem, ceu falſa, redargui poterit. Primum enim quis prōpte conceſſerit illud, nō oīa quidē fato fiunt, non eſt quoꝙ nō phibita, & nō impedita mūdi gubernatio, cum alia ex neceſsitate contingenter fiant: & horum alia à natura, alia ex electione, & ratione, alia ex impulſu, alia ex fortuna, & caſu: cætera autē omnia à fato tolluntur: non igitur non impedita, neꝙ prohibita maneret mundi gubernatio. ſed ſi cōceſſum hoc fuerit, & mundum eſſe, & mundo exiſtente, Deos: licet ſecundum Epicurū extra mundū ipſi ſint: Deosq; ipſos bonos eſſe, & uirtutem ad eos ſequi: quonam pacto ad hoc, ꝙ Deorum ſit ipſa uirtus, ſequetur eſſe prudentiam? quę enim eſt huius ſequelæ neceſsitas. nam ſi ſumptum eſſet hominum eſſe ipſam uirtutē, ad hoc utiꝙ ſequeretur & ipſa prudentia: ſed quia ex poſitis ſumptum eſt Deorum eſſe uirtutē quo pacto ad Deorum uirtutem ſequetur ipſa prudentia hominum uirtus exiſtent? cum dici non poſsit eaſdem eſſe Deorum, hominumq; uirtutes. neꝙ enim alioqui uerum eſt eorum, quę tam inſigni diſcrimine inter ſe ſecundum naturam diſtant, eaſdem eſſe perfectiones, & uirtutes dicere: neꝙ ad eoſdem de eiſdem dicti ſermones rationabile aliquid in ſe continent: hominis autē uirtus eſt ipſa prudentia: quę, ut dicunt, ſcientia eſt agendorum, & non agendorum: in quibus enim poſſibile eſt factum iri agendorum aliquid, in his agendorum, & non agendorum ſcientia locum habet, ſed ſi omnia fato fiunt, inutilis eſt agendorum, & non agendorum cognitio: quę enim eſt utilitas huiuſce cognitionis his, qui nihil eorum, quæ agunt, uitare poſſunt? ſi autem nihil utilis horum ſcientia, prudentia quoꝙ iure ſublata fuerit. ut ſit uerior conſecutio illa, ſi eſt fatum, non eſſe prudentiam. nā qua ratione lex auferebatur, poſito ipſo fato, eadem & prudentia auferetur: qua ſublata euidentiſsime & cętera omnia, quę cunꝙ ad ipſam prudentiam ponuntur ſequi, iure ſublata fuerint. Verum ꝙ neꝙ illi ex eo, ꝙ oſtendunt motum ex impulſu in animalibus permanere, omnibus fato euenientibus, ſeruant id, quod in nobis: niſi uelit ſimpliciter quis quod ab aliquo ex propria natura fit, de illo ipſo dicere aliam quandam ſignificationem eius, quod in nobis, inducens, prędter id, quod creditū & exiſtimatum eſt, quod eſſe dicimus ex hoc, quod in agendis optionem, & facultatem habeamus ad oppoſita, per prędcedentia ſępius iam dictum eſt, & demōſtratū. Similes aūt his ſunt & alię rationes, quotquot ad huius decreti confirmationem addunt, prolixam, & ad uerba uſqꝙ argutiam habentes, ſed nō ex conuenientia cum rebus ipſis, de quibus tractant, ſumentes fidem.

Epilogus.

HAEc ſunt, uos ò Diuinisſimi Imperatores opinionis Ariſtotelis de Fato. & eo, quod in nobis, ut ego opinor, ſummę ſecundum quam opinantes & in Deos pii erimus: modo ipſis agentes gratias pro beneficiis, quibus ante ab ipſis affecti ſumus: modo ab eis petentes, utpote his, quibus dandi, non dandiue facultas inſit. Erimus autē & erga uobis ſimiles principes grati. Hęc erga nos aguntur: & quæ eſt de nobis propria inſtitutio facit uos, cum electione melioris, & cogitādi circa illius iudiciū, facientes, quæ facitis: non autem anteiactas aliquas cauſas ſequentes, quas neceſſarium ſit ſequi, quà illæ ducāt. Habebimus etiā uirtutis curā, ceu ipſi facultatem habentes meliores, deterioresue euadendi: horum enim tantum quiſpiā in facultate poſitus etiam non agendi ipſe optionem habet. Et alia quoꝙ, quęcunꝙ in uita agimus, ꝙ ſolum rationabiliter agere uideamur, ſi ſecundum Ariſtotelis opinionem de illis cauſas reddiderimus, per uniuerſum conatus ſum uobis oſtendere ſermonem.

)(

Hieronymi

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

HIERONYMI DONATI PATRITII VENETI
IN INTERPRETATIONEM ALEXANDRI APHRODISIEI PRAEFATIO.

ARistotelem Philosophum ita ab initio antiquitas admirata est, ut eũ laudaret potius, q̃ sectaret. Nam & in Græcia & in Italia diu Platonem secuti sunt, ambitione & põpa maiore q̃ studio: q̃ & carminibus, & dialogis, & affectatis translationibus rerũ naturæ traditione proposita, delectabant. Quam docendi rationem iam per ea tempora receptam, cum uelut à philosophiæ grauitate & simplicitate alienam omnino repudiasset, Aristoteles difficilior & presior iisdem temporibus uisus est. Sed cum in disponenda doctrinarum institutione mire doctus & atticus, tum in incessendis antiqs philosophis assidue feliciter pertinax, philosophiæ tandem apud posteros principatum obtinuit: ut multis iam seculis longe plures sub Aristotele q̃ sub Platone profeciſſe uideantur, non quod Aristoteles doctior fuerit, Plato indoctior. Superstitiosæ enim scientię est eos inuicem cõparare, à quibus discere magis conuenit. Vtriq; summi extitere, & diuina quadam prouidentia alendis & instituendis ingeniis accõmodati. Veꝝ monumenta quæ sequeremur, quibusq; institueremur, plura & distinctiora reliqt Aristoteles: in cuius libris, non alio ferè contextu rerũ naturæ scientia proposita est, q̃ quo res ipsæ constant & generantur. Quod uulgata iam illa in omnes Aristotelis libros, & à Grecis auctoribus sumpta diuisio, planè cõmõstrat. Aristoteli Theophrastus & Eudemus, & alii cõplures ex peripateticis adhęsere, eiusq; libros interpretati sunt: & diu quidem maiore ipsorum gloria, q̃ addiscentium utilitate. Verum multis post seculis Alexandro Aphrodisieo sub diuis Seuero & Antonino imperatoribus philosophiã profitẽte, ita Aristotelis & peripateticoꝝ nomen increbuit, ut tũc primũ non iam Aristoteles, sed philosophus duntaxat uocaretur. Neq; item dignus hoc philosophiæ nomine cẽseretur, qui non ex Alexandri officina prodisset, & satis tituli & ęstimationis haberet, qui Alexãdręus nuncupari meruisset. Inter quos fuere Themistius, Ammonius, Simplicius, Philoponus, Olympiodorus, aliique ꝑmulti. Post quos Græcia ante dilapidata, & Roma atq; Italia diruta, pessum simul iuerunt bonæ literæ, expugnataeq; à Barbaris, ad barbaros se receperũt. Nanq; apũd Mauritanos, qui non tam Cordubam in Bethicã, quã uniuersas fermè Hispanias occupabant, philosophiæ & medicinæ studia uiguere, iiq; Aristotelem & Alexandrum, Hippocratem & Galenum, cũ optimis quibusq; Græcis interpretatoribus, suo idiomate suos effecerunt. Quo factum est, ut doctus & excellens quidam nidor ex eorum culina ad nos usque peruenerit, in qua permulti summo ingenio, & pari doctrina pręstantissimi euasere. Ex qbus satis sit Auicennam inter medicos, Auerroim inter philosophos enumerasse. Ille ex Grecis medicis maxime, quę ad speculatiuam iatrices partem pertinẽt, ferè in unum redegit omnia: hic ex Grecis enarratoribus, eos, & sequi & incessere delectatus, uelut ex optimis fontibus philophiam, uisus est non tam hausisse q̃ expressisse, cũ solus is fuerit, qui Cõmtatoris nomen adeptus sit. Tantum est sequi bonos actores, & ex agro fertili messem facere. Ferè qui Auerroim exacte legerit, & suis quęq; locis singulatim singula contulerit, eius doctrinam ab optimis auctoribus prodisse cõperiet. In eius enim interpretationibus, Alexandrum, Themistium, & Simplicium licet uidere diuersa linguæ proprietate paraphrasi quadam expressos, & dictis, opinionibus, sententiis (ubi egregie quid dicitur) fermè eosdem. Recentiores proximioribus seculis in Britannia & Galliis, atq; Italia religionibus addicti, magis ex religione, q̃ ex Aristotelis doctrina acutissime philosophati sunt, & qua parte Aristotelem secuti sunt, omnia compleuere, non tam interpretationibus, q̃ titillantibus argutiis: quippe qui per cauillamenta, & quęstiunculas philosophiã tradidere. Vt ambitiosa & præpostera quadam cõsuetudine prius disputare, q̃ discere incipiant: cæterum alios (ut se qsq; opinioni addixit) alia studia delectant. Alii eos qui philosophiam abdicatis bonis literis profesi sunt, stomachantur & detestantur, neq; dignos putant, qui uix inspici, aut legi debeant. Alii philosophiam ita inimicam bonis literis censent, ut etiam solœcismos & barbarismos affectent, & in auctoritatem scientiæ proferãt. Ita tumultuatur humanum genus, & interdũ uel in ipso inani gestit & fluctuat. Sed meo quidem iudicio, hominis uere, philosophantis est prę stare prudentiam, non umbram, sed corpus amplecti. Rerum sciẽtiam, siue inter Latinos, siue inter Grecos, siue inter Barbaros sit, amore & studio prosequi, & repudiatis abiectisq; corticibus, nucleos deguſtare. Atq uitio tẽporum liberalia studia pleriq; sequamur, alii ut discamus, alii ut discere uideamur. Tantũ sciat, qui Alexandrum legerit, se nihil inanis, ac uento quodam turgidæ ostentationis, sed meros philosophiæ succos imbibiturum. Ego cum enarratoinem eius de anima in manus desumpsissem, legendi potius q̃ interpretandi gratia, ex nostro senatu apud Mediolanenses principes legatum agens: quantum per occupationes publicas licuit curaui, ut simul in ocio honestissimo uersarer, simul qua parte possem, liberalibus ingeniis sub inde prodessem. Itaq; eam maiore interpretationis fide, q̃ eloquentię ambitu, ut à nostris legi posset, latinam feci. Boni consulant, qui legent, si ea quæ ad philosophiam pertinent, simplicius quam elegantius uersa cognoscent. Non est hęc exercitatio uel eruditis omnino facilis: neq; aliàs in uertendis rerum naturę traditionibus, hęc in plerisq; felix audacia est. tametsi eam præclare atti
gerunt ęuo nostro Theodorus Gaza,
& Hermolaus Barbarus, uiri omni
doctrinarum & morũ laude cu∴ mulatissimi. Librũm hũc esse
Alexandri, nõ tã inscriptio
q̃ stylus, & citatæ à poste
rioribus: præsertim
ab Auerroi particu
∴ læ, fidẽ faciunt:
cuius inter∴
pretatio in
partem
dicata est nemini, in uniuersum iis dicata sit, qui eam legẽdam duxerint. Id duntaxat ex hoc labore mercedis & gloriæ mihi postulo, si quid quẽquam inter legendũ offenderit, non auctorẽ accuset, sed interpretẽ.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ALEXANDRI APHRODISIEI ENARRATIO DE ANIMA EX ARISTOTELIS INSTITVTIONE,

INTERPRETE HIERONYMO DONATO PATRITIO VENETO.

PROPOSITVM noſtrę inſtitutionis eſt, ut de anima diſſeramus, quæ uerſatur in corpore quod generatur, & interit: & quæ nam ſit illius ſubſtantia: quę quotve poteſtates: quæ poteſtatum inter ſe diſcrimina referamus. Cum enim diuinis pręceptis audientem eſſe in primis operæprecium ſit: præcipitur auté à Pythio Apolline, & publica ferè pręconis uoce promulgatur, Noſce te ipſum: quę uox nõ ſolũ à deo, uerũetiã à deo, q̃ pſentire futura creditᷣ, p̃nunciata eſt: pinde ac oĩbus ex ſua cuiuſq; cognitione naturalis uiuẽdi ratio ſtatuẽda uideatur: ſua uero cuiuſque cognitio in eius cõtemplatione poſita eſt, propter quod ipſum eſt: propter animam autem homo homo eſt: neceſſarium eſſe arbitramur cum deo obſequi, tum a natura traditam uitam uiuere inſtituenti ante omnia animę ſcientiam adipiſci, & quęnam ſit illius natura dignoſcere. Sanè uero quemadmodum in reliquis philoſophiæ partibus ea, quæ ab Ariſtotele tradita ſunt, ſemper aliis pręponenda eſſe cenſuimus, & tanti hominis opinionem longe veriorem cæteris exiſtimauimus: pariter hoc loco ea, quę de animę doctrina ſentimus, ex eadem noſtræ inſtitutionis lege abſoluẽtur. Quod ſi ea, q̃ ab Ariſto. de natura aię recitata ſunt, pſpicue p uiribus aſſequemur, peculiari noſtra cõſolatiõe freti oppido eleganter & recte ſingula tradidiſſe putabimus.

Quę ſit animæ ſubſtantia.

FErę autem aſſecuturum ea, quę de anima traduntur: & rationes, quę, ad eius ſubſtantiam pertinẽt tractaturum, animaduertere præter cætera opus eſt id, quod in natura ambitioſe elaboratum eſt. Cum enim qualis, & quę res ſit natura, didicerimus: nobiſque perſuaſerimus, quocunque opere, uel admirabili, quod intercedente arte confectum ſit, longe maiore admiratione digna eſſe effecta naturæ: facile fidem pręſtabimus iis, quę à nobis de animæ ſubſtantia recenſenda ſunt. Nihil enim magis in cauſa eſt, ut cum de anima diſſeritur, ambiguis difficultatibus inuoluamur: quàm, quod difficillimum eſt, illius poteſtates functionesq; iis, quæ de ipſa dicuntur, conſentanea & concordi ratione coniungere, quaſi omni corporea uirtute diuiniora & maiora eſſe exiſtimentur. Quare ſi ea quæ commode & apte de animę ſubſtantia proferuntur, cõtradictionibus implicare non uolumus, primo loco ipſe poſſidentis animam corporis apparatus contemplandus eſt, & internarum inuicem, externarumque partium cum ipſo uenuſtatis & pulchritudinis concentu, lex & diſpoſitio conquirenda. Simul enim hęc ipſa ſpeculati fuerimus, haud quaquam ulterius admirabile, & noſtra opinione maius eſſe uidebitur, ut in corpore ſupra quàm opinari poſſumus, mirabiliter atque ambitioſe diſpoſito, anima tot in ſe motionum principia poſſidens contineatur. Videtur auté iis, q̃ hac in parte ſummã rei diuiſione cõprehendũt, illud ex oĩbus maxime ueritaté atq; euidẽtiã prę ſe ferre, ſubſtantiã oẽm corporeã & ſenſilẽ ex duplicatis partibus eſſe cõpoſitã, ex ſubiecto quodã, quod materiã dicimus: & ea natura, quę ſubiectũ formatq; definit, quam formam ſiue ſpeciem appellamus. Quod enim hæc ita ſe habeant, ſi ad ea opera, quę ab arte profecta ſunt, animum aduerteris, perſpicue ac liquido patere poterit. Cum enim hæc tibi in expedito conſtiterint, in iis hoc quidem materiam & ſubiectum, hoc autem formam & ſpeciem eſſe comperies: ſubiectũ ſane es, lapidem, lignũ, cerã, ſiue qd aliud attuleris, quod artificio deformatũ & figuratũ ſit. ſpeciem auté id, quod ab artifice in re ſubiecta pfectũ eſt. Enimuero ſtatuæ materia aut es, aut lapis eſt, ſi ex iis ſtatua conſtituta ſit: ſpecies uero eſt huius illiusve generis figura & forma, quę illud idẽ eſt, quod p̃ arteé factũ eſt, & artis ipſa. Quicqd.n. per arteé in ſubiecta materia ab artifice gignit, ars eſt: materia auté artis corpus, id qđ arteé amplecti natũ eſt, nec habet in ꝓpria definitione id, q̃ in ipſo ab arte importatũ eſt. Queadmodũ aũt in corporibus, q̃ artificio cõſtant. unũquodq; duplicé habet modũ: ita in iis, quę natura cõſtituta ſunt, lõge tñ priore ratione cõperies. Ars.n. naturã imitat, non auteé natura arteé: & in ſingulis qdẽ corporibus natura cõſtãtibus alterũ ſubiectũ & materia eſt, alterũ in ipſa materia ſpecies. Aeris.n. materia aqua eſt, ſiue uaporoſa exhalatio. Ea.n. quę ex metallis cõſtituta ſunt, q̃ cõflantur & liqueſcũt, id quod humidũ eſt, materiã hñt: forma uero in eiuſmodi humido eſt cõflaturæ rigor atq; cõcretio. & quo pacto p̃ arteé ſpẽs in re quapiã effecta, ars itidẽ ipſa eſt: eodẽ modo naturalibus rebus ingenita ſpecies nihil aliud, q̃ ipſa natura eſt. Verũ in naturalibus corporibus differẽtia cõperta eſt. Sunt.n. eorũ alia ſimplicia, alia cõpoſita. Cõpoſitorũ ſane corporũ materia, & q̃ iis ſubiiciᷣ, naturale etianũ corpus eſt, pari pacto ex materia cõſtitutũ ac ſpecie. Oẽ.n. naturale corpus iis cõſtat. Simplicia aũt corpora nequaq̃ ſibi cõpoſitũ ſubiectũ ſortita ſunt. lã.n. & ipſa cõpoſitũ quodpiã foreé. quod ſi horũ ſubiectũ cõpoſitũ nõ eſt, nõ etiã corpus erit. Qñquidẽ corpus oẽ ex materia cõſtat & ſpecie. Erit igitᷣ ſimpliciũ corporũ ſubiectum atq; materia ſimplex q̃dã, & à ſpecie ſequeſtrata natura, q̃ ſuapte ratiõe informis atq; ĩfigurata, oĩ ſpecie carere dignoſciᷣ. Per hãc.n. q̃ informis & eſt, & diciᷣ, id qđ in ea fit, forma nũcupaᷣ, qua p̃cedẽs ipſam priuatio eẽ deſinit, atq; eiuſmodi materiã, ꝓprię materiã appellare poſſumus. Nã materia, q̃ cõpoſitis corporibus ſubiiciᷣ, materia qdẽ eſt, nõ ſimplr aũt materia. Qñquidẽ non ſpecie aliqua ſubiici uideᷣ, eſtq; rurſum huius alia quoq; materia. In qbus aũt corporibus ſubiectũ ſimplex eſt, horũ ꝓfecto materia ꝓprie & ſimplex materia nũcupaᷣ. Fieri aũt nullo modo põt, ut p̃ ſe materia ſubſiſtat, eo qđ (queéadmodũ diximus) circa eiuſmodi ens, & corpus & cõpoſitũ hñt ut ſint. Cũ ſit aũt ſemp̃ ſub ſpecie aliq̃, ſeparaᷣ, & abiũgiᷣ ab ea ſola dũtaxat intellectione, fere eodẽ modo ſeſe hñs ad ſimpliciũ corporũ formas, quaſi cera ad figuras. Enimuero ſi in cerę ſubſtãtia figurã quampiam inſeparabilem eſſe contingeret, ubi cum hæc eſſe deſineret, amplius proculdubio cera nõ eſſet, q̃ ſub alia quoq; figura cera itidẽ eſt: pari rõne, ea quę

proprie

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ꝓprie materia nuncupaſ, ſeſe ad naturalium & ſimplicium corporũ formas habet. Neq; n. abſq; hãc aliqua ſubſiſtere poteſt, neq; cum hãc aliqua eſt eſſentia materię. Nanq; ubi id ſit, neq; ſimplex neq; incorporea, neq; alterius cuiuſpiã eſſe uidebiſ. Præterea ſimpliciũ corporũ materiæ interitus in ꝓpriæ formę abiectione cõſiſtit. Nõ ſolũ aũt eiuſmodi materia, ueꝝ ipſa quoq; materię ingenita ſpes, nullo pacto põt ꝑ ſe ipſa ſubſiſtere. Quinimo ſpes magis hoc pati uideſ. quanq̃. n. materia ꝑ ſe ſubſiſteꝛ ſine forma nõ poſſit, tñ in cõpoſitis corporibus cõtinẽter excipiſ, nõ q; ſimplr materia ſit, ſed q; alicuius materia cum ſit, ꝑ ſe ſubſiſtere uidetur. Cuius generis materiã in his, q̃ artificio elaborata ſunt reperias: ſpecieꝝ aũtẽ, quæ in materia fiunt, nulla vnq̃ poteſt ꝑ ſe ſubſiſtere, ſiue ſimplicis, ſiue compoſiti corporis eſſe deprehendaſ. Formæ igiſ, quæ artis opere in ſubiectis materiis ꝑficiunſ, inſeparabiles hñtur: tametſi cõſtat eiuſmodi materias abſque iis ſpeciebus poſſe ſubſiſtere. Quãobrẽ ea ſpecies, quæ ab arte eſt, ſubſtantia nullo pacto eſt, quemadmodum & ars ipſa. Eſt enim & ars ipſa eiuſmodi ſpecies, ſicut retro diximus: forma uero quę eſt à natura, proculdubio ſubſtãtia eſt, quẽadmodũ & ipſa natura, & nihil aliud eſt eiuſmodi ſpecies, q̃ ipſa natura. Verũenim uero in igne, quod & naturale & ſimplex corpus eſt, caloꝛẽ & ſiccitatẽ ſpeciẽ facimus, & ab iis, atq; in iis genitam leuitatẽ. In iiſdẽ uero materia ſubiectũ eſt, q̃ iuxta ꝓpriã naturã nihil eoꝝ eſt, ſed hęc ipſa pariter & ea, q̃ iis controuerſa ſunt ſuſcipere nata eſt: qua natura intercedẽte, ſimpliciũ inter ſe uicisſitudines corporũ fiũt. Ex iis ſanè neutrũ corpus eſſe dixeris, ſed id q; ex iis cõſtitutum eſt, corpus & ignẽ à natura & à ſubſtãtia (q̃ ſecundum ſpeciẽ eſt) principiũ motionis in ſuperiora tẽdẽtis leuitatẽ poſſidere fateberis. Quæ planè leuitas cũ ſpecies & natura ignis ſit, ipſa haudquaq̃ mouebiſ. Quonã enim pacto fieri poſſit, ut leuitas ipſa ꝑ ſe moueaſ, cũ & aliquid alterius ſit, & ipſa ꝑ ſe nõ ſubſiſtat. Eſt enim leuitas uis & poteſtas quędã corporis à quo poſſidetur. Nulla autẽ poteſtas à poſſidẽte ſubiecto ſeparabilis eſt. Neq; igiſ per ſe mobilis erit, ſed in eodẽ corpore, in quo ſit, cauſa eſt motionis, q̃ ab eodẽ corpore ꝓficiſciſ: tob idq; ab eadẽ poteſtate moueri corpus diciſ, ac ſi uirtutẽ atq; naturã habeat, ꝑ quã & ſecundũ quã corpus moueaſ. Neutra itaq; eaꝝ reꝝ corpus eſt, ex quibus primis ſimplex corpus conſtat. Nec enim materia corpus eſt. Omne quippe corpus tactile eſt, non abſq; cõtrarietate quapiã: materia autem oĩs citra tactilẽ qualitatẽ & cõtrarietatẽ habeſ. & corpus qdem per ſe ſubſiſtẽs eſt, materia uero ſpecie indiget ad hoc, ut ſit. Ex pari cauſa, neq; ipſa ſpecies corpus eſt. Quandoqdẽ (uelut oſtendimus) nõ poteſt ipſa ꝑ ſe ſeorſum à materia ſeparabilis, & abiuncta ſubſiſtere. utrũq; tñ ſubſtantiã eſſe nõ ambigimus. Nanq; ſicut materia, ita & naturalis ſpecies ſubſtãtia eſt. Partes enim ſubſtãtię, ſubſtãtiæ ſunt. Quinimo quia utrũq; ipſoꝝ ſubſtãtia eſt, id qđ ex ambobus cõſtat & ſubſtãtia, & una quæpiã natura eſt: nõ ut illa, q̃ artificio aĩaduerterimus, q̃ ſecundũ ſubiectũ & materiã ſubſtantiæ, ſecũdum ſpeciem autẽ, qualitates eſſe noſcunſ. At uero ii, qui addubitare cõſueuerunt, quonã modo fieri poſſit, ut ex iis, q̃ incorporea ſunt, corpus cõſtituaſ, nõ diutius dubitationi inſiſteꝛẽt, ſi ſeſe colligeꝛẽt diſceꝛẽtq;, omne q; fit hoc aliquid, ex aliquo fieri, quod nõ hoc ipſum ſit, quod fit. Calidũ enim fit ex nõ calido, & frigidum ex nõ frigido, & album ex nõ ſimili fit albũ. Nã ſi quippiã aliud, quod calidũ ſit, cauſa eſt generationis eius, qua calidũ fit, id ipſum tñ, quod fit calidũ, ex nõ calido gigniſ. Nõ enim fit, quod iam eſt. Quare ſi generationẽ corporis ſuppoſueris, neceſſarium eſt aſſerere hoc ipſum ex nõ corpore fieri. Verũ nõ ſimpliciter corpus generari dicimus. ſemꝑ enim corpus eſt. ſiquidẽ & ſempiternus, & ingenitus, & incorruptibilis mundus eſt. Eſt autẽ generatio huius quidẽ & cuiuſdã corporis, ex nõ eiuſmodi corpore generatio: non autẽ ſimpliciter ex nõ corpore. Quẽadmodũ enim cõſideratione & ratione à ſpecie materiã abiungimus, cum abiũcta nõ ſit (ab hac enim uel illa ſpecie ſeparabilis, à ſpecie autẽ ſimpliciter inſeparabilis eſt, uelut figura à cera) pariter ſola cõſideratione & ratione, corporis generatio ferè incorporea eſt. Cũ aũt ignis, & cętera corpora hoc ipſum eſſe, ſiue eſſentiã habeant, q̃ eſt, & à ſubiecta materia, & à ſpecie, q̃ in ipſa materia eſt, ꝓculdubio ꝑ ſpeciẽ ſunt id q; ſunt. Ignis nãq; ꝑ ſpeciẽ ignis eſt, & terra ꝑ idẽ terra. eadẽ deinceps ratio in aqua & aere ſtatuenda eſt. unũquodq; enim eoꝝ corpoꝝ ꝑ ſpeciẽ eſt id, quod eẽ diciſ. Quippe quod unaquæq; res eſt id, quod eſt, ꝑ id quo à cęteris diſtinguiſ, & differentiam habet. Atqui ꝑ ſpeciẽ propriã quibuſq; rebus inter ſe differentia eſt. Q̃ñquidẽ materia ratione ſubiecti idẽ in ipſis eſt. Per ſpeciẽ igiſ ſiue formã unũquodq; eſt id, qđ eſt. Quod ſi illud eſſe, rei ꝑfectionẽ dicimus, per quod unaquęq; res eſt id, quod eſt (id enim ꝑ quod effectũ eſt id, quod fit, & uelut iã factũ & ꝑfectũ fieri deſinit, effectæ rei ꝑfectionẽ eſſe confitemur nõ ante autẽ fieri res deſinit, q̃ & tota, & integra, & incolumis ſpecies ingenita ſit) ꝓfecto nõ ſine ratione oĩbus corporibus in ſpecie ꝑfectionẽ eẽ dicere poſſumus. Veꝝ licet hęc quoq; ſit in rebus, q̃ artificio cõſtãt, longe tñ prius in iis, q̃ à natura prodeũt, eſt id, quod eſt eẽ. Atq; hoc eſt rei cuiusq; ꝑfectio. Sanè igiſ ueritatẽ inſpiciẽtibus in iis rebus, q̃ ex materia & ſpecie conſtituunſ, id per quod eſſe cuiq; eſt, & ſpeciẽ & ꝑfectionem eẽ liquido conſtabit.

Quod facere et pati, corporibus ꝑ incorporea cõpetit.

NOn ſolũ autem cuiuſq; rei eſſentia, & diſcrimina illa, quibus inter ſe res oẽs diſtinguunſ, ꝓficiſcũtur à ſpecie: ueꝝ etiam differẽtię illæ, quę ſecundum id, quod eſt agere & pati, corporibus inſunt, ab ipſa itidẽ ſpecie proueniũt. Oĩa enim q̃ agunt, & quæ patiunſ, quatinus corpora ſunt, ut hoc aut illud agãt, patianturve, à ſpecie poſſident. Differentiã enim, q̃ eſt ſecũdum ſpeciẽ, & horũ utrunq; indidẽ conſequunſ. Idcirco non ab re diciſ pati & agere corpora, ꝑ ea quę incorporea ſunt. Quãobrẽ naturalia corpora, quorũ ſubiectũ ſimplex eſt (hæc autẽ eſt proprio uocabulo nũcupata materia, q̃ ſubiiciſ ſimplicibus primisq; corporibus, q̃ alioꝝ corpoꝝ elemẽta uocanſ) hæc inquã ſimplicia corpora ſimplicẽ pariter ſpeciẽ & naturã adepta ſunt. Atq; ea de cauſa in his unius & ſimplicis motionis natura cauſa eẽ cõperta eſt. Si enim natura principiũ motus eſt, erit ꝓfecto ſimplex natura ſimplicis quoq; motus principiũ. Simplex uero motus ꝓprie unus eſt. Quo fit, ut hęc aut ſupra dũtaxat, aut infra, ſuapte natura feranſ. In qbus aũt nõ ſimplex ſubiectũ cõtinenter eſt, ſed iã corpus aliquod ſiue cõpoſitũ, in iiſdem ſpecies ornatu diſtinctiore ꝑfectior eſt: & eorũ

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

pariter natura ſimilẽ modũ habet. Neq; ímerito. Spe/cies enim illa, quę eſt in materia & in ſubiecto, confert aliquid ad eoꝝ ſpeciẽ, quę cõpoſita ſunt: atq; ideo amplius, ſi nõ unũ dũtaxat corpus ſubiectũ ſit: q; in naturalibus & cõpoſitis corporibus haberi neceſſe eſt. Nõ enim unũ dũtaxat ex ſimplicibus corporibus ſortita ſunt. Enimuero unius naturalis ſimplicisq; corporis ímutatio, in ſimplex aliud corpus educit. Quare ſi naturale corpus cõpoſitum, & à ſimplicibus corporibus diuerſum gignat: cõplura ſimplicium corpoꝝ haberi ſubiecta neceſſariũ eſt: & multitudo p eam ſpecierum (quæ in iiſdẽ corporibus eſt) differẽtiam multitudo eſt. atq; eã ob cauſam cũ eiuſmodi corpora, quę cõpoſita ſunt, uelut plura & diuerſa ſpecie ſubiecta ſortiant, naturã quoq; & ſpeciẽ diſtinctioré habeãt neceſſe eſt: cũ preſertim unaquæq; natura ad cõmunem ſpeciẽ in ſubiectis ſibi corporibus aliquid cõferre uideat. Quodã enim modo ſpecies ſpecieꝝ, & pfectio perfectionũ fit eiuſmodi ſpecies. Quocirca ii, qui cauſas uicisſitudinis, quę in ſubiectis uerſat manifeſte pcipiũt, ſpecieꝝ differentiam, quæ in corporibus eſt, mirari nõ debẽt. Enimuero multitudo ſpecieꝝ, earumq; diuerſa cõmiſtio, in ſubiectis corporibus æquabilẽ & rationi cõſentaneã mutationis cauſam afferre poſſe cẽſet. Nanq; ſi ubi unũ dũtaxat ſubiectũ eſt, quod iis, quę ex ſe facta ſunt, nullã differentiã cõfert (tale autẽ ſubiectũ eſt materia) ſiccitas & humiditas, caliditas & frigiditas, ubi duę ſimul qualitates coeũt in iis, quæ ex ipſa materia gignũtur, tãtam differẽtię cauſam præ ſe ferunt, ut ex una eadẽq; materia, aliud ignis, aliud aer, aliud terra, aliud aqua gignat: itẽq; aliud graue, aliud leue, alia vero ſint, quæ ſecũdaria ratione horꝝ unũquodq; contineãt: cur nõ rationi cõſentaneũ ee poterit, ut p ſpecies, motricesq; uirtutes, quãplurimum inter ſe differãt ea corpora, quę ex horꝝ oĩum cõmiſtione & tẽperaméto proueniunt? Hinc arbores, ſtirpesq; cũ & naturalia & cõpoſita corpora ſint, à ſimpliciũ corpoꝝ natura per motrices poteſtates q̃ maxime differunt. Nanq; ſimplicia corpora unius ſimplicisq; motus in ſeipſis principium adepta ſunt: compoſita uero nõ ſolũ nutricationis, ſed auctricis quoque motionis ad oĩa diſcrimina principium habere cernuntur. Porro ineſt iis oĩbus poteſtas, qua ſibi ſimile gignere poſſunt. Atqui cũ habeant hęc inter ſe plãtę ſtirpesq; cõmunia, rurſus illas inuicẽ p ſpeciẽ plurimũ differre uidemus: quatinus & materia & ſubiectę materię miſtione ac tẽperaméto diuerſa ſunt. Enimuero arbores plurimũ ſanè inuicem, ſed lõge magis ab oleribus diſtinguunt: cũ ipſa quoq; olera & naturalia & cõpoſita corpora eſſe cõſtet. Et tamẽ inter hęc ipſa rurſum diſcrimen maximũ eſſe aĩaduertimus. Cuius rei nulla p fecto alia cauſa, q̃ illa, quã retro retulimus, afferri põt. Eſt igit eiuſmodi ſpecies atq; pfectio, prĩceps uirtus aĩę. Nã ſi uiuẽs oẽ per aĩam uiuit, ſtirpes autẽ viuũt (ſiquidẽ nihil aliud eſt p ſe nutriri & augeri, q̃ uiuere) ſtirpes ſanè aĩam habere fatebimur, eritq; ſtirpiũ ſpecies aĩa. Quẽadmodũ autẽ in ſimplicibus corporibus ſpẽs haudquaq̃ ſecũdũ actũ à poteſtate eſt, ſed eſt ſecũdũ poteſtatẽ à qua actus eſt. (nec. n. actu ĩferius ferri terrę natura eſt: nihilo enĩ minus, ſi nõ actu infra ferat, terra pmanebit: ſed poteſtas, à qua id poſſidet, ut infra deferri poſſit, q̃ nihil aliud q̃ grauitas eſt. Sanè uero utrũq; pfectio eſt, & grauitas ipſa, ſiquidẽ forma eſt: & actus, qui à grauitate, pficiſcit, q̃quidẽ functiones & actus, qui ab habitu & poteſtate pueniũt, habituũ & poteſtatũ pfectiones ſunt. Vbi igit utrunq; eſt, & poteſtas & actio, prior tẽpore præſidet poteſtatis habitusq; pfectio actu, qui à poteſtate & habitu pficiſcit) idẽ in compoſitis corporibus euenire certiſsimũ eſt. Itaq; ſi actus, qui à poteſtatibus ducunt, formę nõ ſunt, ſed poteſtates ipſæ, q̃ ab ſe prouenientibus actibus præſidẽt, & priores & precedentes hãtur: erit ſanè ſtirpiũ ſpecies & aĩa, prima pfectio. Cũ hęc igit à nobis aſſeuerata & cõfeſſa ſint, neminẽ arbitror eſſe, qui dubitet aĩal, naturale corpus eſſe, & compoſitũ quodpiã, qd ex aĩa & corpore cõſtitutũ ſit. Qd ſi corpus eſt, ex his habet ut ſit. Omne autẽ corpus ex materia & ſpecie cõpoſitũ eſt: pculdubio horꝝ aliud erit aĩantis materia, aliud ſpecies. Veꝝ nõ ſolũ ex his, quę de ſtirpibus retro diximus, aĩam ſpeciẽ ſiue formã eſſe liquido cõſtare poteſt: uerũ etiã id ex his, q̃ in prima operis frõte mõſtrata ſunt, apte dignoſcit. Iã enim aſſeueratũ & poſitũ eſt, id eẽ rei pfectionẽ ac ſpeciem, p quod unaquęq; res habet ut ſit. Aĩal nãq; p eiuſmodi aĩam, hoc eſt ſenſualẽ id ſortit, ut aĩal ſit. Ea. n. ab cęteris rebus oĩbus, q̃ aĩalia nõ ſunt, aĩal differẽs, aĩal eſt. Enimuero aĩa in aĩante, ipſius corporis ſpecies eſt. Qñquidẽ ſpecies in quibuſq; corporibus, ſubiectę in ipſis corporibus, materiæ ſpecies ſunt. Veꝝ aĩantiũ aĩa tãto ſtirpiũ forma ac ſpecie pfectior eſt, quãto ipſa ſtirpium aĩa primoꝝ ac ſimpliciũ corpoꝝ formas excellit. Rurſum ſenſibilis aĩæ differẽtię eandẽ inter ſe analogiã ſeruare uident, quã ſimpliciũ corpoꝝ ſpecies ad ſtirpiũ aĩam, & ipſa ſtirpiũ aĩa ad ſenſualẽ aĩam habet. eius uero analogię differẽtię cauſa nihil aliud eſt, quã ipſa ſubiectoꝝ corporũ differẽtia: & pp ſpecieꝝ multitudinẽ, & pp eiuſmodi tẽperaméti ac miſtionis conſtitutionẽ. Neq; ímerito. Qñquidẽ principiũ nõ ſolũ mediũ, ſed potiſsima ferè pars totius eſt: & diuerſitas illa, q̃ circa principiũ aduenit, tametſi exilis admodũ & friuola ſit nõ ab re maximæ differẽtię cauſa eſſe poteſt. Quæ res ex uiaꝝ digreſsione facile pcipit: in quibus plerunq; euenit, ut parua deflexio, motionis q̃ nos ad plurimũ inter ſe diſtãtia loca cõferat, cauſa ſit. Adherẽs autẽ rei cuiq; genitæ materia principiũ eſt. Cuius differentias, effectaꝝ in ea ſpecieꝝ diuerſitatẽ ſequi ſummopere cõuenit. Non enim oĩs materia eandẽ perfectionẽ eſt nata ſuſcipere. Ea igit, quoꝝ à principio ſubiectũ nõdum corpus eſt, ſimplicioré formã adipiſcũtur: q̃ uero corpus ſubiectũ hãt, idq; cõpoſitũ, diuerſas portiones cõtinens, ut alia portio aliæ functioni acõmodata ſit: procul dubio ſpeciẽ pluribus poteſtatibus prędità nanciſcunt, uelut organici uarieq; diſtincti corporis ſpecies, & pfectio. Idcirco organici corporis ſpeciẽ, aĩam eſſe dicimus. Atq; id genus aĩæ ſimplicius eſt, cuius organicum corpus ſimplicius eſſe dignoſcit. Aĩa uero, q̃ pluribus poteſtatibus cõſtat, quęve pfectior eſt, ſubiectũ corpus diſtinctius & pluribus organis diſpoſitum habet: cuius corporis eiuſmodi aĩam formam dicimus. Quod ſi quiſpiã, ſimul hęc audierit, & nos uelut ignis leuitatẽ, ita eiuſmodi corporis aĩam, ſpeciem aſſerere præter opinionem, præterq; naturam exiſtimabit: profecto ubi corpoꝝ, quoꝝ hæ ſpecies ſunt, diuerſitates inſpexerit, & apparatũ, q̃ in corporibus aĩantium eſt, quanquam haud explicatu facilem, & uſq; adeo à ſimplicibus corporibus diuerſum, aĩa duerterit: eos qui hæc ſentiant, nihil præter opinionis expectationem al

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ſerere arbitrabitur. Tantum enim abeſt, ut præter opi nionem id exiſtimari debeat, ut uel maxime rationi conſentaneum ſit, eandem inter ſe à formis analogiam haberi, quã ſubiecta formis corpora mutuo ſortiunt.

Principiũ demõſtrationis, quòd aïa ſit forma.

QVod enim anima ſpecies ſiue forma ſit, uel hunc in modum cõmoſtrari poteſt. Confeſſum iam & receptum eſt, animal ex anima corporeque cõſtitui. Cum autem quid ex quibuſdam dicitur, id aut tanquam ex partibus eſt, quæ permanent ſeruanturq; in toto: in quas etiam totum ipſum diuiditur, diſſoluiturve: qua ratione domũ ex lateribus eſſe aſſeueramus. Aut tanq; ex quibuſdam cõmiſtum: uelut mulſum, quod ex aqua melleq; conſtare concedimus: cum præterea in mel & aquam nõ ultra diſſoluatur. Quãdoquidem neq; aqua, neq; mel integra ſeruantur in mulſo, neque propriam naturam poſt cõmiſtionem tenent. Aut tanquã ex materia & ſpecie: quo modo dicimus ſtatuam ex ære & figura conſtitui. His igitur modis cum quippiam ex quibuſdam eſſe dicatur, animalq; ex corpore conſtet & aïa: proculdubio aliquo ex iis, quos ſupra memorauimus, modo conſtabit. At uero fieri nullo pacto poteſt, ut primo modo ex quibuſdam eſſe animal aſſeueremus. Appoſitio enim ſiue adiectio quæpiã erit animæ & corporis, unde corpus animatum prorſus eſſe nõ poterit. Quæres ſi hoc modo ſeſe habeat: eueniet, ut nõ in qualitatis ſed quantitatis genere, animantibus aïa conferre uideaꝫ. Porro neque ſecundo loco poſitus modus excipiendus eſt. Nanq; nõ unà cum aïæ & corporis interitu aïalia generanꝫ: quod in his, quę cõmiſtionibus fiunt, accidere diximus. Reliquũ igitur eſt, ut animal ex corpore & anima, uelut ex materia & ſpecie conſtare cõcedamus. Quod enim anima ſpecies corporis ſit, & nõ ſubſtãtia quæpiam, quę per ſe ipſa ſubſiſtat, ex ipſis aïæ functionibus liquidiſſime perſpiciꝫ. Neq; enim eſſe poteſt, ut functio ſiue actio ulla aïalis fiat, abdicata corporis motione: quẽadmodum neq; ſine corporis motione p naturales impulſus delatio fit: perinde quaſi corpus per intraneam uim eoſdẽ impulſus agat. Enimuero & alii & augeri, & ſimile ſibi gignere, nõ abſq; aïata uirtute fit: hæc autem motiones corporis ſunt. Quinetiã animantia p ſenſoria ſentiunt, quæ corpora eſſe nemini dubium eſt. Ipſi præterea appetitus manifeſte ĩmutata quapiã corporis parte fiũt. Cõcupiſcentiã enim, irã, furorem, in aïalibus nõ aliter fieri poſſe cõſpicimus. Nõne ſubeunte formidine, corporis alteratio & cõtractio fit? Nõne imaginatio intercedente fit corpore? Siquidẽ à ſenſu, qui in actu fit, eleuaꝫ: quẽadmodum infra docebimus. Quod autẽ in impulſu corpus id ſit, quod mouet, nemo eſt, qui nõ fateaꝫ. Neq; pręterea ſine imaginatione deliberamus & ſapimus: imaginatio autẽ quidpiã eſt, quod cũ corpore fit. Quod ſi abſque corporis motu nulla eſſe poteſt aïę functio: profecto anima eſt aliquid corporis, & à corpore inſeparabilis. Incaſſum enim illã ſeparabilẽ eſſe cõtingeret, ſi peculiaribus ac propriis actionibus fungi nõ poſſet. Aïam uero ſpeciẽ eſſe corporis, uel illud indicio eſt, q; iuxta affectiones proprietatesq; corporę, ipſius quoq; animę motio cõcitaꝫ. Vbi enim plerũq; uehemẽtiores cauſæ extrinſecus incidũt, quę ad iracũ diã, metũ, cupiditatẽq; prouocent: nõnunq; aut nihil oĩno afficimur, aut cute tenus ac leuiter. Sæpius è diuerſo leuibus ferè, & utcunq; ſe offerẽtibus cauſis, ſuperfluenter perturbationibus animi cõmouemur, quoties q; facillime ad iram cæteras q; affectiones prõpta atq; idonea corpora comperiunt: ſiue cũ iis deeſt aliquid, ſiue cũ ſuperat, ſiue cũ quibuſdã humoribus afficiunt. etenim ſupfluente bile facilius iraſcimur, & leuioribus de cauſis plerũq; pauidi doléteſq; reddimur, ubi corpus noſtrũ apta ad id affectione diſpoſitũ eſt. Atqui uel ob id maxime, q; in aïalis corpore aïam eſſe ab oĩbus receptũ eſt, eã eſſe corporis formã docere poſſumus, quodq; cũ multis modis aliqd eſſe dicaꝫ in alio, nõ alio q; formę modo, aïa in corpore eſſe putãda eſt. Aliquid enim in aliquo eſſe diciꝫ, aut uelut ſpecies in genere, qucadmodũ in aïali homo, aut ſicut genus in ſpeciebus, uelut aïal in uolatili, quadrupede, bipede, aquatili. In diuiſis enim ex oppoſita ratione inuicẽ ſpeciebus, in ſpecies ipſas diuiſi generis eſſentia eſt. Tertio modo eſt aliquid in aliquo pinde ac pars in toto, quo pacto manus in corpore eſt: aut tanq; totum in partibus. Totũ náq; hominis corpus eſſe dicimus in capite, dorſo, pectore & reliqs partibus, ex quibus uniuerſum corpus abſoluiꝫ. Eſt pręter hos modos, aliquid in aliquo, uelut in uaſe, & in loco: quo pacto Dionẽ in foro eſſe dicimus, & uinũ in fictili. Et accidẽtia pręterea in his, quibus accidunt, eẽ dicunt, ut albũ in albo corpore. & itẽ in ſua miſtione, q; mixta ſunt, uelut in mulſo ita mulſo uinũ ac mel. Verũ pręter enumeratos modos in aliquo eſſe quid diciꝫ, tanq; ſpecies ſiue forma in materia. Illud enim per quod aliquid (cũ ex quibuſdã ſit) eſſentiã habet, ſi cõpareꝫ ad reliquũ, ſic eſt uti forma in materia. Cæterũ eodẽ modo ſe habet figura eiuſmodi in ſtatua, q; ex ęre figuraq; cõſtat: itẽq; grauitas in terra, quę ex materia & ipſa grauitate cõſtituiꝫ. His modis enumeratis, quibus intercedẽtibus, aliud in alio eſſe aſſeueramus (gubernatorẽ enim in nauigio nõ aliter dixeris, q; per modũ quẽpiam ex his quos attulimus) aïa in corpore cũ ſit, ſanè in corpore nõ eſt, pinde atq; corporis pars: qppe quę corpus foret, q; q̃uis pars corporis, corpus eſt, & aïa ſubĩde aïalibus nõ in qualitatẽ, ſed in quãtitatẽ cõferre uidereꝫ. Pręterea p̃ditũ eſſe aïa ſimul uniuerſum corpus eſſe nõ poſſet, ſed alterũ ab altero abiũctũ eſſe cõtingeret. Alioquin euenire poſſet, ut corpus p corpus ingrederetꝫ ac tranſmigraret. Sed neq; ut totũ in partibus, ita aïa in corpore eſt: q; eędẽ partes & aïæ & corporis eſſe uiderentur, ut aïa uelut totũ in ſuis partibus eẽt. Verũ non eſt itẽ aïa in corpore, ut ſpecies in genere. Neq; enim id corpus, in quo eſt aïa, genus aïę eſt: qppe q; utrũq;, hoc eſt aïa & corpus, unũ quidã numero eſt: genus autẽ & ſpecies cõia, & uniuerſalia ſunt. & præter hęc corpus eſſe aïam cõcedere opus eſſet. At uero neq; tãq̃ genus in ſpeciebus, ita in corpore aïam eẽ dixeris: cũ ob eas quas retro attulimus cauſas, tũ uero q; ſi aïa genus corporis aſſeraꝫ, oẽ corpus aïam eſſe neceſſe eſt: quẽadmodũ oĩs hõ aïal eſt. Non eſt itẽ corpus locus aïę: hinc. n. id abſurdum efficiꝫ, ut aïa corpus eſſe dicaꝫ. Nanq; quod p ſe in loco eſt, corpus eſt: locũ præterea corpus eſſe cõtinget. Quod ſi ita ſe habeat, cõfiteri neceſſe eſt corpus eſſe uel interuallũ aliquod inane, uel terminũ rei cõtinẽtis. hę. n. traditę ſunt de loco ſententię. Quinetiam loci nequaquã intereſt, ut rei, quę in loco ſit, aliquid cõferat, quo qppiã eiuſmodi ſit: corpus autẽ aïa præditum differen-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

tias ad alia corpora comparatas ſortitur ab anima. Inſuper eſſe nullo pacto poteſt, ut in corpore conſtituatur anima uelut in uaſe. Vas enim eius rei, quam continet, locus eſt: atq; hoc ſolo à loci natura differre ſentitur, q; una cum his rebus quas continet, tranſmigrare & transferri poteſt. Non eſt quoq; ut accidés in ſubiecto, ita in corpore anima: quippe quæ ſubſtantia ſit, & uim contrariorum ſuſceptricem habeat. Nullum autem accidens ſubſtantia eſt. Demum quicquid in ſubiecto quopiam eſt, eidem ſubiecto cauſa eſſe nullo pacto poteſt: cum uel abſq; eo ſubiectum per ſe ſubſiſtere ualeat. Corpus autem organicum, in quo eſt anima, ut organicum ſit, habet ab anima. Verum nec ſicut in commiſto ea quę miſcentur, ita in corpore anima eſſe dicenda eſt. Nihil enim eiuſmodi, quod ſit in aliquo, peculiarem naturam incolumé retinet. Neq; aqua neq; mel in mulſo ſeruantur incolumia: corpus autem & anima utrunq; ſimul in animáte permanet. Omnis præterea miſtio corporum eſt. Proinde ſi hoc aſſerueris, animum corpus eſſe concedere oportebit. poſtremo non eſt in corpore anima velut gubernator in naui. At uero ſi ita gubernatoré accipis, quaſi pro gubernatore arté gubernatoris intelligas: anima hoc pacto eſſe in corpore poterit, uelut habitus & ſpecies in materia. Ita enim ſeſe habent habitus in iis rebus, in quibus habitus eſſe noſcuntur. incorporei enim ſunt, atq; ab iis rebus in quibus ſunt, inſeparabiles habent. At uero ſi ita gubernatorem admiſeris, ut eum qui artem & habitum habet, accipias: ſtatim efficitur, ut anima corpus ſit: (neq; enim eſſe poteſt gubernator abſq; corpore) ita eueniet, ut in abiuncta aliqua corporis parte ponatur, uelut in loco. Nec erit omne corpus prędituṁ anima, ſimul iiſdé affectionibus ſenſibuſq; commotum. & præter hæc accidat neceſſe eſt, ut corpus uiolenter impellatur ab anima, poſitq; ſi eiuſmodi ſit, corpore abiuncta ſeduci, & in corpus deinceps regredi, ut alio tempore corpus animatum ſit, alio autem inanimū. Atqui quænam cauſa hęc fuerit, ut cum quippiam tale ſit anima, protinus ímigret in corpus? Quiſnam ingreſſus, aut immigrationis modus? Quę cauſa illa eſt, ut ſimul cum corpore permaneat anima? Prius etiam inquirere operæprecium fuerit, quęnam ſit illius ſubſtantia, quęue natura. Quinetiam ſi animam non ut artem gubernatoriam, ſed ut gubernatorem in corpore conſtitueris, ipſam quoq; ex materia & ſpecie conſtare fateri cogeris. Hęc autem ſpecies erit anima: ſi ab eodem conſequitur, ut ſit anima, à quo conſequitur, ut gubernatrix ſit. Per ſpecié enim quęq; res habet ut ſit id, quod eſt: à ſpecie uero, non autem à materia gubernator habet, ut gubernator ſit. Quas ob res ſi nullo eorum, quos retro attulimus, modo animam in corpore eſſe poſſibile eſt, reliquum eſſe uidetur ut ſit in corpore tanquam forma ſiue ſpecies: quádoquidem ſpecies eſt id, per quod unumquodq; eſt id quod eſt. Animal auté per animam animal eſt. Poſtquàm autem anima, quę perfectionis & entelechię uocabulo ab Ariſtotele nuncupari conſueuit, ſpecies eſt, ſicut oſtendimus: eiuſmodi ſpeciem intelligamus quę ſit in materia. Species enim corporis eſt, & naturalis quidem corporis, non artificio conſtituti, uelut ſtatuę. Naturalis etiam num corporis, non quidem ſimplicis, uelut ignis, ſed compoſiti & organici. Porro ſpeciem eius rei cuius eſt ſpecies, perfectionem, eſſe monſtratum eſt: ideoq; eā & perfectionem & entelechiam appellare Ariſtoteli placuit: quoniam cauſa ſit, ut ea res cuius eſt, in perfectione ac fine conſiſtat. Non ab re eiuſmodi definitio tradita ab Ariſtot. uideri poteſt: Entelechia autem, ſiue actus primus ratio dicitur, quod perfectio diuiſa bifariá eſt: altera habitus & poteſtas eſt: altera actus à poteſtate proueniens. Ex iis poteſtas prima eſt & ſpecies, & ex poteſtate perfectio. Eſt igitur entelechia prima, corporis naturalis organici. Corpus auté organicum illud appellamus, quod plures diuerſasq; partes ſibi uendicat, quæ naturalibus poteſtatibus fungi ualeant: atq; habet (inquit) uitam potentia, ut id omnino uitam habere intelligat, quod actu uitæ munere fungi poſſit. Id enim quod iam abſolutam perfectamq; animam habet, ea intercedéte, quamplurima & agere & pati poteſt: ali, generare, ſentire, appetere, conſiderare, dicere, agere, ſanari, ægrotare. Nanq; quicquid anima prędituṁ eſt, tametſi non agat, nihilominus agendi facultatem habere conſpicitur. Atque id ipſum quod eſt eſſe poteſtate, adiacens eſt, quod primæ entelechię naturam oſtendit. Ipſa quoq; animæ ſubſtãtia eiuſmodi eſt, ut complures animas una definitione comprehendat: non ſane quæ inter ſe eiuſdem ſpeciei ſint, ſed quę ordinem quempiam inuicem habeant: ut alia quidem in his īperfectior ſit, ac fere prima, poſt hãc autem alia perfectior, q; ultra ſuperiores aliam quoq; poteſtatem accipiat, & rurſum alia pręter has aliam poteſtatem ſumat. Neq; uero cũ hę interſe ſeſe hoc pacto habeátur communem definitioné, quę certa & euidens ſit, ſortiri poſſunt. Quandoquidem neceſſarium eſt, ut definitio de iis ipſis omnibus prædicetur. Nec in definitione, quę eiuſmodi ſit, aliquid eorum, quæ perfectiora ſunt, ſignificari poteſt. Nõ enim ea quę imperfectiora ſunt, definitione comprehenſa uiderentur. Quo fit ut communis illa definitio animę, cum ſimplicior cõmuniorq; ſit, nullam earum, quæ potiſſimum animę poteſtates eſſe uidentur, complecti poſſit. Ex aliquo enim, quod his ipſis poteſtatibus commune eſt, eiuſmodi definitio conſtituitur.

Quod inſeparabilis eſt aĩa a corpore cuius eſt anima.

CAeterum ſi anima ſpecies eſt, ſicut oſtendimus, neceſſarium eſt illam à corpore inſeparabilem eſſe, & ſuapte natura immobilem atque incorpoream haberi. Hæc enim in omni ſpecie conditio eſt. Nanq; corpus ſimul utrunq; eſt, & perſe ſubſiſtens: ſpecies uero & forma alterius eſt. Talis enim eſt entelechia & perfectio, quæ abſque eo cuius eſt, eſſe non poteſt: quemadmodum neq; terminus, abſq; eo, cuius eſt terminus. Quamobrem pari ratione animam abiungi, & per ſe ſubſiſtere nõ poſſe dicendum eſt. Neq; eſt utiq; corpus: neque etiam ex eorum opinione, qui omne corpus aut materiam, aut ex materia eſſe aſſerunt (quę Stoicorum ſententia eſt) eſſe poterit ipſa ſpecies corpus. enimuero ſpecies materia non eſt, q; materia ſine qualitate eſt: ſpecies autem qualitas quędam eſt. Neque eſt ex materia. Nanque ſi ſpecies rurſum ex materia & ſpecie conſtare dicatur, prius profecto altera ſpecies uidebitur ex utroq; conſtitui. Mox ad infinita progredi neceſſe eſt, ſi ſpecies ex materia & ſpecie, & deinceps illa quoq; ſpecies ex materia & ex ſpecie conſtituat. Quod ſi ſpeciẽ ex materia & ſpecie ſic

eſſe

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

esse dixeris, nō q̄si ex alia quapiā specie, sed uelut ipsa cū materia specie hñte nō erit materia secūdū se ex sua ratione qualitatis expers. Materia enim ad hoc ut sit, specie aliqua & qualitate indiget. Si autem hanc, licet non possit absque qualitate subsistere, qualitatis tamen expertem affirmant: quoniam in propria illius natura nō est qualitas, ita proculdubio species & qualitas sine materia erunt: tametsi unà cum materia substantiam habeant: ob id, q̄ in propria speciei qualitatisve natura, materia nulla comprehenditur. Verum quis non absurdum esse fateatur materiam ob id esse dicere, q̄ speciem & qualitatem accipiat, & materiam quampiam rursus assumat? Quod ab iis affirmari necesse est, qui speciem & qualitatem materiale corpus esse cōcedunt. Quod si partes omnes corporis necessario corpora esse contendunt: sicut superficiei, lineæ, & temporis partes, tempora, lineas, & superficies esse confitemur: hinc autem efficere uelint, ut cū animal corpus sit, species & materia, quę animalis partes sunt, corpora esse uideantur: supino sane errore labuntur. Non enim eo pacto materia & species partes corporis sunt quo partes illæ, in quas corpora secantur & decidunt. Hæ nāq̄ corpori ad quātitatē cōferūt: & sectę manēt atq̄ subsistūt. at uero species & materia haūd quaq̄ eū in modū, partes corporis esse dicimus, sed sicut in statua partes sunt æs & forma, in q̄ deinceps statuę diuisio eo modo fieri neqt, quo in caput, pectus, & crura dispescit. Tāetsi cōstat ex iis uelut ex eius partibus, quod simul ex utroq̄ constitutum est: licet nō eadem penitus ratione. Figura enim, quæ statuæ pars est, non ut in quanto, sed ut in quali statuę conducit. Neq̄ sic conducit, ut in eo quod post separationem à materia per se esse possit incolume. Illa uero (de qua supra diximus) corporum continuorumq̄ diuisio in partes fit, quę quantitatis ratione pensitantur, & quæ post diuisionem permanent. Quapropter neq̄ eiusmodi partes simpliciter corporis esse dicūtur: sed huius corporis, cuius pars & id, per quod tale quidpiam est, non est corpus. At uero neque iis rationibus quicquam efficitur, quibus hoc pacto argumētātur. Id cuius pars corpus est, ipsum quoq̄ corpus esse: Sēsum autem, pars animæ cum sit, corpus esse: Ipsam igitur animam corpus aliquod esse demonstrari. Nam si sensum uelut sensorium accipiunt, id corpus esse non imus inficias. Atqui illud nequaquam animę pars est. Si uero per sensum sentiēdi uim & potestatem intelligunt, est profecto pars corporis, sed non ut corpus accipitur. Nimirum si anima corpus est, & corpus non ut materia, erit certe ut ex materia & specie: quandoquidem (ut diximus) ita sentiunt, ut corpus omne à materia eiusmodi sit. At si hęc ita se habeant, atque in eo corpore species anima sit: siue subiectum illud animæ corpus hoc quidpiam sit, quod per se subsistere ualeat: siue spiritus: siue quid aliud non animatum, quod incolumi hoc corpori admotum, animatum ex non animatum ex non animato possit. efficere: huic sane erit anima, uelut ii opinantur. Neque enim dici potest ut, per quampiam qualitatis ad spiritum adiectionem, spiritus anima fiat. Nam si adiectio qualitatis ad spiritū, secundū substantiam spiritus mutatione efficit, tūc spiritū in aīam demutari dicere licebit. Quod si post qualitatis adiectionē manet spiritus, planè adiecta spiritui qualitas, spiritū aīam non facit. Tanquam ea quæ substantiam spiritus non mutet, sed accidens spiritui superueniat. Enimuero nullum naturale corpus, nisi secundum substantiam transmutetur, ex alia natura in aliam transmigrare potest. Alia autem est natura animæ, alia spiritus. Non enim spiritus animæ genus dici potest, cum habeat per se subsistentiam. Nullū autem genus tale est, ut possit per se subsistere.

Quod nullum ex simplicibus corporibus sit anima.

VErum ii qui animam corporis quidem speciem esse concedunt, illam autem, unum quodpiam ex subiectis animali corporibus faciunt: puta ignē, aerem, aut aliud quid simile: se portionem materiæ, reliquæ materiæ formam facere non animaduertunt. Quod proculdubio quam absurdissimum est. Alia enim sicut ostendimus, natura materię est, alia speciei. Illa subiectum est, hæc in subiecto est. Illa formatum quidpiam, hæc autem id quo formatur. Atq̄ hac in parte eos, qui sese horum hominum sentētię addicūt, id consequitur, ut siue ignem, siue aerem, cęterorum trium corporum perfectionem esse fateri cogantur: atq̄ idem ipsum generationem simul ex eorundem corporum mistione sortiri. id enim est perfectio. Atq̄ hoc pacto non erit id amplius in simplicium corporū numero censendum. Quoniam illud, cuius generatio est ex complurium corporum mistione, simplex esse nullo modo potest. Igitur non erunt simplicia corpora quatuor numero. Atqui nullum ex quatuor corporibus ex reliquorum mistione fieri posibile est. Quādoquidem necessarium est, ut quicquid ex aliorum mistione constituitur, omnes eorum corporū, ex quibus mistum est, potestates adeptum sit. Eatenus enim mistio à corruptione dispescit: quod rerū, quas īmiscere cōtingit, non est integra & exacta corruptio: ut igni frigiditatē, atq̄ humiditatē, aeri siccitatē & frigiditatē inesse cōcedamus. Pręter hęc quodnā ex quatuor corporibus reliquorum trium speciem facis? Id quoque accedit absurdum & insolens, ut in animali solæ habeantur eius corporis uirtutes, quod ex aliorum corporum temperamento compositū sit: uelut si id ignē esse dixeris, caliditas & siccitas. Si uero quodpiā aliud reliquorum corporum: eius corporis qualitates animalis potestates esse dicantur ea de causa, q̄ id quod factum est, ex illius qualitatibus sit. Quod si non magis illius quàm cęterorum corporum simplicium uirtutes in animali permanent: certe id quod factum est, nequaquam ex iis singulis esse poterit. Non igitur erit species. Quod si non sit species, non erit anima. Quid quod si unum ex elementis sit anima: aut non omne animal animatum esse, aut corpus intra corpus ingredi posse uidebitur. Qua opiniōe quid stolidius possit esse, non uideo. Quonā enim pacto fieri potest, ut corpus quod se ipso refertū & pressum est, quodq̄ nihil in se inane continet, aliud in se corpus plenum itidem seipso recipiat? Si enim cum se ipso plenum sit, aliud rursum se ipso plenum corpus excipit: nihil impedimento esse putabitur, quod aliud & aliud deinceps excipi prohibeat. Enim uero nihilhominus ante plenum fuerat, cum solum esset: quàm ubi aliud in se corpus excepit. Itaq̄ nihil prohibere posse uidet, quin aliud denuo corpus excipiat, & deniq; maximum corpus in minimo collocetur. At uero quis non indecēs esse concesserit, si eo in loco qui aliquo corpore refer-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

tus ſit,aliud item corpus recipi poſſe dicamus? cum & locus idem maneat, & corpus pariter, à quo locus ipſe completur in eodem loco perſiſtat,neq; in diuerſam quãpiam partem diuertat.Cęterum,quantũ hæc opinio male cohęreat, alio in loco à nobis abunde tractatum eſt.Sed pręter hęc ii qui eius opinionis aſſerto res ſunt,proportionem eius ſpeciei quę in animalibus eſt,ad ſpeciem ſimplicium corporum, & eorum quæ artificio conſtituta ſunt,ſeruare nullo pacto poſſunt. Neq; enim eiuſmodi ſpecies grauitas eſt, aut leuitas, aut figura.Planè ſi unum quidpiam elementorũ animam eſſe ſtatuunt,cum ſpecies id ſit,quod materiam informet,non autem id quod ex utroq; conſtituitur: anima eiuſdem elementi ſpecies eſſe uidebitur: puta grauitas,aut cum hac caliditas & ſiccitas,aut alia quę piam ſimplicium corporum forma.Cęterum ii quoq; uehementer errant,qui animam animalis quidem ſpeciem faciunt,ſed eam ſpeciem ſiue formam uelut ſubſtantiam aliquam ſeparabilem & ipſam per ſe exiſtentem affirmant,quomodo naui gubernator aſſiſtere dicitur.Gubernatorem enim nauis ſpeciem & perfectionem eſſe contendũt. Falluntur ſanè,cum gubernator neq; forma, neq; pfectio nauis ſit.Abdicato.n.& abſente gubernatore,nihilominus nauem eſſe cõcedimus. Quod ſi forte actionis nauticæ forma gubernator dici poſſit,,pfecto fiet nauigii ſpecies tali ſchemate, quo & ipſa nauigii actio eſt. Ad illam enim gubernator aliquid confert. Anima uero ſpecies eſt animalis, quatinus animal eſt.Neq; eo dũtaxat tempore, quo operatur anima eſt.Quo fit,ut primam entelechiam animã appellemus. Quod enim ratione diſpari & longe diſſimili,anima animalis & gubernator nauis ſpecies ſit, uel hoc ipſo perſpicuum eſt,quod abeunte gubernatore,nauis permanet:abeunte autem anima,diſſoluit & interit animal. Quapropter ad nauis figuram,proportione conferri poterit.Per illam enim nauis habet, vt ſit,ſicut aĩal p aĩam.Accedit eodẽ q; gubernator nõ in tota naui eſt, at omni ex parte animatum corpus animalis eſt. Atqui ſi eo modo anima uerſetur in corpore,quo in naui gubernator:ſemel abiunctam & ſemotam à corpore animã rurſum corpus ingredi poſſe uidebitur.Verum quid erit id,quod animam, ſi ſit eiuſmodi,in corpore detineat? Poſt hæc non ſecundum propriam naturam corporis motum eſſe fateri coguntur.Igitur citra naturam. Sed omnis motio, quæ præter naturam eſt,uiolenta dicitur,nec abſque corporis offenſaculo fit.Quare ſi hanc opinionẽ ſectari uolumus,rurſum ut anima ſit corpus,efficitur.Poſtremo non ab re erit eos,qui hoc pacto animam ſpeciem corporis aſſerunt,percunctari, quænam illa res ſit,que abiunctas inuicẽ, differentesq; naturas ſimul copulet contineatve,ut unum quidpiam ex iis fiat,& ſimul maneat.Difficile profecto eſt ea in re cauſam afferre,& principium conuentus illius, factęq; poſt conuentum copulationis adducere.

Animam quod ad ſe attinet,immobilem eſſe.

CVm autem anima ſpecies & forma corporis ſit, quemadmodum ante prædiximus: quandoquidem à corpore inſeparabilis eſt eiuſmodi ſpecies, profecto ſimul interibit cum corpore,quæcunq; corruptibilis corporis ſpecies eſſe deprehenditur. Erit igitur immobilis per ſe.Neque enim omnino neceſſarium eſt,ut id ipſum etiam moueatur, quod rẽi cuipiam motionis eſt cauſa.Sed ea,quę abſoluta & abiuncta ſunt ab iis,quę ab ſe mouentur,quęve contactu & more corporis mouent, etiamnum ipſa motione agi neceſſarium eſt.Quęcunq; enim propellunt,trahunt, uoluunt,important,ſimul etiam ipſa mouentur: & hoc pacto iis,quę ab ſe mouẽtur,cauſa motionis ſunt. Quęcunq; uero motarum rerum poteſtates & habitus eſſe noſcuntur,& in his quibus inſunt,cauſam motus afferunt:hæc non ſolum oportet, ut cum mouẽt, non moueantur,ſed etiam cum mouent, ut moueantur impoſſibile eſt.Quonam enim pacto effeceris, ut per ſe moueatur,quod non per ſe abiunctum & ſeparabile ſit? Eiuſmodi autem ſunt & habitus & poteſtates,& omnes deniq; corporum ſpecies, quo in numero animam eſſe retro monſtratum eſt. Quemadmodum enim grauitas in cauſa eſt,ut terra feratur inferius:& in terra ipſa huius motionis effectrix eſt: cum nequaquam ipſa moueatur, aut per ſe ſubſtet.(nanq; quomodo grauitas moueri per ſe poſſit, cum ſpecies & natura corporis ſit, à quo poſſidetur?)proculdubio eadem ratione anima in animalibus motionum, omniũ,quibus animal fungitur,cauſam habet. Quoniam eodem modo per animam, ut moueri poſſint, animalia facultatem adepta ſunt.Anima uero ita mouet corpus, ut per ſe nullatenus moueatur. At cum mouetur corpus,ſimul & ipſa mouetur,& ex accidenti mota dicitur. Quod in omni forma ſiue ſpecie euenire neceſſarium eſt: cum ſimul inſit corpori, cuius eſt ſpecies, atque illi ſemper aſſideat, ea de cauſa, quod ab ipſo corpore inſeparabilis eſt. Cumque ſpecies peculiaris & propria cauſa ſit motionis in corpore, mouere corpus ductu quodam & principatu dicitur. Ex accidente autem ſimul ipſa cũ corpore ſpecies agitur ea motione,qua corpus impellit. Nanq; grauitas ſeſe ſecundum accidens mouet, quoties corpori ſub quo eſt, motionis infra tendentis eſt cauſa.Anima etiam ſecundum accidens,tunc ſe ſe mouebit: cum animal,quod ipſam habet aĩam,aĩa intercedente mouebitur. Licet alia quapiam ex cauſa ſecundũq; locum animal moueri uideatur, anima tamen ea duntaxat motione,quę ab ſe prouenit,ex accidente à ſe ipſa propellitur.Enimuero ſi quoniam mo ueat,ob id ipſam quoq; moueri aſſerunt: cum eadem quietis etiam in corpore cauſa ſit,ipſam quoq; eodem pacto quieſcere recte dici poſſit. Quę enim ratio eſt, ut mouere & moueri animam dicamus:eam uero,cũ quieſcere faciat corpus,qeſcere inficiemur? Quod ſi res ita ſeſe habeat,non erit motus in animæ ſubſtantia conſtituendus. Nanq; maxime peculiaris animæ functio,in quiete magis, quàm in actione uerſatur. Aptius profecto & magis proprium, & magis animæ noſtrę conſentaneum eſt,quietem agere.Addo etiam maxime pręcipuum. Intellectio enim quę potiſſime conueniens animę functio eſt, quiete potius, quàm agitatione perficitur.Atque ea de cauſa longe in ſenectute, q̃ in iuuentute promptior eſt: & ſobrii ebriis, quieſcẽtes agitatis,intellectu expeditiore noſcuntur. Igit magis propriũ magiſq; ſecũdũ aĩæ naturã eſſe uidebit,frui potius qete q̃ motu.Quas ob res uerius dixeris animã, neq; per ſe qeſcere,neq; p ſe moueri: ſed, animal utriuſq; huiuſce muneris per ſe functionẽ habere.Quemadmodum enim incedere,uidere,audire

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

animam non dicimus. ſed intercedẽte anima hominẽ: ita in reliquis actionibus ac motionibus, quæ uti ab homine proficiſcuntur, nec operatur anima, nec mouetur. Tametſi ad id plerunq; dicendum, loquendi conſuetudo nos ducat: eam ob cauſam quòd corpus in eiuſmodi actionibus moueri, nõ eſt nobis tam euidenti ratione perſpicuum. Verum tam animal, q̃ homo iis fungi dicitur intercedente anima, per quam homo conſequitur, ut ſit homo. Verumenimuero homo per animam delectatur & mœret, iracũdus & meticuloſus eſt, amat, odit, addiſcit, intelligit, reminiſcit, mandatq; memoriæ: & non alia de cauſa hæc agit, q̃ quod eiuſmodi perfectione ac ſpecie præditus eſt.

Sicut enim luctator intercedente habitu luctationis luctari ſolet, cum ars ipſa luctandi minime luctetur: & tibicen ſonare dicitur, cum ars buccinatoria non ſonet: & textor texere, nequaquam texente textoria: ita ſane in actionibus coniectandum eſt, quibus ea quæ habent animam (quatinus ſunt animata) funguntur. In his enim nullas animalium functiones per ſe operatur anima, ſed per animam id quod animam habet. Neq; tamẽ illud uerum eſt, eſſe has actiones animæ: quia corpore ut organo utatur. Nam ſicut in cæteris poteſtatibus habitibusq; nihil horum ita agit, ut eo utatur, cuius eſt habitus: ſed è diuerſa ratione, quæcunq; poteſtates & habitus ſortita ſunt, intercedentibus poteſtatibus atque habitibus operantur. Neque enim grauitas ob id infra tendit, q̃ utatur terra, cuius eſt poteſtas: ſed terra ipſa intercedente grauitate, quę & poteſtas & forma & perfectio terræ eſt, fertur inferius. idem in anima modus habetur: cum ipſa quoq; poteſtas & actus & forma ſit eius corporis, à quo poſſidetur. Eius enim generatio quodammodo ex miſtione & temperamento primorum corporum eſt, ſicut oſtẽdimus. Atq; illud per animam operatur, in quo principatum animę eſſe conſpicimus. id enim in primis & per ſe animatum eſt. Ad has uero functiones, quę ſe intercedente fiunt, organicis corporis partibus utitur anima. Organa enim quæ animæ functionibus neceſſaria ſunt, ingenita animalibus inſunt, & corporis partes habentur: neque abiuncta & ſeparata ſunt, uelut artium organa. Nanque nerui, manus, pedes, ſenſoria, partes corporis ſunt. Eſt enim ſenſorium portio corporis organici ſuſcipipiendis ſenſilibus accommodata: anima uero animantis principiũ & cauſa eſt, non ſolum animales motiones efficiẽs, ſed etiam cauſa eſt ſecundum ſpeciem, quam formalem appellamus, quemadmodum ante monſtratum eſt. Pręter hæc autem eſt uelut id, cuius gratia aliquid eſt, & uelut finis. Quandoquidem anima eorum perfectio eſt, quę animã habere cernuntur. Ea uero quæ præcedunt finem, gratia finis habentur. In omnibus enim quę ſecundum naturam fiunt, id, cuius gratia aliquid ſit, finem eſſe putandum eſt.

Contra Ariſtoxenum qui uolebat animam eſſe harmoniam, hoc eſt intentionem quandam corporis.

QVi animam ſpeciem & formam eſſe aſſerunt ex eiuſmodi ſubiectorum ſibi corporum temperamento ac miſtione congenitam: ob id illam harmoniam, ſiue concentum eſſe exiſtimare nõ debuerunt. Nanque non ea de cauſa, q̃ ſine eiuſmodi miſtione & temperamento anima eſſe non poſſit, unum idemq; cũ iis anima eſſe cenſenda eſt. Nec enim idem eſt anima cum eiuſmodi corporum temperamẽto, quod ipſa harmonia eſt: ſed eſt uis quędam in eiuſmodi temperamento congenita, quę medicinalium potionum uirtutibus comparari recte poſſit, quæ ex multarum rerum immiſtione componuntur. In his enim pharmacorum miſtura & compoſitio, alia duplex, alia media eſt. At uero hemiolium (ſi forte ſic eueniat) proportionem quampiam ad harmoniam & concentum habet: non autem ipſa harmonia eſt. Illa quippe uis ſeu poteſtas, quę ex potionum immiſtione eiuſmodi concentum & rationem habente reſilit, haudquaquã harmonia eſt. Eſt enim harmonia ratio & cõpoſitio earum rerum, quę inter ſe commiſcentur. Atqui emplaſti, ideſt rei commiſtæ uis, nõ eſt ratio, qua intercedente res commiſta miſceatur. Hoc autem modo ſeſe habet anima. Eſt enim uis & forma, quæ per eiuſmodi miſtionem ex corporum temperamento ſuperuenit: non autem ratio aut compoſitio temperamenti. Commodius profecto ſanitati, quàm animæ, harmonię nomen indideris. Longe enim ꝓpius accedit harmoniæ ſanitas, quam anima. Nam & ſanitas quarundam rerum ſymmetria eſt, quæ ex quapiam ratione earundem rerum cõpoſitio & miſtio eſt. Anima uero ſymmetria non eſt, ſed uis quędam, in ipſa ſymmetria ſiue commenſuratione conſiſtens, quæ eſſe ſine ea nullo modo poteſt. Ipſam uero animam, nequaquam ſymmetriam eſſe dixeris. Cæterum cum in duas partes harmonia diſtrahatur, ut altera ſit in corporum compoſitione: uelut cum ea, quæ componuntur, ita ſe ſe habent, ut nihil eiuſdem generis intermedium excipiatur: tunc ἁρμόσθαι id eſt coaptatum eſſe dicitur, & harmoniæ uocabulo eiuſmodi compoſitio nuncupatur. Altera uero in rerum commiſtarum ratione uerſatur. Exempli gratia. Si ſecundum duplificatam rationem epitritus numerus commiſtus eſſe dicatur: eo enim cum hoc modo quid miſtum eſt: eorum quæ in miſtione, quadã harmonia intercedente copulari uidentur, fere aliud duplex, aliud mediũ eſſe dixeris: ut eiuſmodi miſtionẽ harmoniã eſſe cõcedamus. Sane ex priore harmonię genere, haud qua q̃ idem eſt harmonia, & id, quod ex rebus per harmoniam coniunctis effectum eſt. Neq; enim ob id, quod ligna inuicem cõmode aptata uiſuntur in gradibus, gradus quoque ipſi harmonia ſunt. Neq; quod lapides per harmoniam diſpoſitos in ædibus uideas, ob id ædes ipſas, quæ ex eorundem lapidum harmonia conſtant, harmoniam eſſe conceſſeris: Eodem pacto in hac ipſa harmonia aliud eſt harmonia, aliud id, quod ex rebus per harmoniam diſpoſitis conſtitutũ eſt. Idẽ modus harmonię illi debetur, quę ſecundum rationem eſt. Non enim, ſimul ubi quæpiam ratione aliqua per harmoniam commiſta cernuntur, cõtinuo id quod ex ea miſtione genitum eſt, aut harmoniam aut rationem eſſe conceſſeris. Nanq; non eadem res, eſt in cithara, per harmoniã aptari, & ſonos edere. Iam enim aptata eſſe per harmoniam poteſt, tametſi ſonos nullos edat. Strepitus uero qui excithara eiuſmodi harmonia intercedente gignitur, alius eſt ab harmonia, in qua gignitur. Et ſane affirmare poſſis nõ oĩum rerum, quę per rationem quampiam copulantur, harmoniam eſſe rationẽ. Ratio enim diplaſia, id eſt dualis, harmonia non eſt, quoties in uino & melle fuerit.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

Non enim ex fortuito ac temere coeuntibus harmonia conſtat, ſed ex quadam cantus modulationisq; cõpoſitione conficitur. Nanq; omnis concentus in certa ac definita ratione fit. Calidi autem, & frigidi, ſicci, & humidi, hoc eſt elementorũ miſtio (cuius miſtionis formam animam eſſe non ambigimus) haudquaquã in certa ac definita ratione conſiſtit. Permanet enim eadem anima, cum uires, quæ in ipſa miſtione ſunt, quadãtenus intendantur, & remittantur. Omnino ſi quis temere rerum omnium, quæ ratione aliqua cõmiſcẽtur, copulationem, harmoniam nuncupare uoluerit: hunc prorſus omnia, quę compoſita ſunt, per harmoniã, aptata eẽ fateri conueniet. Enimuero in rebus omnibus compoſitis ſemper aliqua compoſitionis ratio reperitur. Quin & ii, qui animam ex nonnullarum rerum miſtura & compoſitione conſtituunt, eam nonnullorum corporum harmoniam aut compoſitionem eſſe coguntur aſſerere: inter quos ſunt Stoici, qui animam ſpiritum quodammodo ex igne & aere compoſitum faciunt: itemq; Epicuri, qui bus anima ex compluribus quibuſdam differentibus inter ſe corporibus uidetur eſſe conſtituta. Quin & ſi Platonis ſentẽtiã intuemur, animę ſubſtantia ex rerũ quarundam ratione aliqua cõiunctarum compoſitione conſtat: quemadmodum in Timæo pfert. Potius igitur (ſicut diximus) ex eorum, qui hæc aſſerunt, opinibus, anima harmonia eſſe poterit, quàm ex illiui ſententia, qui animam & habitum, & poteſtatem & formam cuidam ſimplicium corporum miſtio-, ni & temperamento ſuperuenientem affirmant.

Quod ſi ad eos reſpexeris, qui coniuncta ipſa, & animam idem faciunt, ob id, quòd ex illorum opinione animę eſſentia ex quadam coniuncti ſeu ſubiecti compoſitione eſt: quę ſane compoſitio, nihil aliud q̃ ipſa harmonia eſt: profecto compoſitum ipſum ab harmonia eſſentiã habere poſſe putabitur. Atqui ſi eius ſentẽtię adhęſeris, qui coniuncta ſeu ſubiecta, & animã non ſimpliciter idem faciunt, ſed illam uirtutem, in quadam primorum corporum miſtione & temperamẽto conſtitutam affirmant, pculdubio temperamẽtum illud materię rationẽ habebit. Eſſentia uero animę non (ut illi concedere coguntur) per harmoniam & temperamentum erit, ſed per uirtutem & poteſtatem, quæ in ipſa harmonia & temperamento genita eſſe dignoſcitur.

Quot & q̃ ſunt partes aĩæ, et quod finitę ſunt numero.

IGitur quę ſit animę ſubſtantia, queve ad animam conſequantur, in uniuerſum breuibus collecta pro uirili parte monſtrauimus: mox ſequitur, ut de animæ partibus diſſeramus, & quot quęve ſint, oſtendamus. Atq; in primis illas quidem plures numero, ſed finitas eſſe declaremus. Complures ergo haberi animę poteſtates, neq; unam duntaxat eſſe, quam immutationes functioneſque ſecus ad alia & per alia diſiunctæ, plures eſſe uideri faciant: quę fuit & Democriti, & nonnullorum aliorum philoſophorum opinio: ſatis ipſa concretarum & ſimplicium inter ſe poteſtatum pugna demonſtrat. Apertisſime autem idem uel ex eo oſtenditur, quod nihil incaſſum & temere fieri à natura conſpicitur: & præter hæc nonnulla eſſe uidemus, quę poteſtatem animę cum habeant, fungi tamen reliquis actionibus non poſſunt: quamuis adſint ea, circa quę intercedentibus illis poteſtatibus functiones fiunt. Quod ſi quiſpiam in his actionibus ob id non fieri contendat, quod organis careant: profecto is nihil incaſſum naturam agere, uerum eſſe negabit. Fruſtra enim à natura factum eſſe uidebitur, ut anima pluribus actionibus fungẽdi facultate ſit prędita, ſi ab eadem natura propter organorum indigentiam agere atq; operari prohibeatur. Atqui cur non abſurdisſimum eſſe fatearis, ſi hominem à ranis cæterisq; utcunq; ſeſe offerentibus animalibus, non animæ poteſtate, ſed organica tantum parte corporis diuerſum eſſe conceſſeris? Inſuper hæc opinio iis conſentenea uidebitur, qui μετεμψύχωσιν, ideſt uicisſitudinem migrationemq; animarum aſſerere non dubitarunt: ſi non ex animę poteſtatibus, ſed ex organis, animalium & functionum ipſarum diuerſitas fieri dicatur. Eadẽ enim erit in omnibus aĩatis aĩa, ſed ex corporũ differentiis differenter agere uidebitur: quod & illi quoq; concedere non uerentur. Igitur complures eſſe animæ poteſtates & iis, quæ ſupra diximus, abunde monſtratum eſt. Quod uero infinitæ non ſint, eodem argumemento patere poteſt: quod nihil temere & fruſtra naturam agere uidemus. Incaſſum profecto infinitus poteſtatum numerus affertur in medium, ſi nullum animal infinitis poteſtatibus fungi poteſt. Accedit eodem, q; cum partes corporis habẽtis animam finitę ſint: ipſas itidem animæ partes finitæ ſint: ipſas itidem animæ partes finitas eſſe debere, ratione conuincitur. Præter hęc natura cuiuſpiam gratia res facit. atq; ſimul in re quapiam primum & ſecundum compereris, ſemper id quod primum eſt ſupra ſecũdum relationem poſſidet. Anima uero nõ ſolum natura eſt, ſed & à natura quendam in ſe ordinem poteſtatum habet. Erit igitur in iis ipſis poteſtatibus poſtrema quędam poteſtas, cuius gratia ſint reliquæ pręcedentesq; poteſtates. Confeſtim enim ubi potentiarum animę prouentum in infinitum eduxeris, id pariter ſuſtuleris, naturam res omnes cuiuſpiã gratia facere. Cum ergo poteſtates animę & plures & finitæ habeantur, quot & quę ſint inquirere neceſſariũ eſt. Cum enim (ſicut paulo ante prędiximus) ſint aliqua, quę in ſeipſis habeant aliud, quod primum, & aliud quod ſecundum ſit: itemque aliud imperfectius, aliud perfectius: horum ſane ſubſtantiam per communem definitionem cõtinenter & exacte ſtatuere non eſt, ea de cauſa, quod in his, quę perfectiora ſunt, rerum natura pręcipue ac maxime deſignari ſolet. Communis autem definitio uim hæc ipſa demonſtrantem continere non poteſt. Quandoquidem eiuſmodi ratio his, quę imperfectiora ſunt aptari nequit. Atque ita fit, uti communis non permaneat. Animam autem eodem modo ſeſe habere cernimus. Nanque inter animę poteſtates quędam primę ac ſimpliciores ſunt, atq; ea de cauſa iperfectiores: quædam uero has ſubſequuntur, & rurſum has alię. Atque ea inter ſe omnes ratione conſtant, ut priores à poſterioribus ſeparari poſſint: contra poſteriores ſine prioribus eſſe nõ poſſint. Eſt aũt nobis ſermo de aĩa q̃ in iis aĩalibus eſt, q̃ generantur, quęq; intereunt & corrumpuntur. Ad hanc enim attinet retro allata definitio. Enimuero deorum anima, ſi anima dicenda eſt, p ratione cognominem anima nuncupari poteſt. Igitur q de anima diſceptaturus eſt, de unaquaq; illius

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

poteſtate ſingulatim ac proprie tradat oportet. Animæ uero, quę eſt in animatis, quę generationem & corruptionem ſentiunt, prima ſane poteſtas illa eſt, quam altricem appellamus, cui uis auctrix & genitrix coniungitur. Hac enim primum poteſtate animatum corpus ab inanimato diſtinguitur. Iam igitur ea, quę eiuſmodi poteſtate ſunt prædita, dicimus uiuere: quod ob id fit, quia adeſt anima, & uita in omnibus animatis eſt (nedum in ipſis ſtirpibus) ab altrice uirtute: quemadmopum in ſenſu prędictis fit, ut à ſenſuali poteſtate ſentiant. Confeſtim enim neceſſe eſt intereãt uiuentia, ſimul hac ipſa poteſtate priuata ſunt: contra uiuant omnia, ubi illã adipiſcuntur. Et quęcunq; pręterea cõplures poteſtates ſortita ſunt, primę huius poteſtatis præſentia uiuunt. Ideoq; uitam definimus nutritione & auctione, quæ ab altrice uirtute proueniunt. Secundum autem animæ genus, uis ſenſibilis eſt, & impultrix. itemq; uis appetendi & imaginandi: quas in nullo conſpicere eſt, ubi uis illa altrix abfuerit: contra uis nutrix ſine iis ſubſiſtere, ea enim ad ſtirpes pertinet. Quæcunq; uero uim ſenſibilem habent, animalia ſunt. ui nanque ſenſibili definitur animal. Atq; hæc eadem uim altricem neceſſario poſſident. Cæterum quibus uis appetendi atq; imaginandi ineſt, iiſdem uis ſenſualis adiungitur. Rurſumq; ac mutuo appetendi imaginandiq; poteſtates ui ſenſibili copulantur: & quęcunq; deinceps uim impultricem, & ſecus locum motricem habent, imaginandi etiam, & ſentiẽdi uirtute ſunt prædita. Verumenimuero omne quod per animam, quam in ſe habeat, ſecus locum immigrare & moueri natum eſt: neceſſario uim poſſidet, qua imaginetur, ſentiat, nutriatur. Non tamẽ oẽ, quod uim imaginandi, ſentiendi, & alendi poſſidet, id continuo immigratione moueri natum eſt. Poſtrema uero animalium poteſtatum ſpecies eſt, quę paſſim rationalis dicitur. Sunt autem in ea uirtutes plurimæ: quarum alia conſilium, alia opinionem, alia ſententiam, alia deliberationem præbet. Quæ profecto quàm abſolutiſimę animæ poteſtates habentur: cum quòd id, quod & præſtantius & nobilius eſt, ſibi uendicant: tum uero quòd anima, quæ iis poteſtatibus prædita ſit, reliquas omnes poteſtates habet: cũ reperiatur anima, quę contraria ratione reliquas illas omnes poteſtates adepta ſit, atq; harum ipſarum rationalis animæ uirtutum particeps eſſe non poſſit. Quapropter cum animæ poteſtates complures ſint, ubi rationalis uis eſt, ibidẽ una eſt ex omnibus anima. Nulla enim poſteriorum poteſtatum poteſt abſq; pręcedẽte ſubſiſtere: ſed ſunt fere omnes uelut partes, additis iis, quę ſunt potiora, poſterioribus. Atq; ob id additionem, ſiue auctarium quoddã ex prioribus faciũt. Ex pręmonſtrato autem animarum atq; animalium poteſtatum diſcrimine, communior quędam animatarum rerum diuiſio diſtrahitur: qua aſſerimus eorum quæ anima prędita ſunt, quędam eſſe ſtirpes, quędam animalia. Deinceps animalium, alia haberi rationalia, alia rationis expertia. Quæcunq; enim omnes, quas ſuperius attulimus poteſtates habent, ea rationalia, atq; abſoluta ſunt. Quibus ab omniũ maxime nobili uirtute inditum nomen eſt. Id autem animal, ſolus homo eſt. Quę uero rationis quidẽ expertia ſunt, ſed habent ſenſum, irrationalia appellantur: & ea poſſident, quę ad ſenſum, quęq; ad uirtutem ſecus locum motricem attinere cernuntur: & quoniam citra rationalem uirtutem degunt, propter nobiliſimę poteſtatis abſentiam priuationemq;, irrationalia nuncupantur. Demum uero q̃ ab altrice, & genitrice duntaxat uirtute diſponuntur, ſtirpes eſſe conſtat. Cum igitur ita ſeſe habeat anima, atq; ob eam cauſam communi definitione euidenter demonſtrari non poſſit: operęprecium ac neceſſarium eſt, ſi de anima dicere uolumus, de quaq; poteſtate mẽbratim ac proprie ſermonem facere. Hoc enim pacto quę ſit animę ſubſtantia, quæve natura deprehendetur. Eatenus uero de his ipſis poteſtatibus diſſeremus, quatinus earũ cuiusq; natura, atq; diuerſitas liquido nobis pateat. Enimuero inhærere ſingulis difficultatibus, illasq; oſtiatim inquirere, cum accuratioris diuturnioriſq; operę indigeat, ad inſtitutam traditionem peculiariter pertinere non arbitror. Nanq; ad animæ naturam euidẽtius conſtituendam, circumambire ea, quę de ſingulis poteſtatibus tradi ac dubitari poſſunt, impedimento potius quàm adiumento fuerit. Porro cum partem animæ dicimus, non ob id quiſpiam à nobis animam effici magnitudinem autumet. Neque enim oẽ quod habet partes, magnitudinem eſſe neceſſe eſt. Nanq; numerus magnitudo non eſt, tametſi compoſitus ſit ex partibus. Anima uero in partes, neque magnitudine, neque numeri diuiſione diuiſilis eſt. Non enim ſeparatam animam facimus ab iis, in quę diuidi-tur: ſed poteſtatum, quas habet, enumeratione & differentiarum inuentu, diuiſionem eius conſtituimus, eo fere pacto, quo ſi quiſpiam pomum redolentia, & pulchritudine diſtinxerit, aut in figurã ſaporemve diuiſerit. Profecto eiuſmodi diuiſio, neq; ut corporis: tãetſi pomum maxime corpus eſt: neq; ut numeri eſſe uidebitur. Cum igitur uita omnibus uiuentibus inſit ex animę præſentia, ſtirpes autẽ uiuant: habebũt igitur animam ſtirpes, & erit ſtirpium anima uirtus ſiue poteſtas, qua intercedente uiuunt. Viuunt autẽ quatinus & nutriunt, & incrementum ſumunt: igit uis altrix, & auctrix aĩa, & ſpecies ſtirpiũ eſt. Nanq; oẽ compoſitum, quod & eſſe & agere dicitur, interceden te altero, quod in compoſitione ſit, habitum & ſpeciẽ habet, id p quod eſt id quod eſt: per quod peculiari actione fungitur, idq; in re ipſa primarium eſt: ſecundariũ uero, eſt materia atque ſubiectum. & ſane quatinus ſecundarium habetur, eſt quid in ſeipſo excipiens: quatinus autem primarium, eſt id quod excipitur. Quemadmodum ſanum animal ex ualetudine & corpore compoſitum eſt, & dicitur ſanum quidem eſſe ualetudine, & ſanum eſſe corpore: cũ ualetudo ſit habitus & ſpecies, quam corpus excipit: corpus uero, quo ſecundaria ratione ſanum animal dicitur, materiã & ſubiectum aſſerimus, & id, quod ualetudinem recipere natum eſt: pari ratione ſeſe uiuendo habent, quęcunq; uiuunt, quę ex anima & corpore conſtituta, utriſq; dicuntur uiuere, primum anima, deinceps corpore. Hinc animã formam eſſe corporis, & id quod ab eiuſmodi corpore ſuſcipitur: corpus autem materiam eſſe, & id quod ſuſcipit commonſtrari poteſt. Altrix igitur, anima forma eſt eius corporis, à quo poſſidetur. Quod enim hoc ſit anima, & non natura ſimpliciter, inde etiam euidenter conſtare creditur, q̃ nihil eorum uiuit, quę naturam habere, perſpicuum & confeſſum eſt, cum anima careat. Nullum enim ex ſim-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

plicibus corporibus uiuere dicimus. Perinde quasi ea tenus uiuere quippiam constet, quatenus illi anima præsens ac præsto sit. Omnia igitur uiuũt, quæcũq; animam possident: & nihil uiuit, quodcunq; non possidet. Præter hæc autem si uirtutes, quibus intercedẽ tibus semina operantur, congenitę & peculiares his rebus habentur, à quibus semina deducuntur, per quas etiam uirtutes semina, qnę à corporibus animatis proueniunt, actione funguntur: profecto easdem uirtutes animales esse conuenit. Atqui semen omne, quod ab animatis rebus prodit, prima altrice potestate intercedente operari conspicitur. Altrix igitur potestas animalis est. Quamobrem cum hæc ipsa anima, sit & animalium potestatum prima: de ea primo loco differere, & quæ nam illius substantia, quæ natura sit, demonstrare par est. Cæterum sermo, qui de altrice anima habendus est, pari fere iugo copulatur cũ eo, qui de genitrice anima traditur. Peculiaris nanq; nutricis potestatis functio est, tam ali & incrementũ sumere, quam seminanti simile quippiam gignere. Est enim animalium, quęcunq; perfecta sunt, neq; manca, aut inchoata, & mutila (uelut spadones) neq; temere ultroneam generationem habentia: opus, efficere alterum, quale ipsum est: ut semper sint omnia, & diuini tatem imitatione ac similitudine consequantur. Verumenimuero quęcunq; natura subsistunt, diuinitatis desiderio capiuntur: omniaq; intercedente natura, agunt illius gratia. Porro anima animalibus in causa est, ut ea faciant, quę ad suam ipsorum naturam pertinere cernuntur. Generatio antem rei sibi similis, unũ quidpiam ex iis est, quę ab animalibus per naturam fiunt. Enimuero stirpes & animalia, quæq; non mutila, ex propria natura uim gignendę sibi rei similis sortiuntur. Potestas igitur genitrix, animalis est. Atqui stirpes, quę altricem duntaxat animã habere uidẽtur, præter nutricationem & auctionem, uim etiam gignẽdi sibi uendicãt. Altricis itaq; potestatis & animę portio est uis genitrix. Communis igitur nobis sit de re utraq; traditio. Plane cum in rebus omnibus per ea, quę euidentiora sunt ad minus euidentia ratione tendamus: ita in instituto opere à nobis agendum est. Et quandoquidem functiones & actus, qui intercedentibus animæ potestatibus nascuntur, ipsis potestatibus, à quibus proueniunt, euidentiores esse intelliguntur (uelut sentire ipso sensu manifestius est, itemq; ali altrice ipsa uirtute notius) ab ipsa sensus functione exordiri ęquum est: non eo solũ, quod notius, sed quod primum quiddam est per rationem potestatis, à qua ꝓuenit. Illa enim definitione prima sunt, quęcunq; in propria ratione continent aliqua, quæ non ulterius in definitione sumuntur. Eodem modo sese habet ipsa nutritio ad nutricem uirtutem. Rei enim, quę alitur, ali ab altrice uirtute competit: non autem uis altrix, ad hoc ut sit, alendi functione indiget. Functiones enim quę ab rebus extrinsecus fiunt absq; habitibus esse non possunt: habitus cõtraria ratione sine functionibus esse possunt. Verum is qui de nutricationis functione dicturus est, necesse est primum de alimento differat. Enimuero fieri non potest, ut ignoto alimento, quo alitur id, quod alitum est, nutricationis notionem assequamur. Eadem quęstionis series in cęteris animę potestatibus seruari potest, cum in iis etiam actiones habitibus euidentiores habeantur. Porro his, quę de functionibus actionibusve tradi ac dici possunt, consentanea ac copulata sunt ea, quę de iis ipsis tradita sunt, circa quę functiones actionesq; uersantur. Igitur cum quidnam sit altrix anima demonstrari oporteat, prius de alimento dicere aggrediemur.

De *altrice uirtute, & quod duplex sit alimentum.*

DVo itaq; alimentorum genera esse uidentur: alterum, quod inconcoctum indigestumve extrinsecus admouemus. Alterum, quod concoctione cõficitur, & adiicitur, & adiudicatur corpori. Vtrunq; enim alimenti appellatione nuncupamus. Atque hęc alimentorũ bifariã distracta natura, causa est, ut interdũ cõtrariũ cõtrario, interdũ similes simili ali dicamus. Nanq; alimẽtũ, quod subcrudum atq; inconfectũ est, rei, quę alitur contrarium est: cum immutatione quasimile fiat rei, quę nutrituri, ndiget. Hæc autem immutatio nihil aliud est, quàm ipsa concoctio. Verum immutatio omnis in controuersum tendit. Enimuero album, qua ratione album est in nihil aliud quam in nigrum, aut in colores intermedios immutatione uertitur. Quę ipsa etiamnum in medios colores immutatio non aliter, quàm per immutationem in contrarium fieri potest. Neq; pręterea calidum in aliud uertit, quàm in frigidum, rursumq; frigidum in calidum. Neq; dulce in album aut nigrũ, aut frigidum, aut calidum uertitur, quatinus dulce est: sed in contrarium saporem. Pari iam ratione, si alimẽtum, quod incõcoctũ est, concoctione, immutatum rei, quę alitur simile factum fuerit: profecto antequam cõcoqueretur, atq; immutaretur eidem rei cõtrarium extitit. Quapropter omne eiusmodi alimentum posse incoqui, ac demutari in rem alitam necessarium est. Atq; hoc pacto contrarium contrario alimentum est: sed non omne prorsus temere contrarium. Neque enim quicquid in contrariũ mutatur, id continuo nutriri potest in quod mutatur. Acutũ enim in graue uertitur, contraq; graue in acutum, & infiguratum in id, quod figuratum est, & prętera album in fuscum: nõ tamen ob id efficitur, ut illa quorum immutatio in hęc facta est, alantur, augeanturve. Sed ea contrariorũ alimenta sunt: quę cum in contraria demutãtur, incrementum atque auctionẽ afferre nata sunt iis, in quę conuertuntur. Corporum autem est, incrementa cõferre. Idcirco alimentum, & contrarium & aliud corpus esse cõuenit ab eo, quod alitur. Neq; uero si eiusmodi esse alimentum oportet, ob id continuo credideris, quicquid coauxerit, alimenti modo incrementum afferre potuisse. Quippe quod simplicia corpora (quę elementa uocantur) augentur sane ab iis, quę in se demutantur, uerum non alimenti modo auctionẽ accipiunt. Aquam enim esse igni alimentum, communius & fusius dicitur, Ea nanq; duntaxat proprie augentur, quę altricem animam, cuius proprium est alere, sortita sunt. Ideoq; nullum inanime nutritur, tametsi augeatur. Atq; hoc pacto alimentum contrariũ est. Enimuero ab initio eiusmodi est: ubi uero adiicitur atq; adiudicatur corpori, subinde alimentum est. Adiicitur autem atq; adiudicatur simile simili, & rursum simile simili intercedente nutritur. Alimentum enim (ut aiunt) rei alitæ alimentum est. Res autẽ alita est id, quod adiectum atq; adiudicatum est. Id autem

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

autem est id, quod iam rei alitæ simile factum esse di-
gnoscitur. Cęterum id solummodo ali, quod altricem
animam habeat, neq; præter id aliud quidpiam, inde
perspicuum est: q; in similium compositione rei alen-
tis & alitæ, utrunque maius factum dici potest. Cum
enim similia utraque habeantur, utrunque profecto
in compositione pariter maius effectum esse poterit.
Id autem, quod ex alimento immutatum est, ali ali-
mento autem incrementum sumere dici non potest,
sed id dūtaxat, cui alimentum adiicitur: eadem causa,
quod alentem animam habet. Atque hoc sane intrans
mutatum permanet. alimentum autem ab ipsa altrice
uirtute immutatum, animato & permanenti adiudi-
catur. atque alimentum quidem tale est. Fit autem
alendi functio per nutricationem, altrice anima extrin
secus admotum alimentum per concoctionem immu
tante, atque adiudicante corpori, cuius forma & pote
stas est. Calidum autem altrici animæ ad eiusmodi
functiones atque immutationes sese instrumentum
exhibet: quo factum est, ut id hoc ipsum esse, quod
alat, existimauerint ii, qui agentis principii uirtutem
in id, quo intercedente uirtus agit, transtulerūt: cum
caliditatis ui abdicata, nihil ali posse conspicerēt. Nāq;
calidum uim motricem habet. Sed neque prędinita
neque ordinata motio illa est, cui calidum in primis
principium adinuenit. Id autem quod alitur, gressu
quodam & ordine procedit, & limites quosdam ha-
bet: quę peculiaria animæ, non autem ignis esse, veris
simum est. Cęterum quibus rebus aluntur ea, quæ
aluntur, iisdem quoque augentur, quemadmodum
ante monstratum est. At uero neq; eadem res est au-
geri & ali, neque simul fiunt, neq; in idem utraq; si-
mul intentione tendunt. Alitur enim semper animal
dum est. Idcirco inter animales functiones, hęc maxi-
me continua est. Atqui non semper ea quę aluntur,
augeri contingit. Siquidem aluntur semper, quousq;
sunt. Aluntur autem quamplurima, quę senescunt &
deterunt. Intentio autem rei alentis, est eius quod ali
tur salus, augentis uero in magnitudinem collatio.
Quas ob res harum potestatum altera essentię & sub
stantiæ conseruatrix est: atq; hęc uis altrix est: altera
uero auctrix, uim efficiundę per quantitatem adiectio
nis sibi præcipue uendicat. Plane generare, & sibi simi
le quidpiam post se transmittere, iis ipsis (de quibus
iam diximus) augendi alendiq; functionibus consen-
taneum & consequens est. Quod nō inest oībus, qbus
utraq; illa uis insit, hoc est mutilatis & imperfectis ani
mantibus: quemadmodum retro diximus. Atq; una
hæc altricis animæ potestas absolutissima ac perfectis-
sima censetur. Perfecta enim eius actio est, & ad natu-
ram rerum iam adultarum & perfectarum pertinet.
Rerum quippe naturalium omnium (uelut superius
dicebamus) finis est sibi simile gignere. Hæ igitur pri
mę & naturales animæ functiones sunt, alere, augere,
gignere. Sunt autem potestates, ex quibus functiones
eiusmodi perspicuæ sunt: alia nutrix, quę cum prima
potestas animę sit, peculiari actione, quę admoto ali-
mento fit, id seruat incolume, à quo possidetur: alia
auctrix, quę uim augendi corporis (in quo est) sibi in-
tercedente alimento uendicat: tertia generatrix, quæ
uim generandi similis cuiuspiam habet. Quę sane po-
testas ipsa, quoque alimento quadantenus indiget.
quandoquidem semen, quo intermedio generatio fit,
à postremo alimento decidit: uelut alio loco demō
strātum est. Vis uero genitrix altrice atque auctrice
perfectior est: neq; enim iam id studet, ut ad incolumi
tatem & perfectionem aliquid cōferat, sed ubi iam res
perfectę atque adultę sunt, alterius sibi similis gignen
di causam prędstare nititur, instaurandę cuiusdam im-
mortalitatis appetentia: quatenus mortalibus rebus
permittitur īmortalitatis esse participes, hunc modū
per eandem uirtutem suppeditante ac ministrante na
tura. Cæterum cū tres res sint, ex quibus nutricatio
cōstat: una, quę alit: alia, quę alitur: tertia, qua alitur,
res sane quę alit, nutrix & prima anima est: res quę ali
tur, corpus, cuius hæc ipsa uirtus est: res demum qua
alitur, alimentum est. Eadem ratio auctioni & genera
tioni quadrat. Verum cum à fine, atq; ab ea parte, quę
omnium absolutissima existimatur, rebus omnibus
nomina indere iusta ratione consueuerimus: atq; ea-
dem de causa hominem, tametsi sensualis sit, rationa-
lem nuncupauerimus: finis autem primę animę (sicut
ostendimus) sit sibi simile quidpiam gignere: merito
primam animam genitricem appellare possis, quæ si-
mile aliquid sese habenti faciat. Quanq̄ prędter hoc, al-
trix etiam & auctrix sit. Est autem altrix anima pote-
stasve ab constitutionis principio animalium corporis
causa, quemadmodum & essentię, & adiectionis atq;
incrementi. Hoc enim negotio inuigilat, ut apparare
& disponere ualeat id, in quo est, idemq; pariter alere
atq; augere. quę uis iam in decisō effusoq; semine per
tinaciter hędret: quoties materiam apte ac commode
prędparatam adinuenit. quam prędterea ita constituit,
ut id, quod in educatione atq; incremento constitutū
est, ex eadem ui aliquid prędcedēti simile producatur.
Quę uis etiam accedit in causa, ut assistente coram ali
mento & alatur & crescat, & intercedente hac una ani
mali potestate, operatur id, quod ex semine genitum
degit in utero, habetq; cęterarū uirtutum prrncipia
atq; idoneas dispositiones: quarum habitus habuit id
à quo generationem adeptum est. Non quod id actu
possideat: quia neq; portiones illas ullo pacto possi-
det, quibus intercedentibus functiones ab iisdem po-
testatibus prodeunt.

Quod à stirpibus abscissę portiones viuunt adole scuntq;, ab animātibus vero minime.

VErum inquirere & cōiectari nō abre fuerit, cur à
stirpibus abscissę portiones quędam uiuūt, & per
fecte adolescere possunt, cum id animantibus ne
gatū sit. Huius autem discriminis causa est, q̄ stirpes
quidē alttricem solam aīam habent, quę in uniuerso
corpore est. Quo fit, ut simpliciores cum sint, neq; tot
organis egeant: simulatq; ab iis q̄piam abiūcta atq; ab
scissa particula est, redundante alimēti copia, altricem
in se uirtutem seruare possit. Seruatur itaq; abscissa
portio, & toti similis redditur. Per quam enim uirtu-
tē agūt ea, q̄ ex seminibus prodeūt, p eandē ipsæ por-
tio, & toti similis reddit. Per quā enim uirtutē agunt
ea, quæ ex seminibus, pdeunt, per eandē eædem ipsæ
portiones agēdi facultatē adipiscunt, cū hac uia illis
pfectio inesse uideat. In animantibus uero non eodē
modo dispersę in toto corpore uirtutes habentur.
Igitur neq; in abiuncta & decisa quapiam portione.
Non enim similium partium est animalium anima,
uelut stirpium. Neque præterea cuiquam animaliū
partium ulla uis inest earum, quę seminibus insita est

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ꝙa neq; partes illæ ab ipſis generationis primordiis, ul lam ex iiſdē uiribus ſuſcipere natę ſunt. Poſtremo aĩa/ liū partes alimento, non utcūque ſeſe obtulit, paſſim ac temere uti poſſunt, ſed diuerſis diſtinctisq; organis intercedentibus nutriuntur: quę non niſi iis, quę ab ſeminali principio cōſtituta ſunt, adgenerari poſſunt, uelut radices ſtirpibus: quæ cum aſſidente ac præſen taneo alimento haud multum elaborata diſpenſatio/ ne egeant, facillime conſiſtunt, atque adoleſcunt. At uero nihil in uniuerſo animalium genere com perias, quod abſque organis ad conficienda alimenta diſpoſi tis nutricari ualeat. Neque item poſſunt animantia conſtitui, niſi ex ſemine animales in ſe poteſtates ha/ bente. Quapropter cum in utero ſunt, fere uelut por/ tiunculas ſeſe alentis uteri, in propria alimenta decer/ punt. Aluntur autem per uirtutem, quam in ſe poſſi/ dent, atq; excipiunt alimentum uelut partes. Ideo ne/ que tunc iam animal eſt, neq; ſimpliciter uiuere dici/ tur, ſed per ſe adhuc in utero degentia uocant. Viuūt etiam ex diuiſis ſectisq; animantibus plerunque abla tę atq; abiunctæ partes momentis quibuſdam tempo ris: quibus ad animales uirtutes reliquię nonnullę in partibus ſupereſſe poſſunt earum functionum & po/ teſtatum, quas quo tempore copulatæ & continentes uniuerſo & integro corpori fuerant, poſſidebant.

De *anima ſenſibili*.

PRima igitur animę poteſtas in hunc ſe habet mo/ dum: deinceps uero poſt uitalem uegetalemque animam, quam per proprias rationes ſpeciem ſeſe hñtis corporis eſſe monſtrauimus, cuius retro enume ratę uirtutes ſunt, altrix, auctrix, genitrix: ſequit, ut de aĩa ſenſuali ſiue ſenſibili diſſeramus. Hæc ſecundū locum poſt uegetalem poſſidet. Quæcunque enim pręter hanc aliam quãpiam animalem poteſtatem ade pta ſunt, neceſſe eſt non ſolum ut nutricem, ſed & ſen ſualem animam habeant. Atque hæc illa proculdubio poteſtas eſt, per quam res uiuētes, pręterquam quod uiuunt, animalia etiam eſſe dicuntur. Quamobrem plures in partes ſenſuum definitio diſtrahitur: qua/ rum ſuas quæque peculiares traditiones poſtulant. ut autem in uniuerſum & comprehenſim aliquid de anima ſenſibili ſtatuamus, Poteſtas animę eſt, p quam id quod ipſam habet, ſuſcipiendis ſenſilibus ſimile fa/ ctum, quadam alteratione intercedente atq; adhibita actiōe, eadem ſenſilia & iudicare & diſcernere poteſt. Verumenimuero quēadmodum altrici poteſtati ad hoc ut agat, alimento opus eſt, circa quod eius actio uerſatur: ita quoq; uirtus ſenſibilis, quia circa ſenſi/ lia functionem exercet, ſenſilibus rebus indiget, quas excipere & iudicare nata eſt. Quo fit, ut niſi adſint ſen ſilia, nihil agat ſenſus quadam proportione ac ſimili/ tudine ad eos homines, qui ſcientiam cum habeant, ni hil tamen illa intercedente operantur. Pari enim ra/ tione illi quoq; ſcientes habentur, & abdicata actione ſenſus ſola potentia ſenſus eſt. Sed p̃ter res ſenſiles, ad utilitatem etiam aliquam ſenſus reſpicit, ac relationē habet, aut conſequendæ cuiuſpiam rei gratia, aut de/ clinandi, quod extra ſenſilia eſt. Porro ſenſile & ſenſus ante functionem actionemve, res proculdubio diſſi/ miles ſunt, in actione autem ſimiles redduntur. Senti re enim per ſimilitudinrm aliquam eſt, quæ per alte/ rationem fit. Species enim rei ſenſilis, quę citra mate/ riam in ſenſibili uirtute gignit, eſt ſenſus actu. Quod ſi ſimilitudo per alterationem eſt, profecto ante alte/ rationem diuerſa & diſſimilia fuerant, uelut in alimen to paulo ante monſtrauimus. Qua propter non ab re ſolemus dicere, ſenſum quodammodo pati à ſimili, quodammodo etiam à diſſimili. Quo enim momēto patitur afficiturve, ſimilis eſt. Gignitur autē eiuſmo/ di paſſio ſiue affectio in corpore, quod primum ani/ mam ſenſualem adeptum eſt, internunciis quibuſdā organis, quę diuerſæ à rebus ſenſilibus naturæ ſunt: & cum ab ipſis ſenſilibus patiendi facultatem habeāt, operam & obſequium exhibent. Quæ ſimulatque afficiuntur, affectionem eandem ſubinde diſtribuūt. Eſt autem eiuſmodi affectio cordi inhærens & aſſi/ dens, ubi fere in uniuerſum omnis animę principatus uiget: quemadmodum ex pręcedentibus demonſtra/ ri perfacile eſt. Vbi enim maxime eſſe, ſiue eſſentia ani/ malis eſt, ibidem æquum eſt maxime nobilem ac prin cipem ſpeciem haberi. In calido autem & humido ani malium eſſentia potiſſime uerſatur. Locum autem qui cor circuit, eiuſmodi eſſe certiſſimum eſt. Enim/ uero cor principiū & fons ſanguinis eſt, quo alimur, & principium idem ac fons uitalitatis & ſpiritus. San/ guis autem & ſpiritus, calida & humida ſunt. Atque hęc ſanè de ſenſu in commune præmiſimus. Cum au/ tem ſenſus partes quinque numero ſint, & non ſecus ac partes animæ inter ſe priores & poſteriores habean tur: certe ita ſeſe habentibus, nullam communem tra/ ditionem uideo, quæ propoſitæ rei naturam poſſit oſtendere, niſi membratim ac peculiariter de quaque parte diſſeratur. Igitur ſi de ſenſibus propriam attiné temq; doctrinā tradere uolumus, ſingulas partes ag/ gredi neceſſe eſt. Partes autem ſenſibilis poteſtatis ha/ bentur hæ, tactus, guſtus, olfactus, auditus, uiſus: ex quibus ſolum tactum à cęteris ſeparari contingit. Ve/ rum quodammodo & guſtus ipſe tactus eſt. Atqui nonnulla animalia comperias, quæ ſola tactus poteſta te ſunt prædita. Sed contra, ut ſenſus alii abſq; tactu ſint, fieri nullo modo poteſt. Nanque ſine tactu nullū animal à principio eſſe poſſibile eſt. Plane cum de ſen/ ſuum poteſtatibus functionibusq; tradituri ſimus, cum harum functionum opera circa ſuum unaquęq; ſenſile uerſetur: neceſſarium eſſe arbitror, priuſquam hęc oſtendamus, de ſenſibus pauca diſſereret: deinceps quoną modo ſentire accidat, pari ratione referemus.

Quæ ſint per ſe ſenſilia: quę per accidens.

IN uniuerſum autem ſenſilia omnia ſunt, aut per ſe, aut ex accidente ſenſilia. Eorum quæ per ſe ſenſilia ſunt, q̃dam ſingulatim cuiuſq; ſenſus habent. Alia enim ad uiſum priuatim pertinent, ut colores: alia ad auditus, ut ſonus & ſtrepitus: alia ad olfactum, uelut odores: alia ad guſtum, ut ſapores: alia ad tactum, ut contrarietates tactiles, caliditas, frigiditas, ſiccitas, hu/ miditas, aſperitas, leuor. Sunt enim hæc ſingulis qui buſq; ſenſibus ſenſilia, quę per ſe ſentiri ab alio, quām à ſuo ſenſu non poſſunt. Itemq; eorum, quæ per ſe ſen ſilia ſunt, quædam communia dicuntur. Hęc autem ſunt ea, quę id quidem habent, ut dignoſcātur ſenſu, ſed plures ſenſus ſunt, qui eorum opera atq; obſequ utunt. Simul.n.cū iis propriū cuiq; ſenſui ſenſile inci/ derit, cū iiſdem ipſa ſenſoria in ſuos ſenſus diſtributio ne efficiūt: atq; hęc ſunt, motus, qes, numerus, figura, magnitudo. Senſilia aūt per accidēs, q̃, iis aliquid ſen/ ſile accidit, ſenſilia nuncupamus. Puta ſi quis ſpumam

ob id

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ob id quod albam esse cõtingit, sensile quidpiam esse fateatur. Album enim, sensile quoddam est. Ea igitur quæ hoc pacto sensilia dicuntur, haudquaquam suopte principio sensilia sunt: cũ quatenus eiusmodi sunt, nihil ab iis pati sensus queat. Cæterum quod ad sensilia attinet, circa ea quæ communia sunt, falli ac decipi sensus sępe contingit, quoties non ita patiuntur, uelut se habẽt subiecta sensilia. Tunc enim error, & decceptio sensus est, cum circumoffusa re quapiam, sensui uarius patiendi modus offertur, neq; illi simile fit à quo gignitur. In propriis autem sensilibus, sensus potissime ueri sunt, ubi sensibus ea seruantur illęsa: quibus cum sensilia suscipi nata sunt, quorum primum atque præcipuum est, uti secundum naturam ualentia & sana sensoria fiunt. Deinceps uero rei sensilis situs: neque enim res retro positas potest uisus excipere. Tertio loco æquabilis interualli mensura necessaria est. non enim ex omni spatio sensoria res excipere possunt. Præter hęc autem opus est medio, quo intercedente ad sensoriorum ministeria commoda & apta sensilium susceptio prębeatur. Neque enim uisio fieri potest, nisi colluminato pspicuo. Postremo nihil oportet esse, quod sensum interpellat & turbet. Neq; enim audire possumus, cum soni uehemẽtiores obstrepũt, & sensum interturbant. Igitur uisus propria sensilia colores sunt: & quę pręterea non uidentur in luce, uidentur autem in tenebris, profecto colores non sunt. Non enim in coloris definitione comprehenduntur, si color actu perspicui mouendi facultatem habet: perspicua sunt aer & aqua, & quęcunque etiam, tametsi solida ac dura sunt, propriis coloribus carent: ubi autem à coloribus quodammodo mouentur, ad sese suscipienda uisui obsequium & operã pręstare possunt. Hęc autem confestim actu perspicua fiũt, simulatque lumine collustrata sunt: & cum ita se habent, à coloribus moueri nata sunt. Lumen enim & ea perspicua corpora, quę collustrantur lumine, quodãmodo moueri illud potissimum argumento est, quod ubi plerunq; colores uisuntur in lumine, lumen colori sibi comparato concolor efficitur. ab auro enim aureum, purpureum à purpura, ab herba herbaceum apparet. Est plerunq; uidere, si adesse accidat, qui animaduertantur contra elatos parietes, & pauimenta eiusmodi distincta coloribus; perinde quasi earum (quas supra memorauimus) rerum colores excipiant: uelut ferè collustratus aer ob id, quod ab iis coloribus afficitur, eiusmodi colores in hęc ipsa distribuat. Fit autem color in re colluminata, simul & in lumine ita, ut lumẽ in perspicuo gignitur, neque per defluxum aliquem neque more materiæ, siue perspicuo excipiẽte lumen, siue lumine excipiente colorem. Abeuntibus autem rebus iis, quę hęc innasci faciunt, subinde facescunt: color quidem à lumine, si colorantia simul abscesserint, & lumen à perspicuo, ubi id quod collustrabat, abfuerit. Verum est quædam utrinque motio, quæ fit in rebus, quæ colorem excipiunt præsentia quadam & habitu, quemadmodum fiunt, ea quæ in speculis conspiciuntur. Quæcunque igitur collustrata sunt (uelut prædiximus) eadem actu perspicua dicuntur. Cum enim actu perspici quæpiam possunt, tunc & actu & proprie perspicua sunt: perfectionem autem & propriam speciem, quatenus perspicua censentur, à lumine consequuntur. Lumen enim, qua lumen est, perspicui actus & perfectio iudicatur. Porro lumen perspicuo ingignitur, ubi ignis, aut diuinum corpus pręsto fuerit. Fit enim lux per habitum earum rerum, quæ illustrare possunt, ad ea quæ collustrari nata sunt. nec enim lumẽ corpus esse credideris, ideoque citra tempus fit. Si autem color in lumine uisilis est, profecto luminis mouendi uim habet. Propterea enim quod actu perspicuum est, id est collustratum, primum à colore patitur. Huius enim mouendi uis colori inest, mox uisio, quę à colore fit, ipsa quoque perspicua est. ea de causa colorum sensus & iudicium accidit, uelut in his quęstiunculis declarauimus: quibus, quonam modo uideamus, ostensum est. Quapropter illi sanè colores non sunt, qui uidentur in tenebris. Qua uero ratione quibusve effectis illa uideãtur, eodem loco differuimus. Nanq; à singulis rebus uisibilibus, quæ colore sunt prædita, coloratum lumen, & ad facilitatem inspectionis extensum, similiter sese habentibus oculis eosdem affectus incutiunt, ut ab illis patiantur atq; afficiantur: cum pręsertim oculorum ipsa natura plana & perspicua sit, perspicuitatemq; recipere facile ualeat. Visio autem fit eo, quod sensorium colores excipit, & sese quodammodo coloribus simile prębet. Id autem quod colorem suscipere natum est, aut proprium omnino colorem non habet, aut talem habet, ut uix uideri possit. Id autem inter perspicua potissimum est, quod humidum & fluidum, atq; interminabile est, qualia sunt aer & aqua: ex quibus sensorium illud constat, quo color excipitur. Pupilla enim ex aqua congenita est: quæ cum interminate perspicua sit, illatas à coloribus affectiones, quadam crassitudine ac consistentia coercere potest: cuius naturæ, haudquaquam aer est. Quas ob res uisio intercedentibus oculis, qui ad uidendi potestatem pertinent, ex quadam ad eos similitudine circa res uisiles fit. Potestas autem uidendi, nihil aliud est, quam id, quo quicquid eiusmodi potestatem habet, ab rebus uisilibus immutatum per admotam iisdem actionem, easdem res uisiles obuias, excipere ac iudicare potest. Lumen igitur, quod maxime ac præcipue uisile est, quod cæteris rebus uisilibus (uideantur) causam exhibet: actum esse interminabilis perspicui ea ratione, qua perspicuum est, iam ante prędiximus. Eo enim quo supra retulimus modo, sicut color in iis, quę colore illita sunt: ita lux in perspicuis, simul effectum & causa est. Color uero, qui mouendi pspicui facultatẽ habet, ipse quoq; in pspicuo ẽ, sed terminabili. Cum enim corpus omne colorem suscipere natũ sit, plus minusve eius naturę particeps est, quam perspicuitatem appellamus: hęc enim continens materia colorum est. Necessarium est enim, ubi color affuerit, susceptricem quoq; coloris naturam adesse. Perspicuum igitur quod interminabile est, quodque maxime perspicuum & est & dicitur: quia lumen, siue lucem recipit, & cęteris in causa est ut apparere possint, ab aliquo, quod extrinsecus est, coloratur. Lumen enim (ut diximus) rei perspicuę quodammodo color est: qui statim fit, ubi id quod illuminare natum est, pręsto affuerit. Id autem est ignis, & diuinum corpus. Oblato enim ad hæc habitu quodã intermedio, lumẽ gignit. Ex quo fit, ut cũ primũ hęc adsint, collustratio supueniat, ubi abscedũt, pariter & ipsum lumẽ abscedit. Perspicuitas uero, quę in solidis durisq; cor-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

poribus reperta est, intraneum atq; immistum colorem habet. Idcirco nequaquam accidit, ut nonnunq; colorem habeant, nonnunquam colore careant. Sicut perspicuis, quæ interminabilia sunt, euenire solet ut interdum lumen habeant, interdum non habeant. Cęterum eorum quæ hoc pacto perspicua sunt, alia plus, alia minus perspicua eé animaduertimus, quod ex quantitate mistionis eius corporis accidit, quod unum minime omnium perspicuum est: id autem est terra, quæ eorum, quibus immiscetur, perspicuitati impedimento est. Ex qua causa, colorum etiam discrimina nascuntur. Enimuero color, in omni perspicuo fit albi cuiuspiam aduentu. eiusmodi autem se habet ignis, siue extrinsecus sit, siue immistus. Differẽtia uero plus minusve perspicui, exilior uberiorve mistio eius, quod collustrare natum est, discrimina colorum efficit. Album enim & luminosum apparet, ubi purius perspicuum, & plus coloris est: minus autem & remissius est id, quod ad nigrum declinat: eatenus enim ibi perspicuum esse dignoscitur. Ea igitur perspicua innatum, & proprium colorem habent, in quibus album & lucidũ (qui proprie color dicitur) actu illa efficiens admiscetur. Lumen enim color non est. Color igitur terminabilis, perspicui terminus est, quatenus perspicuum est. Corporum nanque ea ratione, qua corpora sunt, terminus superficies est: qua uero ratione perspicua esse dicuntur, terminum colorem habẽt. Idcirco inest inhę retq; superficiei color, in qua omnis apparentia colorum est. Sola quippe corporis extremitas, apparens & manifesta est: Itidemq; color id est, quod apparet & manifestum est. Qua parte enim uisiles colores sunt, eadem coloratũ quidpiam esse dicimus: in extremo autem & superficie, uisiles sunt. Quo fit, ut color terminabilis pspicui, qua perspicuum est, terminus iure dicatur. Vis autẽ illa quæ in igne & cæteris rebus (quæ lucem ingerere natæ sunt) inest, pręcipue res uisiles reddit: quę causę sunt, ut reliqua corpora uideantur, ob id quod effundendæ lucis facultate sunt prędita. Qua facultate intercedente, uidentur quæcunque uidentur. Atque hęc profecto natura perspicuis terminabilibus insita atq; immista, aliis exuperantius, aliis exilius colorum generationis, & discriminis causa existimãda est. Colorem autem terminum esse perspicui, qua perspicuum est, eo etiam indicio conuincitur: quod ea perspicua, quæ proprium terminum non habent (hæc autem interminabilia sunt) proprio pariter colore carere cernuntur. Ferè enim simul est cum corporis termino, perspicui terminus. Nanque quo pacto corpus à quopiam extrinsecus terminatur & figuratur, ita & coloratur. Vt enim in corporibus (quatenus corpora sunt) extremitas definita & terminabilis est: ita in perspicuis (quatenus perspicua sunt) ea quorum extremitas terminabilis est, colorem proprium habent, perinde quasi simul color & extremitas copulata sint. Quæ licet ita se habeant, non tamen idem omnino sunt. Vnius enim corporis, una numero superficies, & unus color numero. Sæpissime enim unam eandemque superficiem, contrariis coloribus distinctam esse contingit. Et terminabilia sanè perspicua, siue collustrata nõ collustrata sint, superficiem & terminũ habent. Colorem autem tunc solum habent, cum illustrantur.

De *auditu*.

AVditus uero est, qui sonos & strepitus actu editos, excipit atque dignoscit. Eiusmodi autem soni siue strepitus, gignuntur ab ictu. Ictus uero ab aliquo, ad aliquid, & per aliquid. Ab aliquo (inquam (quod ferit, seu percutit: ad aliquid, id est, quod cęditur percutiturve: per aliquid, id est, quod intermedium ad percussionem & ictum est. Percussio enim delatio quædam est, quam motum localem uocant. Omnis autem eiusmodi motio, per aliquid intermedium est. Ictus igitur siue percussio, pariter non sine intermedio est. Id autem est, non quod utcunque sese temere obtulit. neque enim per firma ac solida intermedia corpora, motionem eiusmodi fieri posse certissimum est. Neque itidem per inane, ea potissimum ratione, quod inane principium esse nullo pacto posibile est: uerum in aere & per aerem maxime sonus editur, interdum etiam per aquam. Neque pręterea id, quod cædit & id quod cæditur (utcunque contigerit) sonos edunt, sed solidorum inuicem durorumque corporum ictus esse necesse est: quando non quęcunque mutuo illiduntur, sonos cieri nata sunt. Lanarum enim mutua percussio, sonos nullos emittit. Neque item dura ac solida omnia, quę nata sunt sonos edere, sonos faciunt. Nam acus, neque cum illidunt, neque cum inuicem illiduntur, sonos ullos edere ualent. Neque enim aer inibi ab re percussa, quę leuigata & conuexa fit, sub percutiente re, quę ipsa quoque pariter sese habeat, coniunctim excipitur: ideoque sonos nullos cit. Plana igitur & leuigata ob id sonum quod emittunt, in eiusmodi corporibus aer iunctim & copulate recipitur sub re, quę recipit. Concaua uero idem faciunt: quod ex iis aer (qui percutitur) circumobiecta concauitate laterum digredi non potest, & suis hinc inde partibus iactatur & frangitur: & quo uiolentius inuoluitur, uehementius resonat. Ferè enim aer quanto magis refrangitur, eo plures ictus reddit. Cęterum si sonus edi debeat, opus est percussione perceleri diffuti diflatique aeris, qui medius est inter id, quod cędit, & id quod cędit. Hoc enim pacto ubi aer rei (quæ percutitur) sensim & coniunctim residens inciderit, cõtinuo sonus edetur. Iam uero & solus aer, si ictu concitato percutitur, strepitum edit, & uelut durus ac solidus id, à quo percutitur, mutuo percutit, & peculiarem diffiationem fluxilitatemq; ueloci percussionis incitatione pręoccupat, uelut cum lora & flagella torquentur: ubi nisi motio percussionis aeris diffiatione celerius fieret, nullus unquam strepitu ederetur: uelut etiam siquis delatum celeriter arenæ cumulum uerberet, neq; ictũ anticipet, priusquam arena diffundatur & dissipetur.

Quo pacto fiat Echo.

ECho autem per refractionem aeris redditur, quoties percussus aer unus idemq; permanens, in durum quidpiam & concauum defertur, & ab aere, qui in eadem concauitate uniter complectitur, neque dissoluitur diffunditurve: sed unus idemque permanens expellitur, & uiolenter in id recusat, unde delatum est. Neque enim in uacuum uas aer incidit, sed refertum aere, à quo (quia à uase coercetur aer aliũde pficiscẽs) ultra deferri et diffundi prohibet &

retro

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

retro celeri motione propellitur, & fere motu fluxili eosdem sonos retinet atq; restituit. Fieri auté potest, uti & non prior aer percussus in concauum corpus feratur, atq; in discedentem cedentemq; aerem incurrat obuius, mox indeflectatur in sese: sic enim antiperistasis congeminata, & mutua fieri posse uidetur, abscedétis rursum & remeantis aeris aeris illisione post percussum illum aerem, & in concauum corpus illatum. Sed prior sanè percussus aer, qui celeritate percussionis, continens atq; indiffusus permanet, posteriorem aerem æmula ac simili pcussione deformat: rursumq; hic posteriorem, atq; ita continenter ad uasis usq; latera reciprocus sonorum prouentus quadam successione ac distributione fit. Postremus auté aer qui ad uas percussus & deformatus est, ab eodē uase inhibetur, ne percusionem ultra diffundat: & contra absolidæ durę́q; rei offensaculo (uelut pila) repellitur: alterūq; rursum aerem incutere & formare potest, rursumq; hic ante se alterum, atq; hunc in modum & ictus & soni (ubi primum occeperint) reciproca distributio fieri assolet, uelut in obiectis inuicem speculis ęque uideri contingit. Plane cū aer quid inane esse uideatur, isque causa sit, ut audiamus: nam intercedente aere, audiendi facultate fungimur. Aer enim corpori inędificatus, atq; elaborate dispositus, sese auditui instrumentum exhibet: ea de causa nihil temere asseruisse uidentur ii, qui nos inani audire censuerunt.

Vox autem soni, species, est. Vox nanque sonus est, qui ab animali, quatinus animal est, prouenit. Enimuero fiunt ab animali (quatinus animal est) quædam, quæ ab imaginatione & impulso proficiscuntur. Quæcunque enim carent anima, ex translatione & similitudine uocé reddere dicuntur. Nam cum cantus & sermo animantium soni sint, ea de causa quęcunq; horum imitationem effingunt, uelut tibias, citharas, tubas, lyras, uoces edere affirmamus. Atqui uocem emittunt ea animalia, quę spiritum attrahunt regeruntque. Nihil enim aliud est uox, q̄ spirabilis aeris percusio, ab animali potestate in uocalibus organis genita, ad id quod arteriam appellamus, cum imaginatione quapiam. Spirabili quippe aere, duabus ęque functionibus natura utitur: altera ad redundantis calidi (quod circa pulmonem & cor est) refrigerationem: altera ad uocis prolationem. Quemadmodum ipsa quoq; linguę functio, simul internoscendis saporibus, simul dearticulandę locutioni subuenit. Lingua enim uocis instrumentum est, quo anima ad arteriam & inclusum in ea aerem, respiratum aerem uerberat. Et sicut in lingua euenit ut functio, qua ad degustandos dignoscendosq; sapores utitur, uitæ animantium summopere necessaria habeat: quā doquidem non uiuunt animantia, nisi alantur. Functio uero, quam ad locutionis interpretationem adhibet, gratia cuiuspiam commodi melioris accedat. Eodem pacto in aere respirabili coniectandum est, ut intra caloris refrigeratio, ad uitalem necessitatem pertinens sit. Nā refrigeratio illa, quę intimis pectoris partibus opitulatur: animantibus, quę spiritum attrahūt reddunt́q;, ita necessaria est, ut ad esse siue essentiam conferat. Obsequium uero, quod indidem ad uocem articulatim efformandam prodit, melioris dūtaxat (ut diximus) cuiuspiam gratia est. Enimuero sermo & cogitationum animi significatio (quę linguę accepta referunt) optimam & prestantissimam ciuilis institutionis communicationem, humano generi confert. Verū, ea quę uocem edunt, respirabili aere uti, uel ex ea parte euidens est: quod quibus momentis attrahimus spiritum, quibusq; reddimus, uox emitti nullo pacto potest, sed solum cum aerem intra coercemus. Nec enim is, qui spiritum reddit repletur: sed is, qui iam repletus est, per particulas spiritum reddit. Qua de re, post uocem emissam attrahimus spiritum, non autem reddimus. Age uero, ne credideris sonos omneis ab animall editos, uoces esse: sed illos dūtaxat, qui eo modo (quo diximus) edūtur. Atq; ea de causa tusientis strepitus uox non est: tametsi ictus ille à uocalibus organis proficiscatur. sed quia neq; ab imaginatione, neq; ab impulsu animi prouenit, nullatenus uox appellanda est. Itaq; audibiles res hæ sunt, quas supra retulimus: auditio autem circa eiusmodi res, auditoria animæ functione uersatur. Hæc autem animę potestas est, per quam id, à quo possidetur, intercedente quadam in se immutatione, res audibiles excipere & internoscere natum est. Audiendi autem functio ita fit. Inuolutus & (ut Aristoteli placet) auribus inędificatus aer, mouetur ab eo aere qui extrinsecus incutitur, & intrinsecus quodāmodo à percusione formatur. Idem igitur aer non diffusus difflatusve iam permanet, ob id quod undiquaq; coercetur. Ea de causa formulas sese mouentis exterioris aeris excipiens, eas ad primam usq; sensibilem uim per extensos quosdam meatus admittit, ibidé́q; animę sensibili causa est, ut sonos una & recipere & dignoscere possit. Simul autem prima eadem uis sensibilis, intercapedinis mensuram concitatione & remissione percusionis agnoscit. Nam si in aerem auribus inædificatum, uehementior percusio ab aere extrinsecus adueniat, perinde quasi propius facta percusio sit, simul sentit. Si uero trāquillior & remissior ictus fiat, uelut ex lōginquo, itidem sentit: estq; intercapedinis & spatii in auditu susceptio, per concitatiorem quietioremve in auribus inuoluti aeris percusionem. Pari ferè ratione putandum est, à uisu interuallum excipi. Quæcunque enim exploratius intuemur, propius: quæ uero obtusius atq; hebetius, longius posita esse uidentur. Quā uisionis affectionem, in coloribus unius eiusdemque tabulæ pictores obseruant. Alia enim uelut longius, alia uelut propius apparere faciunt, & mutuo positu colorum (qui plus minusve uisum mouere queant) eiusmodi deceptiones concinnāt. Cum enim propius posita quàm remotioribus interuallis abiuncta, lōge melius & perspicacius uisus agnoscat: & quæ perspicacius uideat, propius esse autumet, admota inæqualiter colorum conuersione fallitur.

De *olfactu*.

EOdem modo olfactu quoq;, res per interualla percipiuntur. Est autem olfactus, rerū odorabilium susceptio atq; cognitio. Porro odorabilis res, odores esse constat. Verum non æque nobis cognitu, atq; apprehensione faciles res olfactiles sunt: quemadmodum audibiles & uisiles, ac multo magis tactiles atq; gustabiles. Eius discriminis causa est, quod indiligentiorem hebetioremq; hunc sensum habemus. Et pleraq; aiantia cōperias, q̄ olfactu prędita sagaciore sint, q̄ homo. Hic enim suaues & infensos dutaxat odores

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

percipit,cum non hoc modo uideat & audiat. Sensibus nanq; auditus & uisus, non solum iucunda atq; infensa percipimus: uerum etiam ea,quæ neq; iucunda,neq; infensa censentur. Confinia uero & cognata sunt odorabilia gustabilibus:perinde atq; odorabiliú species ad saporum species,analogum quiddam seruare uideantur.Ab odoribus enim quodammodo gustationem sapores obtinent.Siquidem uelut in uolumine de sensu & sensibili Aristoteles refert: sapor est affectio,quæ ex sicca glebulenta ac terrea in aqua ex caliditate quapiam atq; incoctione gignitur,& gustádi uim,quę in potestate est,ad actum demutat. Olfactile uero,à saporosa siccitate in humido itidem gignitur.Simul enim natura,quę odoribus puia sit quęq; eandem siccitatem diluere & diffundere ualeat, affectionem illam exceperit,obfactile actu efficitur.Analogus igitur,ea de causa sapori odor est. Quocirca quémadmodum sapores alii amari,alii pingues,plerique salsi,& præter hos austeri,acidi,acerbi, acres:ita isdem discriminibus olfactilia discernuntur. Cæterum sicut gustandi,ita & contrectandi sensum exquisitissimum habemus.Nam gustus quodammodo tactus est. Tactu enim homo egregie atq; excelléter sentit,eo quod temperatissimum corpus habet:atq; eandem ob causam hominem, entelechia & perfectione(quę est anima)longe cæteris animantibus præstantiore atq; absolutiore præditum esse uidemus:idcirco tactum eodem temperamento(quo diximus)in uniuerso fere corpore absolutissimum & exquisitissimnm possidet. Vnde fit, ut per tactum à natura mollis & bene dispósita cõtrectatio in homine,argumẽtũ ingenii atq; industriæ prę se ferre uideatur. At uero exacta & exquisitiore olfactus sagacitate caremus. Necenim oía olfactiliũ reꝝ discrimina internoscimus,aut peculiaribus quæq; nominibus appellamus,sed saporibus emácipamus:ac dulcium saporum,odores dulces,acrium, acres dicimus,& pari in reliquis pacto utimur.Atqui sicut auditus & uisus, non solum ea quæ exaudiri, quæq; uideri nata sunt iudicant,sed controuersas quoq; priuationes agnoscunt.Pari nanq; ratione, auditus id quod inexaudibile est,& uisus id quod inuisile est,percipit.Tenebras enim,non alia q̃ uidendi potestate dignoscimus.Eadem itaq; ratione, olfactus rei simul olfactilis,itemq; per priuationem inolfactilis,iudicio fungitur. Omnes quippe sensus, controuersas suis sensilibus priuationes discernere nati sunt.Habet autem olfactus illud uisui compar & proximum, ut fiat intercedente extrinsecus medio,siue illud aer,siue aqua sit,quę non minus perspicuitatis & soni, q̃ odoris peruiam naturam habet:ideoq; diaphana,diecha, & dioſma nũcupantur, ob insitam utriusq; uim, quam præstare officium singulis his animæ potestatibus possunt.Nam & aquatilia quoq; animantia,odores sensu percipiunt(longioribus enim interuallis obuio natatu ad alimentũ accurrunt)& subodoram uim habere uidentur.In homine autem atq; omni prorsus animantium genere,quę spiritũ trahunt & regerunt,olfactus attractione spiritus fit.Quippe quod olfacien di organa, respiratione aperiũntur & expanduntur, mox coeunt occludunturq;:quemadmodum in eorũ animãtium oculis euenit,quę prędita palpebris sunt. In animalibus uero, q̃ respirare nullo pacto possunt, nõ itidé repias:ob id quod neq; aptos, neq; munitos meatus hñt quo pacto hñt oculos ea animãtia,quibus duri exertiq; oculi sunt. Plane ut sapor & humidi, & in humido est: neq; enim saporem gustu imbibi possibile est,nisi prius id,in quo sapor est, si forte aridum fuerit,humido aspergatur:ita prorsus odor & aridi,& in arido est.Natura.n.ad odores excipiendos idonea(quá dioſmõ appellamus) & in aere & in aq̃ cõtinetur,sapidę cuiusdam siccitatis diluendę ac diffundendæ uim habens:quam ubi excipit,fit actu olfactilis,sicut superius diximus. Nihil enim olfactile est, quod sapore careat. Nam neque igni neq; aquę, aut aeri aut terrę olfactilis natura insita per se est,quia per se saporis expertia sunt.At uero mare odorem habet, quod iam saporis & siccedinis quippiá imbibit. Lapides quoq; inodorabiles sunt,quia insipidi.Ligna contra odorabilia,quia & saporem continent. Enimuero sicut sapor ex glebulenta & terrea siccitate gignitur, mox aqua diluitur, & quadam caliditate concoquitur.Hic enim in fructuũ saporibus gustus est, uelut posterius dicemus.Eodem modo gignuntur odores in aqua & aere, quatinus dioſma, id est transodora sunt,diluta in iis sapida(q̃ supra diximus)siccitate.Terrosa enim illa siccitas, nondum in se saporem habens miscetur, & quodammodo diluitur aqua, & quadam fere concoctione sapores ingenerat.Odores uero insipida siccitas haudquaquam efficit:sed ubi aqua iá immista est,& saporem imbibit. Quod enim odores à sapida humiditate & siccitate,pueniát(utrũq;. n. sapore continetur)uel eo argumento plane constat,nullam esse rem olfactilem, quę non saporis cuiuspiam particeps sit.Igitur sępissime euenit, ut è putrescentibus rebus cum accenduntur, in acrimoniam quandá demutatos odores olfactu noscamus:perinde atq; olfactilia ex saporibus generationem adepta uideantur, & eadem causa saporum immutationi summopere consentanea sint.Quas ob res,illa olfactilis rei definitio esse poterit,ut ingenita in humido à sapida siccitate(quatinus sapida est) affectio dicatur. Verum hęc fusius ibi explicantur,ubi de sensibus & sensilibus agitur. & odorabile quidem(ut diximus)eiusmodi est. Odorum uero illud est,quod eam animę potestatem habet, quę facta ad rẽ odorabilem immutatione ac similitudine,odorem excipere ac iudicare natum est.

De gustu.

POrro ad gustãdi sensum atq; potestatem,res gustabiles,hoc est sapores excipere & dignoscer attinet.

Gustabile autem, tactile quoddam est: necenim aliter,q̃ tactu sapor excipitur.Idcirco fit, ut nullo alio corpore intermedio, pręter id quod est gustabile, & quod gustare natũ est,gustare contingat, quod ęque in tactu se habet. Gustabile enim nihil aliud, q̃ sapor est. Saporem uero humidum quiddam esse,iam diximus. Humidum autem tactile est:tactus enim etiam humidi sensus est.Qua ratione efficitur, ut gustabile & tactile & humidum,sapor sit. Cum materia huiusmodi qualitati ex aqua(quæ humida est) prębeatur, nihil est gustabile, si citra humidum est. Aqua enim quæ per se & suapte natura insipida est(quatinus humida est)à sibi contraria terrosa siccitate patitur: ubi uel in eandem siccitatem inciderit,aut per illam defluxerit,accedente quapiam ex caliditate concoctione,saporem imbibit,ac sapida gignitur.Gustus enim sapo-

ris

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ris,nil aliud eſt, quam terroſi & ſicci p humidum di/ ſtillatio,quę caliditate aliqua concoquitur & conſti/ tuitur.Horum enim utrũqꝫ,more ſimplicium corpo/ rum,ſuapte natura inſipidum eſt.Ex iis autem effecta modo, quo prędiximus, miſtio ſapores gignere nata eſt.Enimuero ſapores illi,qui in terra eſſe cẽſentur,ex immiſto humido accedente caliditate procreant:ter/ ra quippe,immiſtas & intraneas caliditates retinet.Id circo ſapor ita ab Ariſtotele definitus eſt,ut affectio ſit à ſicco(quod terroſum eſt)in humido genita,quę gu ſtus ex poteſtate ad actum,ĩmutandi uim habet.Quo niam uero guſtabile humidum quidpiam eſt,neceſſa rium eſſe uidetur,ut organum id quod natum eſt ſa/ poribus imbibi,neqꝫ actu humidum ſit,neqꝫ potentia careat,qua humectari poſsit.Quandoquidem ſenſuũ receptio,per ſimilitudines fit:ſimilitudo autem per al terationem. Alteratio autem, immutatio quæpiã eſt: quicquid enim in ſimile ĩmutatur,ex diſsimili muta/ tionem facit. Cæterum eiuſmodi organum linguam eſſe,certisſimum eſt Quæ neqꝫ ipſa per ſe, aut ſuapte natura humida eſt:nec enim profectitiam extrinſecus humiditatem ſentire poſſet,niſi ab eadem humiditate per ſimilitudinis affectionem immutaretur.Quod ni ſi ſentiret humidum, profecto neqꝫ dilutos humido ſapores ſentire poſſet.Siquidem non abſqꝫ ſuſceptione humidi,ſenſus ſaporum fit:neqꝫ rurſum accideret, ut hac olfactus facile humectaretur.Eſtq; non ſecus atqꝫ in cęteris ſenſibus,ſenſoriũ potentia quidẽ ſimile ſenſi li,actu uero diſsimile.Eodẽ pacto ſeſe guſtui, organũ lingua deſtinat.Verę ſapoꝝ ſpecies,à qbus rebus rerũ olfactiliũ ſpecies translatione dicuntur, ita ſe habent, uelut accidere in coloribus diximus. Quẽadmodum enim albus & niger color ſimplices ſunt, cæteri ex iis immiſti atqꝫ intermedii habẽtur, idem ęque in ſapori bus reperias:nanqꝫ dulcis & amarus ſapor, ſimplices ſunt.Ex horum autem miſtura,dulci pinguis,amaro ſalſus propior eſt: deinceps uero ex horum miſtione intermedii,auſterus,acerbus,acidus. Igitur guſtabile illud eſt,quod id à quo guſtatur, actu ſibi ſimile effi/ cit.Guſtu uero prędituꝫ eſt id,quod facta in ſe altera tione ſimilitudinis,excipiendi deprehẽdẽdiq; guſtabi/ lis uirtute fungi poteſt.

De *tactu*.

RElIquum eſt,ut poſt alios ſenſus,de tactus quoqꝫ ſenſu diſſeramus. Eſt autem tactus rerum tacti/ liũ ſuſceptio atqꝫ deprehenſio:quę tunc fit, cum id quod contrectandi poteſtatem habet,ad ſimilitudi nem rei tactilis immutatur.Porro hic locus, in ambi/ guam quęſtionem incidit. Nunquid tactus unus an plures ſenſus ſit?Nunquid tot ſint tactus,quot cõtra rietates tactiles habentur?Quippe quod ſenſus,vnius dũtaxat contrarietatis, ſingulatim iudicium ferre ui/ dentur.Viſus ſanè albi & nigri, intermediorumq; co/ lorũ,auditus acuti & grauis, guſtus amari & dulcis. In tactilibus uero, complura contrarietatum genera comperias.Calidum,frigidum,ſiccum,humens,duꝝ, molle,leuigatũ,aſperum,graue,leue. Quas,inquam, contrarietates diuerſas,ac mutuo differentes eſſe, ne/ mo eſt qui ambigat.Quod ſi cuiqꝫ contrarietati ſingu latim peculiarem ſenſum addixeris,plures proculdu/ bio tactus eſſe fateri oportebit.An uero ſoluit, quod in cęteris quoqꝫ ſenſibus, multarum contrarietatum eundem ſenſum arbitrum eſſe cõtingit?In uoce enim (quę audibilis eſt)non unum dũtaxat cõtrarietatis ge nus inuenias,puta graue,& acutum:uerumetiam ma gnitudinem,exilitatem,lenitatem,aſperitatẽqꝫ, & ple/ raqꝫ alia eiuſmodi.Pari ratione ſi ad colores animad/ uerteris,ſimiles ſeſe tibi differentiæ offerẽt.An potius hęc contrarietatũ genera,magnitudo, exilitas, lenitas, aſperitas, propria uocis ſenſilia dicenda non ſunt?hęc enim ſenſilia cõmunia eſſe uidentur.Quod ſi ita ſe ha beat,ſtat adhuc nondum explicata dubitatio.Atqui il lud in tactilibus rebus,à cæterorum ſenſuum ſenſibi/ libus diuerſum & differens eſt: quod unũ quiddam ſenſile,peculiari nomine nuncupatum,ſenſibus reliqs ſubiectũ eſt, auditui ſonus, uiſui color,ſapor guſtui, olfactui odor.At uero tactui nullum quippiam ſubie ctum genus,circa quod tactiles contrarietates uerſen tur,nobis manifeſtum eſt.Neqꝫ enim tactile nomẽ eſt ad ſubiectum,ſed ad habitum pertinens,uelut uiſibi/ le & audibile,quorum nomina color & ſonus eſt:ta/ ctili uero,haudquaq̃ unum & peculiare nomen indi/ tum eſt.An etiam in uiſilibus accidit,ut uno nomine contineri non poſsint? Siquidem non ſolum colores uiſilia quædam ſunt,uerumetiam id quod ſermone nõ exprimitur,ſed teſte Ariſtotele, innominatum eſt. Eiuſmodi autem ſunt ea,quę in tenebris ſplendere cõ ſpiciuntur.Sed illud quoqꝫ in ancipitem quęſtionem impellere nos poſsit. Nunquid caro qualitates tacti/ les excipere nata ſit,& in ſe tangendi poteſtatẽ habeat? an uero intrinſecus aliud quidpiam ſit,quod illas ex/ cipiat? Nec enim idoneo ad eam rem argumento uti poſsis,ſi ob id tangendi poteſtatem carni ineſſe proba re cõtenderis:quod ſimulatqꝫ carni admouetur tacti/ le,ſubinde contrectationis ſenſus efficitur. Enimuero ubi extra tenuem pelliculam carnem indueris, & ali/ quid tetigeris,cõtinuo ſenſus eſt:tametſi pellicula car nis portio non ſit,neqꝫ ullam excipiendę rei tactilis fa/ cultatem habeat:quinimo confeſtim pellicula interce dente,ſentimus.Siquidem nobis eſt quemadmodum caro ita etiam cõnaturalis atqꝫ adnata pellicula.Qua/ propter haud ſatis efficax indicium illud eſt,ob id ſen tire carnem,quod carni admota re tactili, ſubinde ſen timus.Atqui,illud etiam à ueritate diſſonũ eſt,ſi quis tangendi ſenſum eſſe in carne autumet, uel carnem mediũ qppiã,uelut aerẽ aquãve cõſtituat.Verius ſane dixeris carnẽ eſſe ſenſoriũ analogũ ac ſimile auribus, oculis, naribus:intrinſecus uero aliud corpus habe/ ri,quod ſentiendi tactilis facultate fungatur, ſitqꝫ in ſenſilibus omnibus idem ſubiecto. Nanque ſicut in his ſenſus gignitur,ubi id,in quo primum uis ſentien di eſt, à ſenſorio quid patitur: eodem pacto aliquid, quod in nobis eſt, à carne quid patitur, & ſentien/ di fit cauſa. Plane uero à re ſenſili caro patitur, dum contrectatur & tangitur. Oculus autem non contre/ ctatus, ſed perſpicuo interpoſito, à re ſenſili patitur. Idem in cæteris ſenſibus modus eſt. Itaqꝫ ſimul cum carne patitur ſenſus,qui per tactum fit,non ſecus atqꝫ ſimul cum oculis à perſpicuo uiſus afficitur.Eſt enim ſimul cum organorum paſsione ſenſus:non quod car ne ab re ſenſili patiente,ſuperpoſitis ui ſenſuali rebus tactilibus,ſenſus tangendi fiat.Iam enim conſtanter ꝓ poſitum eſt, non eſſe in carne ſentiendi poteſtatem, ſed carnem eſſe organum. Verum ea in hoc ſenſu diſ/ ferentia eſt,quod in cæteris ſenſibus haudquaq̃ appli/

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

catis,admotisq; sensilibus ad sensoria, sed alio quopiã intermedio sensus efficitur. In tactu uero sensuali potestati, res tactiles admoueri & superponi nõ possunt: sed ubi carni(quę organum est)admota fuerint, sensus ideo confestim fit,quia tactui nullo alio intermedio opus est. An uero aliter solui dubitatio,nõ potest, si asseruimus esse aliud quippiam in tactu, pręter carnem, quod analogum siue proportionale sensorium sit oculo,qui pariter sensorium uisus est:nam & Aristoteles eiusdem mihi sententiæ esse uidetur. Id autẽ, quo intermedio tactilium rerum susceptio fit, in tactu sentienti inhęrens atq; ingenitum haberi: hoc autem caro est. At uero quod in reliquis sensibus mediũ extrinsecus abiunctum sit, eam causam afferre possis, quod in his sensilia,intercedente medio quopiam corpore,eoq; separatim abiuncto, suos sensus immutare nata sunt. Vbi igitur absq; medio sensoriis admouentur,ciendorum sensuum uim habere nequeũt:tametsi ea extrinsecus admota, eiusdem generis sint cum iis sensoriis, quibus motio in eosdem sensus inducitur. Propria autem tactui sensilia,congeniti nobiscum sensorii,mouendi naturam habent,Cæterũ huius quoq; differentię altera deinceps causa esse potest:quod perfecta absolutaq; animalia,non solum ea quę coram forent,quibusq; tangerentur,uerum etiam absentia sentire oportuit. Pręsentes igitur res, tactu excipi natæ sunt. Contra, absentes res, tactus non excipit. Simul enim ubi à tactu exciperentur, iam non absentia, sed præsentia essent. Tangi enim & contrectari,rerum pręsentium est. Idcirco aliquo intercedente medio, absentia indiguerunt,quo motionem suam in sensus exercere possent. Neq; enim ea, quæ præsentia non sunt, aliter sentire est. Accedit eodem,quod ex iis rebus,quibus intermediis sensuum functiones fiunt,animantiũ corpora constitui impossibile est. Intermediis nanq; simplicibus corporibus sensilium susceptio fit, siue id aqua sit,siue aer. Neq; aliter prorsus fieri posse comperias,quemadmodum in libro de sensu sensibili demõstratũ est. Verũ neq; ex aq̃ neq; itẽ ex aere simplr aĩal'ullũ cõstare posse,certissimũ est. Enimuero dura,solida, & cõmista sunt aĩaliũ corpora,& eiusmodi q̃le caro est aut qppiã analogũ carni. Igit tactiliũ reꝝ susceptio,intermedio corpore indiget: ex quo differẽtię, corporꝝ quatinus corpora sunt,tactiles habent, siccitas,humiditas,caliditas,frigiditas. Ex quibus qualitatibus, prima & simplicia corpora definitionem adipiscũtur. Reliquę autem tactiles contrarietates, ad has uti principes redigi posse uident,q̃ in iis uoluminibus,in quibus de generatione & corruptione traditur,ab Aristotele commonstrata sunt. Cæterum sensorium in quo sentiẽdi uis inest,pars est. Quę qm̃ eiusmodi potestatẽ habet, earundem contrarietatum susceptione fungi potest,ob id quod sese iisdem contrarietatibus similẽ efficit. Sed cũm per affectionem pasfionemve tactum fieri constet(simile autem à simili pati & affici, nullo modo natum est)necessarium est corpus, quod tangendi uim habeat,cum corpus sit,nonnullas etiam tactiles cõtrarietates habere. Quæ ubi similes atq; æquales sunt,tactum lacessere nequeunt. Vbi uero redundant aut deficiunt, sensum excitant:ab iis enim uelut à dissimilibus sensus patitur,atq; immutatur. Quare non immerito,sensum mediocritatem quãdam appellare possumus, quę in rerum sensilium contrarietate uersetur. Illud nanq; quod in medio sistitur, extrema iudicio consequi natum est,cum utriq; extremo & diuersum & contrarium sit. Idcirco fit,ut ad illa transmutari ualeat: enimuero ad contraria transmutatio tendit. In tactu igitur,hęc apprime necessaria sunt. In cęteris autem sensibus,non itidẽ est:ea de causa,quod eorum sensoria haudquaq̃ in sua substantia eorꝝ quippiam continent,quorum ministeriis delegant. Nanq; pupilla cum constet ex aqua, ut cum colore sit, minime opus est,neq; ut auditus cum sono:neq; item olfactu,innatus & isitus ullus odor necessarius est. Quod si in se quid haberent eorum,quæ recipiunt, iam & ii sensus mediocritates quædam esse uiderentur, uelut tactum esse prędiximus. Similia enim iis quę haberent,non reciperent,sed ea duntaxat,quę uel exuperarent uel deficerent. Porro sensus, maxime necessarii sunt tactus & gustus: neq; enim iis abdicatis, animal superesse posfibile est. Cæteri uero sensus,non eodem modo animalibus conferunt ut sint,sed ut modo quodam meliore sint. Cuius rei indicium est, non solum pleraq; animantia suapte natura iis carere sensibus,uerum etiam iisdẽ sensibus à natura prædita,uitam agere posse,cum iis orbata sunt.

De sensu communi

QVid sint sensus singuli, & quonam pacto suum quisq; sensile sensus excipiat atq; dignoscat, breuiter & cõcise mõstrauimus. Siqs uero traditionem quę habetur de sensibus, in cõmune perstringat,id apprime uerum esse comperiet. Sensum animæ potestatem esse, quæ intercedentibus sensoriis, sensiles formas citra subiectam materiam,excipere & discernere nata est, primum autem sensorium, in quo eiusmodi potestas est,corpus sensile est: non qua ratione corpus dicitur,sed ex potestate quam habet. Sensus enim magnitudo non est,sed ratio ac species magnitudinis. Verum exuperantię sensilium,sensus interimũt: ideoq; commensurationem & æqualitatem eius corporis destruunt,cuius sensibiles potestates sunt. Qua ablata,species in eadem commensuratione constituta subuertitur:quam sane commensurationem, incitatior uehementiorq; motio demolitur. Qua ratione, fidium quoq; concentus in cithara, percussu rudiac uiolento discerpitur. Igitur singuli sensus,subiecti sibi in sensorio sensilis sensus habentur:non quatinus corpus est,sed quatinus eam potestatem habet, & subiecti sensilis discrimina internoscit, quemadmodum superius expositum est. Necenim alia uspiam potestas est,q̃ colorꝝ differẽtias iudicet p̃ter uisum. Neq; itẽp̃ter auditũ ulla,q̃ sonorꝝ interualla comprehẽdat:quę ratio,reliquis quoq; sensibus communis est. Quoniã uero differentibus quoq; sensibus, de rebus sensibilibus inuicem iudicium ferimus,& eorum differentias sentimus. Album enim à nigro disiungere,sensus iudicium est:utrunq; enim sensile est. Adeo non temere quis ambigat,quidnã illud sit,quod eiusmodi discrimina interstinguat. Nec.n. sequestrata & abiũcta esse possunt ea,q̃ diuersis sensibus sensiliũ differẽtias iudicãt:utraq; .n. manifeste in aliquo eẽ necesse est: nanq; hoc pacto,qs dulce aliud eẽ ab albo cognoscit. Saneuero affirmare ea,quę horꝝ utrunq; sentiunt,& peculiares utrisq; differentias agnoscunt separata esse,fere simile est,ac si duobus admotis sensibilibus, ex quibus

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

alterum tu ſentias, alterum ego, utrunq; noſtrum diſ ferentiam eius quod ſentiamus, agnoſcere plane fatea ris. At qui neceſſe eſt, unum quid eſſe, quod rem alte/ ram ab altera diuerſam eſſe autumet. Etenim unum item quippiam eſt, quod rerum ſenſilium atq; intelli/ gibilium diſcrimen agnoſcit, atq; is intellectus eſt. Hic uero cum rerum omnium, tum uero in ſingulis re/ bus, eſſentiæ ſpeculator & arbiter eſt, atq; hæc ipſa co/ gnoſcens, mutuam differentiam quæ à ſubſtantia pro ficiſcitur & res ſuapte natura intelligibiles iudicat. Nequaquam igitur fieri poteſt, ut abiuncta & differé tia ſint ea, quibus diuerſorum ſpecie ſenſilium diſcri/ mina diſcernuntur. Quinetiam neque in diuerſis tem porum momentis, eorum differentiæ cognoſci poſ/ ſunt. Puta nunc quod dulce ab albo differat, cognoſce re eũ q̃ nũc dulce cognoſcat, mox quod album à dul/ ci differat, eum qui nunc album cognoſcat, perinde ac ſi idem ſit id, quod diuerſa ſenſilia dulce & albũ co/ gnoſcere natum eſt: non ſimul autem, ſed in parte. Quemadmodum enim unum quid oportet eſſe id, quod dulce & albũ diuerſa autumet: ſic illud quoq;, quod alterum ab altero differre dicit. Nec ſolum dicit hæc inter ſe differre ſed etiam nunc, id eſt hoc tempo/ ris momento differre: nunc enim dicit, quod nunc differunt. Dicere enim ſenſui, idé eſt & ſentire. Quod ſi ita eſt, ſimul & eodem momento hæc ſentiet. At ue/ ro aliquid idem numero, in eodem indiuiſiliq; tempo ris momento, non ſolum pluribus differentibus, uerũ etiam contrariis motionibus agi, ac pluribus ſimile reddi, impoſſibile exiſtimandum eſſe uidetur. Hoc au tem proculdubio fieri contingit, ſi eo modo (qui re/ tro dictus eſt) ſenſus fiat. Motiones enim quæ a con/ trariis ſenſilibus prodeunt, contrariæ ſunt. Ita fit, ut non ſolum in differentibus ſpecie ſenſilibus, ſed etiam multo magis in iis, quę uni duntaxat ſenſui ſubiiciun tur, unum eſſe ſenſum qui ſimul iudicet, dictu inex/ plicabile uideatur. Puta in coloribus, quorum excipiẽ dorq; uiſus poteſtatem habet. Quanam ratione albi ni/ griq; diſcrimina internoſcere uiſu poteris, ſi facienda eſt ſimul utriuſq; ſuſceptio? Suſceptio aũt facta ſimili tudine ad res ſenſiles gignit. Age uero, idé ſimul con trariis ſimile effici, prorſus impoſſibile eſſe quis du/ bitet? Aut ſiquid ita moueri dixeris, ut ſimul afficia/ tur, & album ac nigrum excipiat, profecto contraria ſimul excipere poterit, quod fieri nullo pacto poſſe, certiſſimum eſt. Verum explicabilior quęſtio reddit, ſi alium modum afferimus, quo ſenſus à re ſenſili mo ueri probemus, ut ſenſiles affectiones, non cum mate/ ria in ſenſoriis recipi aſſueremus. Quod enim uiſus, non ut in materia paſſiones excipiet, liquido patet. Vi demus enim, neq; albeſcente neque nigreſcente uiſu, quoties album nigrumve percipimus. Neq; uero col/ luſtratus item aer, tametſi ad excipiendos colores ui/ ſui famulatur, cum prius à coloribus mouetur, albus nigerve fit, ut eo miniſterio fungi ualeat. Nihil igitur eſt quod inhibeat: uti per eundẽ aerem, ab hoc albus, ab illo niger color excipiatur, quãdo utriſq; coloribus obiectu directo conſpectis, non uterq; per ſe obiectus color, ſed alter per alterum ad uiſum tranſeat. Neq; ſi niger & albus color identidem ſpectetur, ob id inter/ medius aer ſimul utriſq; famulari poſſe uertatur. Cu ius rei cauſa eſt, quod aer nõ patẽdi modo, neq; more materię à ſenſilibus mouet. Neq; itẽ colores q̃ in ſpecu lis aquisve uiſuntur, ſpecula aquasve tales faciũt, qua/ les ipſi colores ſunt. Quo fit, ut facta in his ab re ſen ſili motio, cõfeſtim deſinit, ubi nõ ultro coram & præ ſto ſit ſenſile. Quod ſi in corpore ſenſibilium ſenſorius paſſiones hoc pacto generantur, certe uis ipſa ſenſibi/ lis (quam ſenſum communem appellant) traiectu quo dam omnia ſenſilia recipere poterit: non tamen inter/ cedẽtibus iiſdem organis, ſed diuerſis, & iudicandi cu iuſq; ſenſilis, mutuaſq; ſenſilium differentias cognoſcẽ di facultatem habet: idque nõ ſub diſiũctis diuiſisq; momentis, ſed continenter eodem puncto temporis aggredietur. Illud præterea, quod iis modis ab animę poteſtate mouetur, per imaginationẽ motionis eius, ueſtigium & ſimulacrũ quoddam ſeruare uidetur, tametſi neq; coram, neq; præſto ſit ſenſile, ſed iam ab/ ſit. Ita fit, ut qui aliquid multo albiſſimum inſpectaue rint, nonnullas motionis ab eo genitę reliquias in ui/ ſu retineant, abſente etiamnum albo: non enim idem à ſenſilibus motus eſt inanimis, animatiſq; corpori/ bus. Aut profecto eo modo quo diximus, diuerſorũ ſenſilium diſcrimina, poterit cõmunis ſenſus agnoſce/ re. Siquidem partim unũ idemq; ſenſibile eſt, partim plura atq; diſiunctum. Enimuero quemadmodum in circulo, à circunferentia in centrum productæ atq; coniugatæ lineæ complures ac multę ſunt: uerum ſi ad terminum reſpexeris, eadem habentur, quia multa rum linearum terminos circuli centro aptari uide/ mus: & eiuſmodi terminus unum quodammodo & multa eſt. Qua enim ratione multarũ differentiũq; linearũ finis eſt, multa. Qua uero lineæ oẽs inuicem coguntur atq; aptantur in centro, unum dicitur. Pari modo ſenſus communis, & unus & plures eſſe cenſen dus eſt. Nanque ſi membratim per ſingula ſenſoria, effectarum à rebus ſenſilibus motionum, ſenſualem uirtutem in poſtremo ſenſorio terminum eſſe conſi/ deres (eatenus enim proficiſcitur, & tendit facta à ſenſi bus per ſenſoria diſpenſatio) ſenſus hic, plura quędam eſſe uidebitur, cum plurium diſtinctiorumq; motuũ terminos prę ſe ferat. At contra, ſi eundem hunc ſenſũ uim incorpoream eſſe animaduertes, quę & uniuerſo poſtremo ſenſorio, & cuiq; illius parti addita ſit, idiui ſilis & unus ſenſus eſſe putabitur. Vnum igitur, & nõ unum eſt uis iſta ſenſibilis. Quatenus ergo non unũ eſt ſed plura, eatenus plura ſimul atq; diuerſa deprehẽ dit, ob id quod per quanq; patientis ſenſorii partem affectionem ſentit, cum poteſtas & finis cuiuſq; ſenſus ſit. Quatenus uero ſenſuum eſt omnium terminus, unus & idem eſt: nanque cui termino motio ab uno ſenſorio facta coniungitur, eidem cæterorum quoq; ſenſuum motiones aptantur eatenus, uelut una qua/ piam uirtute, ad omnes ſentiendi differentias arbiter eſt, cum ſimul ab iis omnibus motiones proficiſcant. Hac igitur uia, unum quid & indiuiſibile, in indiuiſo & continenti tempore ſenſilium, diuerſi generis diffe/ rẽtias dignoſcere poterit. Quemadmodũ autẽ diuerſi generis ſenſilia: ita & inter ſeſe eiuſdem generis diffe/ rentias ſimul iudicat, ea de cauſa quod ſimul omnium ſpecies habet, cum eorum terminus ſit, quibus delega tum eſt, ut affectiones ſenſilibus prouenientes, huic poteſtati interpretentur & nuncient: Hunc in modũ differentias contrariorum iudicat: quorũ ſenſus uno fit intercedente ſenſorio. Enimuero, in iis ſenſo/ rium per aliam atque aliam partem ſimul affectio/

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

nes,quę à cõtrariis ſenſilibus proficiſcuntur, excipiet quandoquidem fieri nullo pacto poteſt, ut contrariæ affectiones ſimul in eadem parte generentur. Sed eo per diuerſas partes à ſenſilibus patiente, & eodẽ quo patitur modo,in poſtremum ſenſum affectiones tranſmittente,poſtremoq; itidem ſenſu affecto per partes, una eademq; uis ex omni ſenſorio & ſingulis eius partibus,contraria ſimul ſentit & iudicat.Idem autem in iudicio accidit:nanq; iudicium quo ſub rebus contrariis contraria penſitantur, haudquaquam cõtrarium eſt,licetq; contraria circa idem ſimul haberi impoſsibile ſit.In iudicando tamen cõntraria reperiuntur, eo quod non ſimul dicere iudicareve cõtraria, ſed ſimul idem eſſe impoſsibile eſt. Quas ob res,illud fieri nullo pacto poteſt,ut poteſtas illa,q̃ iudicat nigrũ & albũ idẽ eſſe cẽſeat:cũ & accidat & ęque fieri poſsit,ut contraria inuicẽ cõtraria eẽ percipiat. Poteſtas autem ſenſibilis,ſimul contraria iudiçat eſſe contraria,cum poſtremum ſenſorium,cui poteſtas eadem eſt,per diuerſas partes patiatur,& contrariorum ſenſilium illi formas annunciet.Eadem enim poteſtas,ubi uno intercedente ſenſili,ab uno ſenſorio paſſa fuerit, unum iudicat:ubi uero à pluribus,plura. Quorum enim ſimul ſenſorium formas excipit, eorum ſimul iudicium facit.Quo autem pacto fieri poſsit,ut ſenſorium diuerſas & contrarias formas excipiat,retro iam dictum eſt. Hoc autem communi ſenſu,& uidentes nos,& audiẽtes,& ſingulis ſenſibus ſentientes ſentimus.Qui enim uidet auditve, audire ſeſe & uidere iam ſentit: nanq; non alia poteſtate quàm ſenſu nos ipſos ſentire percipimus,neq; tamen nos uidere uidemus,neq; nos audire audimus:cum nec uidere ipſum, ſiue uiſio uiſilis ſit, neque audire,ſiue auditio audibilis.Sed hoc primi & proprii ſenſus,qui communis dicitur,opus & functio eſt.Qua functione,in ſentiẽtibus animalibus, ſenſuũ omnium gignitur,uelut una conſenſio.Atq; ea ſenſilia,quę communia appellauimus,hoc ſenſu excipi animaduertere eſt.Nam ad peculiaria cuiuſq; ſenſus ſenſilia,internunciis: item peculiaribus organis, unum quodq; eorum pari gradu refertur.Mouetur enim uiſus à colore, qui ſimul eſt cũ magnitudine, figura, ſtatu,motu,numero,intercapedine. Eorũ igitur motiones,quibus cum color uiſum excitat,una cum coloribus refert:uerum uiſus,qui colorum arbiter eſt, communia ſenſilia non iudicat, ſed hæc ad communem ſenſum functio pertinet.Verumenimuero quod illa uiſus non iudicet, uel hoc ipſo perſpicuum & manifeſtum eſt,quod non ſolum ſub coloribus, uerum etiam ſonis reliquiſq; aliorum ſenſuum ſenſilibus reperiuntur.Quo argumento colligitur,ut neq; uiſilia neq; exaudibilia,neq; prẽterea cuiuſquam alterius ſenſus,qui propriis ſenſilibus diſtinguatur,propria ſenſilia eſſe uideantur.Porro quinq; duntaxat ſenſus eſſe neque alium præter hos, quos retro numerauimus haberi,inde perſpectum & manifeſtum eſt: quod præter ea,quę in abſolutis animalibus conſpiciuntur,nullum alibi ſenſorium eſſe poſsibile eſt. Neceſſarium autem fuerat,ſi quis ſenſus defeciſſet, ſenſorium quoq; deficerę, quemadmodum in tertio uolumine de anima Ariſtoteles tradit. Quo fit, ut cũ omnis ſenſus in animali ſit,nullumq; animal alium quempiam,prẽter eos quos attulimus ſenſus habeat, quinq; ſolummodo ſenſus eſſe monſtrentur.Propter id uero,quod rationalis poteſtas animalium uirtutum omnium abſolutiſsima eſt,in iis primum uis omnis ſenſibilis eſt, in quibus poteſtas rationalis agnoſcitur.

De phantaſia & phantaſtica uirtute.

VIs autem animę imaginatrix (quam phantaſticam appellant) ipſa quoq; perpendendi ac iudicandi facultate prędita eſt, una ex iis uirtutibus,quibus & uerum dicere,& mentiri ſolemus. Eſt enim more ſenſuũ,uera ac fallax imaginatio, animantiaq; omnia per imaginationem,multa cum agere tum pati, aiad/uertimus. Dicimur autem ueri eſſe ſenſu,opinione, ſcientia, intellectu:ex quibus ſenſum poteſtatem ſpecierum ſenſilium,citra ſubiectam materiam ſuſceptricem & arbitram eſſe iam diximus:quę in propriis ſenſilibus dignoſcendis,fere quam rariſsime fallitur.Opinio autem hypolepſis eſt (quam ſuſceptionem dicere poſſumus) & circa ea uerſatur, quę ſeſe aliter habere poſſe,compertum eſt. Scientia uero ſyllogiſmus eſt, quem demonſtratiuum uocant: uel cognitio cauſę, quæ ſciri poſsit,quęque rei cauſa eſſe noſcatur,neq; ſecus quàm ſit eſſe poſsit.Intellectus autem uis eſt,quę abdicatas à materia formas,ſuſcipiendi poteſtatem habet,& qua per indemonſtrabilia principia ueri ſumus. Porro imaginatio ad hęc ipſa nullo pacto pertinet, ſi ad proprium nomen imaginationis accedimus,motio quędam eſt,per quam nobis ſimulacra quæpiam gignuntur in anima:& tamen in omnibus iis, quę ſupra memorauimus,per translationem imaginationis, uocabulo quàm ſępiſsime utimur. Etenim de ſenſu, de opinione,de ſcientia,de intellectu phantaſiam prędicari facimus.A ſenſu igitur imaginatio ſeiuncta eſt, quod ſenſus preſentibus ſenſilibus,imaginatio etiam num abſentibus fit. Ille nobis duntaxat experrectis uigilantibusq;,hæc etiã oſcitantibus ac dormientibus fieri poteſt.Prẽter hęc,ſenſus haud noſtræ ſpontis eſt: neque enim noſtræ facultatis eſt ſentire aliquid,abſente re ſenſili.Contra imaginatio,noſtrę ſpõtis habetur. Simul enim ubi collibitum eſt, cuiuſuis rei uel abſentis imaginationem excipimus,atq; ut ſenſus participia ſint,omnibus animalibus datũ eſt. Imaginationis uero non omnibus:nanq; & oſtreacea & uermes, huius uirtutis expertia ſunt. Senſus quoq; in propriis ſenſilibus ferme ſemper uerus eſt.imaginationes autẽ quàm plurimum falſę & fallaces habentur. Poſtremo non eſſe idem imaginationem & ſenſum, iudicio deprehenditur:quod ubi quid ſenſu exquiſitiore perpẽdimus,nequaquam illius phãtaſiam imaginationẽve habere dicimur.Cõtra,ubi quid hebetius obtuſiuſve ſentimus,id ex imaginatione quadã nobis ita uideri, aſſerere ſolemus. Quod ſi idem imaginatio & ſenſus forent,ubi maxime ſenſus haberet, ibidem maxime imaginationẽ habere æquũ eſſet, & exqſitior ſenſus, exquiſitior imaginatio cenſeretur. At uero neque ſciẽtię,neq; intellectui imaginatio res eadem eſſe putãda eſt:quandoquidem ſcientia & intellectus, ſemper uera ſunt.Imaginatio autem, ſæpiſsime hallucinatur & fallitur.Scientia etiam & intellectus,quemadmodum & prudentia,in iis tantum animalibus eſt,quæ rationem adepta ſunt:imaginatio autem, etiam in ratione carentibus eſſe conſpicitur.Atqui quoniam opinionẽ accidit nonnunquam ueram,ſępius falſam haberi, idẽ fortaſſe cum opinione imaginatio eſſe uideri poſsit.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

Nanq; opinione alię ueræ, alię fallaces ſunt, uerum nō ita ſe habet: omnino enim opinionem fides ſequitur. Vbi enim quis opinatur, ibidē prorſus credit, & quod ita ſe res habeat, aſſentire paratus ē. Opinio enim in re aliqua, aſſenſus quidam ad eandem rem eſt, ut ita ſe habeat. Aſſenſus autē cum fide eſt: nihil.n. aliud eſt opinio, quàm aſſenſus cū ratione atq; iudicio. Non omnibus autem ſimul, imaginatio cum fide eſt. Animaliū igitur quę rationis indiga ſunt, pleraq; imaginatione funguntur, fidem uero nullum ex iis habere poteſt.

At uero ubi fides abeſt, ibi nullus cum iudicio aſſenſus eſt. Demum opinio omnis, in compoſitione & cōplexu eſt. Aut enim affirmare, aut negare aliquid, opinio nata eſt. Nō oīs aūt imaginatio eiuſmodi eſt: idcirco neq; ueritas neq; mēdaciū, in utriſq; pari modo cōtinetur. Quemadmodum neq; in eo, quod in ſenſu, & quod in opinione uerſatur. Quapropter ſi nihil eorū (quæ diximus) imaginatio eſt (qñquidem, imaginationem non conſequuntur ea quæ ſenſum, opinionē, ſcientiam, intellectum conſequi ſolent) proculdubio conſtare poteſt imaginationem nequaquam (ut quibuſdam uiſum eſt) ex ſenſus atq; opinionis compoſitione conſtitui. Enimuero ſi id ita ſe haberet, ea quæ ſenſum atq; opinionem conſequi uidentur, imaginationem etiā conſequerent: qa id quod ex quibuſdam compoſitum eſt, ſuperſtitibus permanentibuſq; partibus, ex quibus componitur, hanc ab iis conditionem nāciſcitur. Non enim idem eſt compoſitio & miſtio: quoniam id quod ex quibuſdam commiſtum eſt, ex iis eſt quibus cum admiſcetur, ſed non illa. Compoſitum autem, illa eſt ex quibus conſtat, ſed compoſitione quadam & ordine. Quidnam ergo imaginatio ſit, eo fortaſſe pacto percipias, ſi rem ita intelligi oportere conſtitueris, ut à functionibus (quę circa res ſenſiles fiunt) figura, & ab iis expreſſa quędam effigies, in primo ſenſorio gignatur. Primum autem ſenſorium, appello corpus illud, cui uis animæ ſenſibilis ineſt. Quę ſane figura atq; effigies, eius motionis quæ ab re ſenſili facta eſt, derelicta quædā intrinſecus ueſtigia ſunt. Quæ (non ulterius præſente re ſenſili) illęſa ſeruantur & permanent, fere non ſecus ac rei ſenſilis imago quę piam, quę intus ſeruata atq; depoſita, in nobis cauſa memorię eſt. Eiuſmodi igitur figuras, ſiue relicta ueſtigia, imaginationem nuncupant. Quare ita imaginationem definiunt, ut eam τύπωσιν id eſt figurationem in anima, & in parte principi faciāt. Sed figura hęc imaginatio nō eſt, ſed circa eiuſmodi figuram, imaginatricis poteſtatis functio. Nanq; ſi figurā & imaginationē idem eſſe conceſſeris, ſtatim efficies, ut ii qui figuram illam habuerint, etiam cum nihil imaginentur, nihilominus in imaginatione ſint: pariter abſurdiſſimum ſequitur, ut ſimul atque eodem puncto tēporis in pluribus imaginatiōibus uerſemur, q̄ etiā in tot numero ſint quot illa ſunt, quoꝝ in nobis ſimulacra ſeruant. Poſtremo aut figurationē (dū fit) imaginationē autumāt: aut eā, q̄ facta iā ſit. Quod ſi figurationē (dū fit) imaginationem faciunt, profecto imaginationem in ſenſuum actu eſſe fatebuntur: hæc enim figurę generatio eſt. At uero, citra etiam ſenſuum actus, imaginationes fiunt. At ſi figurationē, quæ iam facta eſt, quęq; iam depoſita ſeruatur, imaginationē eſſe arbitrantur, certe pari errore implicantur: idem enim memoriam atq; imaginationem ſtatuunt. Enimuero, eadē ferme in imaginatione & in ſenſu ratio eſt. Nam ſicut in ſenſu prius ſenſile quiddam eſt, mox uis ſenſibilis, & eius poteſtatis functio quę circa res ſenſiles eſt, quā ſenſum appellamus, pariter in intellectu. Intelligibile, res ipſa eſt quæ intelligitur, intellectus uero poteſtas. Intellectio autem, intellectus ipſius circa rē intelligibilē functio: ita profecto in imaginatione eſſe exiſtimandum eſt, primum aliquid eſſe, quod imaginabile ſit. Id autē eſſe poſſunt ex actione ſenſuum, intra genitę ac relictę reliquię, quę rei ſenſili atq; intelligibili analoga putantur: deinceps uim imaginatricem haberi, quę poteſtati ſenſuali & intellectuali comparetur. Tertio imaginationem, q̄ ſenſitationi atq; imaginationi analoga ſit, & circa res imaginabiles imaginatricis poteſtatis functio cenſeatur. Subduntur enim imaginatrici poteſtati, illę ex actione ſenſuum impreſſę reliquiæ, uelut ſenſilia quædam intranea, quo modo extrinſecus ſenſilia ſenſualis poteſtatis habentur. Hæ autem reliquię, ſiue relicta ſimulacra actu ſenſus appellantur, propterea quod functionis ſenſibilis opera eſſe uidentur. Et actu ſentire, nihil aliud eſt quàm ſimulacrum eiuſmodi, quod ab exterioribus ſenſilibus intruditur, in ſe continere. Cæterum uis imaginatrix, ſubiecto una eademque eſt cum ſenſibili, ſed ratione ac diffinitione diſpeſcitur: quippe quod uis ſenſibilis eſt, quatenus res ſenſiles duntaxat excipit. Quæ licet abiuncta & ſeparata ſint à corpore, in quo ipſa uis ineſt, coram tamen & præſto ſunt. Imaginatrix autem eſt, quatenus uelut uis ſenſibilis circa res ſenſiles extrinſecus poſitas ſeſe exercet. Ita hæc ipſa, circa res imaginabiles, quę in corpore ſunt, à quo uis ipſa imaginatrix habet, & uelut circa ea (quę ſibi ſenſilia ſunt) etiā ſi nō coram res ſenſiles affuerint, operatur. Cum enim pręſentibus ſenſilibus actio fit, ſenſum ſimul fieri certum eſt: namque ſenſualis aīæ functio, quę præſente ſenſili, & intercedente ſenſorio in ſenſibili corpore fit, ſenſus eſt: propterea ſenſus atq; imaginatio, idem eſſe uidentur. Vbi uero non amplius corā habetur ſenſile, actio ab anima ſenſuali proueniens, relicta & depoſita ueſtigia illa aggreditur, quę à ſenſu in actu uelut aliquid ſenſile genita ſunt, ſubindeq; fit imaginatio. Eadem enim in idem actio, ſi non ſimpliciter eiuſmodi dicatur. Sed quatenus à quopiam alio genitum ſit, nunc memoria, nunc reminiſcentia uocatur: quarum differentia, alio loco à nobis explicata eſt. At nunc de imaginatione loquimur. Quēadmodū enī accidit, ut id qđ ab alio quopiā mouet, ipſum idē rurſus aliud quippiā moueat. Baculus.n. lapillū mouet cū ab alio moueat. Ita primū quoq; ſenſoriū, qđ admota p res ſenſiles, functione iam motū eſt. Rurſum facta in eo ab iiſdē ſenſilibus motione, imaginatricem animam excitat, non ſecus ac ſenſilia ſenſibilem. Eodem cum iis greſſu mouent ea, quæ in nobis ſub quadam picturæ expreſſione confinguntur. & à rebus abſentibus imprimuntur. Hæc enim ob id fiunt, quia ſenſus aliquis eorum fit: quare ubi à ſenſu in actu producta ſunt, mouent. Imaginationis ergo definitio eiuſmodi afferri poteſt, ut motio à ſenſu in actu profecta dicat. Ii enim qui imaginationē figurationē quandā in parte animæ principi eſſe aſſerunt in relicto ueſtigio, non autem in actione circa ueſtigium imaginationē ponere uidentur. Actio igitur & imaginatio quæ fit circa ueſtigium, quod à re per ſe enſili depoſitum, & ſeruatum eſt. Pari mo-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

do in ſenſu in quo fit, uerũ & falſum habere poterit. Quas ob res euenire conſueuit, ut in eiuſmodi ſenſilibus, imaginationes quàm plurimæ ueræ ſint. Nonnullæ autem per quam fallaces & uariæ, quoties relictа ſimulacra, cum à communibus, tũ uero ab iis qui ſunt ex accidente ſenſilibus proficiſcuntur. Quæ res in cauſa eſt, ut ſenſus in his hallucinentur & errent. Vbi hæ imaginationes ingenitæ habentur, non ab re ipſi quoq; multa offuſione falſitatis obruuntur. Hi uero ſenſus, qui ab impreſſis relictiſq; ueſtigiis coram diutius ſeruatis retentiſq; producuntur, affigurante ac deformante imaginatione, plurimum mendaces ac falſi ſunt. Hoc enim pacto etiam per ſe ſenſilibus, falſæ imaginationes occurrunt: quoniam uis imaginandi ab relictis iiſdem ueſtigiis, & ab iis quę abſunt, perinde quaſi ab iis quæ coram & præſto ſunt, agitur. Neq; ſeſe in mouendo eiuſmodi exhibet, cuiuſmodi habentur: quales imaginationes in dormiẽtibus animaduertere eſt, & in iis quę (ut diximus) formata intra nos effigie & pictura gignuntur. atq; hęc lymphatis & inſanientibus accidunt. Principium enim in iis eſt à ſimulacro & ueſtigio, quod à ſenſu in actu genitum & relictum eſt. Verum in hac circa res ſenſiles functione, erroris cauſam afferre facile eſt, cum id ſe pręter propriã figuram, magnitudinem, colorem, aliamve qualitatẽ, ſiue motum, locum, pluralitatem, compoſitionem obtulit. Ea igitur imaginatio uera eſt, quæ circa id ueſtigium ſiue ſimulacrum operatur, quod à uera atq; exiſtente re ĩpreſſum ẽ, & quę circa id talis gignitur, quale ueſtigium eſt. Falſa uero imaginatio tunc habetur, cum à re exiſtente non eſt: cuiuſmodi illæ imaginationes ſunt, quæ ludificantur in ſomniis, profectę ab abſentibus remotiſve ſenſilibus, perinde quaſi coram adeſſe uideantur. Cæterum a præſentibus quoq; ſenſilibus imaginatrix uis fallitur, cum non eiuſmodi ſenſilia apparent, qualia ſunt. Illa enim imaginatio fallax eſt, cui neque cohæret, neq; conſentit id quod apparet. Quemadmodum falſa quoque opinio illa eſt, cui repugnat & contradicit id cuius opinio eſt. Deniq; imaginatio aut uera aut falſa eſt ex cuiuſq; rei habitu cuius imaginatio ſit. Sane uero nonnullæ imaginationes hebetes atque imbecilles, nonnullę autem pertinaces & uehementes ſunt. Quæ differentia, in ſenſibus quoq; cõperta eſt. Hebes imaginatio ſuperficietenus obducitur, neq; ullas deprehẽſionis uires habet, neq; exquiſitas omni ex parte differentias eius (quod imaginamur) inſinuat. Vehemens aũt imaginatio, contrario modo ſe habet: ſed nõ minus uehemẽs quã hebes, mõ uera modo falſa eſſe poteſt. Nec enim uerę imaginationis proprium eſſe crediderис, ut uehemens ſit. Falſę autẽ, ut hebes atq; obtuſior habeatur: ſed earum differentię immutantur & uarię ſunt. Quamobrem ueras imaginationes uehementes & catalepticas, id eſt apprehẽſorias appellare cõſueuimus ea de cauſa quod apprehenſio in eiuſmodi imaginationibus, nihil aliud quam aſſenſus eſt. Imaginationẽ autem falſam, & quę in uero hebes ac dubia eſt acatalepton, id eſt ui apprehenſoria carentem uocamus. Manifeſta uero ſiue euidẽs imaginatio, nõnunquã uera eſt & uehemẽs, id eſt uim apprehenſoriam habens: nonnunquã autem tantummodo uehemens, non etiam uera, quę hebeti ſiue dubię imaginationi oppoſita eſt. Porro uehemẽti imaginationi, aſſenſio conſentanea & pediſſequa eſt, niſi forte per alia quæpiam accidentia, fallax eſſe deprehenditur. Qua imaginatione afficimur, cum aſtra nõ moueri imaginamur, & cum in picturis & ſpeculis eminẽtias & depreſſiones aſpicimus. Non enim iis imaginationibus fidem abrogamus, quia uehementes nõ ſint, ſed quia per alia quępiam redarguuntur, & non uera eſſe monſtrantur. Nam & ueris plerunque & uehementibus imaginationibus perſæpe diffidimus, cum aliis ante rationibus redarguimur. Imaginationis autem conſenſum, actio ſequitur quam practicen uocamus. Quare animantia rationis expertia, quęcunq; agunt per imaginationem agunt: & quia ratione carent, eiuſmodi conſenſioni acquieſcunt. Sæpe etiam hominibus euenit, ut imaginationes ſuas ſequantur ea de cauſa, quòd eorum mens atq; intellectus, perturbatione ſiue affectione quapiam uelut nebula ſępitur & uelatur, puta accedẽte ęgritudine aut ſopore. Enim uero imaginatrix anima, uelut etiam ſenſibilis anima, malibus a natura conceſſa eſt, & pene hypobathra, id eſt ſubgradaria, rebus cognoſcendis iudicandiſq; principium eſt: & ut aliud appetamus, aliud declinemus, hortatur & admonet. Nam ſicut opinio cuiuſpiam rei gratia eſt ei, qui hoc uel illo pacto opinatur, & aut rei quam ſic eſſe opinatur, adhęret atq; aſſentit, aut auertitur & diſſentit: eodem modo ſe haberi ſenſum ęquũ eſt, necnon in ſenſu imaginationem. Hæc enim iudicandi, eligendi & declinandi principia ſunt. Neceſſariũ eſt autem in imaginatione, aliquid typo communius ſubintelligere. Proprie enim typus eſt id, quod ex eminentia & depreſſione reddit, aut ſchema figuraue, quę à re figurante in rem figuratam inducitur. Sicut ex ſigillis expreſſa ſimulacra ſe habere conſpicimus: uerũ non eodem pacto relicta in nobis a ſenſilibus ueſtigia, uiſuntur. Nec enim ſenſilium ſuſceptio, a principio p ſchemata gignitur. Quale enim ſchema albi erit? aut in uniuerſum coloris aut odoris? Sed quoniam peculiari nomine indigemus, typum illum, qui in nobis a rebus ſenſilibus genitus permanet, ueſtigium & derelictum quippiam, translato nomine appellamus. Cõſequitur ergo imaginationem aſſenſus, ſed tamen non omnem. Quemadmodum etiam aſſenſum impulſio ſequitur, neq; pariter omnem aſſenſum. Qua ratione etiam, neq; omne impulſum actio inſequitur. Atqui hęc ipſa in animalibus ordine quodam diſpoſita ſunt, ſenſus, imaginatio, impulſus, actio. Verũ nõ ubicunq; ſenſum repereis, idẽ quoq; imaginationem ſubſequi neceſſe eſt: quandoquidem non omnia animantia imaginandi uim habere concedimus: neq; item imaginationem aſſenſio ſequitur. Non enim globum ſolis pedali menſura conſtare aſſentimur, tametſi id in nobis imaginatio percipit. Pari ratione in cæteris, quę nobis ambigua atq; incerta ſunt, utimur. Poſt hęc nõ omnis aſſenſio impulſum trahit. Nam qui cuipiam quod album ſit aſſentit, non continuo in id impulſu defert: uerum illa etiam aſſenſio, quæ mathematicis diſciplinis adhibet, nullam ſub ſe impulſionem cit. Aſſenſum enim illum, quo diametrum lateri non commenſurari poſſe conceſſimus, nullius impulſus excitandi uim habet. An forte eiuſmodi aſſenſus in imaginationibus non habentur? Scientiæ enim, imaginationes nõ ſunt. Atqui ubi Socratem eſſe eum, qui obuius progredit aſſentimur, non proinde ad rem quampiam appetitione & impulſu trahimur. Aſſenſus enim quo rebus addicimur,

UVA: BHSC. SC 05826 (1)

addicimur,non eſt impulſus ille,quo in res quæ corá adſunt,uelut iam ſelectas agimur.Id autem appetitus eſt. Accidit etiá ut impulſione atq; appetitu plerunq; perciti,nihil agamus, quoties appetitui neq; conſiliũ, neq; deliberatio ſuffragatur.Porro imaginationi, etiá phanthaſię nomen a ſenſu (unde eſſentiam habet) indi tum eſt. Quandoquidem enim nobiliſſimus omniũ ſenſuum uiſus exiſtimatus eſt,cui functio non niſi lu mine intermedio,prodit in actum.Qui enim fieri po/ teſt,ut abdicato lumine uiſus in actu ſit? Profecto ab ea re imaginatio phantaſię nomen accepit,quę nobiliſ ſimo ſenſui cauſa eſt,ut in actu eſſe functione ſua poſ/ ſit.Hæc autem lumen ipſum eſt.Sane aſſenſio quæ in ſimplicibus uerſatur,utrum ſint necne, in noſtra po/ teſtate non eſt,nam ſenſum atq; imaginationem,eiuſ/ modi aſſenſio ſubſequitur. At uero aſſenſus ille qui agendis rebus præſtatur,utrum agi debeant an non debeant,à ratione uelut à cauſa proficiſcitur, quem in poteſtate noſtra eſſe perſpicuum eſt. Nanq; in manu ac facultate noſtra, eſſe quis dubitet rem quampiam deliberatione cæteris anteponere, atq; eidem aſſenſio nem addicere,qui proculdubio aſſenſus,non iam am/ plius in imaginatione uerſari dicendus eſt? Quænam igitur ſint irrationalis animæ iudiciales ſiue arbitræ poteſtates,iam diſſeruimus. Hę enim ſunt ſenſualis atq; imaginatrix.Rationalis uero & intellectualis po/ teſtas,quæ ipſa quoq; arbitrandi & perpendendi iuriſ dictiõe fungitur,propria & peculiaris eſt huiuſmodi, de qua paulo poſt diſſeremus.

De *impulſu ac ui impulſoria.*

SEquitur autem ut iis expoſitis, deinceps de ui im pulſoria dicamus.Hæc enim in animalibus princi/ pium & cauſa eſt,nõ ſolum actionis,uerum etiam delationis id eſt motus localis,modo animalia eiuſmo di ſint,ut ſecus locum moueri ſuapte natura posſint. Nanq; ſubinde poſt eum aſſenſum,quem imaginatio nibus adhibemus,appetitio (uelut eius finis) ſubſequi uidetur.Quę plane poteſtas,iam nõ more cæterarum iudicio arbitriove prædita eſt, ſed ad alteram animi partem ſpectat,quæ actiua nuncupatur. Atq; id quod iudiciale & ſpectatiuum eſt,in actionem uelut in finẽ relationem habet, & alterũ alterius mutuo principiũ eſt.Verum uis ſenſibilis ſpectatiuę portionis cauſa eſt, à qua uelut principium motionis egreditur.Id autem quod actiuum eſt,ad uim ſenſibilem ita ſe habet,ut id cuius gratia & finis.Cæterum uis impultrix,una cum appetitu coniungitur.Eadem enim poteſtas eſt, quæ animalibus principium, & cauſa ſecus locum motio/ nis eſſe uidetur. Aut enim ubi quid expetunt,ad id ap prehendẽdũ impelluntur mouenturq;, aut auertunt ut id declinent ac fugiant.Impulſus enim,quidam ap petitus eſt. Atqui ad appetitum pertinent concupi/ ſcentia,ira,uoluntas.Rerum enim quę delectare natę ſunt,appetitus concupiſcentia uocatur, quam paſſim in omnibus quę ſunt ſenſu prædita comperies. Appe/ titio autem ulciſcendi cuiuſpiam,qui nos fere contem pſerit,ira,dicitur:quæ iam non in omnibus ſenſu præ ditis,ſed in abſolutis & perfectis animalibus habetur. Non enim uermes & oſtreę,tametſi ſentiunt, iraſcun/ tur.Bonorum autem appetitus, qui in nobis iudicio & conſilio pollentibus gignitur,uoluntas appellatur, quę ſolis hominibus peculiaris & propria eſt.Nam uo luntas,rationalis appetentia eſt. Cum rationalem di/ co,non id intelligo,ut animę rationalis actio ſit,ſed ut tãquá in rationalibus fiat. Vis enim appetendi,quia ra tioni ſubditur, id habet, ut illi etiam obſequi atq; ob temperare ualeat. Cumq; ea appetimus,quæ rationis iudicio recepta & comprobata ſunt, eiuſmodi ap/ petitio voluntatis nomine nuncupatur: uoluntas enim cum deliberatione atque conſilio eſt. Delibera re autem atque conſulere,eius functio eſt qui ratione non careat. Sed impultricem uim alteram quampiam eſſe animæ poteſtatem,cæteraſq; de quibus retro men tionem fecimus,non ſolum ab appetitu,uerum etiam interſe mutuo differe,ex iis q̃ deinceps dicturi ſumus, perſpectum eſſe poterit. Nanq; ab altrice uirtute uis ſenſibilis ſeparata diſiungitur,cũ altera inſit ſtirpibus, altera non inſit.Quod ſi idem eſſet utraq; uis, profe/ cto ubi altera habetur,ibidẽ altera ſimul habere opor teret:uerũ in animalibus à primis generationis exor/ diis,uis altrix ineſt.Alimento enim utitur iam effectũ animal,& in utero degens uiuit, & hac ſola poteſtate operatur.Senſualis autem anima,mox animalibus dũ naſcuntur, innaſcitur. Contractio enim & extenſio nonnullarum partium, quibus id quod in utero eſt ſæpius utitur, ex peculiari & addicto ſenſu non eſt,ſed uelut animati portio,per has affectiones agitur motu.Præter hęc continenter,ac momẽtis ſingulis al tricę uirtute fungimur.Semper enim alimur,& in dor mientibus maxime præcipuo munere atq; actione po teſtas hęc ſeſe exercere uidetur. Contra, non ſemper ſenſibili uirtute fungimur. Somnus enim, in ſenſuũ otio & tranquillitate conſiſtit. Idcirco uacatio à ſenſi bus, ſomnus: ab altrice poteſtate, mors eſt. Et uis quidem hæc operatrix,uis autem ſentiendi,iudicialis & arbitra dicitur. Poſtremo uis altrix in omnibus ani malium partibus eſt,non itidem uis ſenſibilis. Enim uero capilli,oſſa,ungues,nullo ſenſu prædita cernun/ tur. Quamobrem hæ poteſtates,non ratione inter ſe differunt, ſed etiam ſubiecto & functione diſiungun tur. Ratione diuerſa ſunt,quod non eadẽ alumnę po teſtatis & ſenſibilis eſſentia eſt: qua enim ſunt, utri/ uſq; definitio diuerſa eſt. Functione differunt,quod non ſemper ubi uis altrix operatur,ibidem continuo uis ſenſualis idem agit. Illa enim ſemper indefeſſa fun ctione utitur, hęc nobis dormientibus feriatur & quieſcit.Subiecto diſtincta ſunt, quod uis altrix oẽs corporis partes occupat. Senſibilis uero, determina/ tos & peculiares poſitus habet:& pręterea in ſtirpibus uis alendi comperta eſt, cum iis uis ſentiendi non ad ſit. Impulſio autem & appetitio,iiſdem fere diſcrimi/ nibus ab altrice poteſtate diſiuncta ſunt, quibus uis ipſa ſenſibilis.Sed ea duntaxat differentia eſt,quod uis ſenſualis ab altrice differt, quatenus illa iudicio, hęc actu fungitur: neque enim appetitui,diſcernendi ac iudicandi uis ineſt,quemadmodum ſenſui. Nanq; ap/ petitus ad actiuam partem pertinet, quandoquidem animalium motionum cauſam habet. Appetitus quoque à poteſtate ſenſuali, functionum ordine & tempore differt. Priores enim ſunt actiones, quæ à ſenſu & ſenſum conſequente imaginatione proueniunt, iis quæ ad appetitus actiones reſpi/ ciũt.Hę uero in illis & poſt illas habentur.Appetitus

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

enim, quarundam ſenſualium motionum eſt. Atq; omnino ante appetitū ſemper ſenſus eſt, nō ſemper aūt poſt ſenſum appetitus habet. Quod ſi ita ſe habet, nō ubicunq; altera harum poteſtatum eſt, ibidem ſemper alteram eſſe contingit. Deniq; (uelut ſupra diximus) ſenſus in animalibus cognitionis & iudicii, impulſio autem appetitus actionis eſt cauſa. Ille in paſſione ſiue affectione quadam eſt, hæc contra potius agendi, & operandi facultatē habere uidetur. Porro illa quibus uniuerſæ animę poteſtates inſunt quodam inter ſe ordine iiſdem prædita eſſe conſpiciunt, ut priores poteſtates poſteriorū gratia eſſe, & iis aliq̄d cōferre uideantur pari fere analogia, qua animati corporis portiones uniuerſo corpori cōferuntur. Nanq; ſicut in animato corpore alteram portionem alterius gratia generari & eſſe animaduertimus, cum omnes pene corporis partes functionibus animę accōmodatę ſint: quandoquidem animatū omne corpus organicum, eius uirtutis gratia eſt, cui famulatur & ſeruit. Eodem modo in anima, ea quę priora ſunt, poſteriorū gratia eſſe cōperies. Vegetalis enim ſiue altrix anima in animalibus, ſalutis & eſſentię cauſa eſt: quibus abdicatis, non poteſt uis ſenſilis ullo pacto ſubſiſtere. Vis uero ſenſibilis eo modo cognitrix & arbitra (quo iā diſſeruimus) actiuę impulſtricisq; uirtutis gratia eſt. Rurſum vero uis impulſtrix atq; actiua, alterius & ſpectatricis & arbitrę poteſtatis gratia eſt, non quidem ſenſibilis, ſed intellectus intellectualisque actionis, in iis animalibus in quibus hæc ipſa poteſtas habetur: quemadmodum in iis, quæ de poteſtatibus animæ traduntur, oſtenſum eſt. Dictum eſt autem impulſus appetitusq; poteſtates & plures eſſe, & inuicē differenter habere, & inter cognitrices etiam arbitraſq; uirtutes diſcrimen eſſe, monſtrauimus. Eſt enim poteſtas quępiā q̄ miniſterii ſimul & iudicii functionē habet: hęc autē ſenſus atq; imaginatio eſt. Alia uero pars animę, quę principatum tenet, ſpeculatrix eſt, quæ rationalis uocatur, & cogitandi atq; intelligendi officio fungit. Vis nanq; ſenſibilis, ad intellectualem poteſtatē in iis quæ utriſq; huiuſmodi uirtutibus prædita ſunt, relationē quandam habet, qua ſenſiliū rerū differentias intellectui nunciet atq; ſignificet. Atqui, quemadmodum in ui cognitrice, aliud eſt quod principatū, aliud quod famulatū obtinet: ita parē differentiam in practice ſiue actiua cōperies. Vis enim, qua impellimur, & qua appetimus (quę impulſus atq; appetitus dicitur) principatu fungit. Vis autem quæ neruis inſita eſt, qua corpus actionibus (quę ab impulſu & appetitu proueniūt) mouetur, famulatu ac miniſterio ſuo obſequit. Nanq; cum ea, quę impellente appetitu fieri conſueuerunt, paſſionibus ſiue affectionibus quibuſdam ingenitis fieri uideantur: ex iis alię caliditate rite diſpoſita corpus remittunt laxantq;, atq; incrementum obducunt, aliæ infrigerant, & contrahunt. Verumenimuero imaginationes, ſenſus intelligentiæ, quę in rebus uerſari uidentur, in ſimilitudinē aliquā rerū ipſarum (præſentibus rebus) agunt: & ſiue corpori moleſtias inferunt, ſiue contractionē & horrorem incutiunt. Simul autē, ubi circa innatū ſpiritū cōtractio & diſtenſio redditur, eiuſmodi affectiones ab eodē ſpiritu diffunduntur in neruos, ut facta per impulſionē actione, animalia moueri, & principium motionis ab appetitu conſequi poſſe uideantur. Exilis enim & parua mutatio, ſi circa principiū acciderit, magnorū multorumq; diſcriminum cauſa eſt. Qua ratione in nauibus, ſimul atq; temo breuis admodū atq; exilis obuertitur, multa ſubinde in prora obuerſio fit. Aeque ſi circa cor & intruſum cordi ſpiritum immutatio quępiam incidat ſiue intercedentibus ſenſibus, ſiue intercedentibus intellectionibus, quorum utrunq; motio atq; affectio ſubſequitur, tametſi in non percepta à nobis cordis portione, eiuſmodi obuerſio fit: ea tamē de cauſa, qđ animaliū principiū cor ē, plurimā in uniuerſo corpore differentiā efficit ruboris, palloris, frigoris, caloris, horroris, trepidationis. Principiū igitur motionis in agendis rebus, eſt aliq̄d, quod aut expeti, aut declinari natum eſt. Enimuero impulſus nihil ferme aliud eſſe uidetur, quàm animati corporis motus, qui à re aliqua, q̄ expeti aut declinari nata eſt, imaginatione gignitur. Eius autē, ſiue intellectionē ſiue imaginationē, caliditas aut frigiditas ex neceſſitate ſubſequitur. Iucunda enim & infenſa, oīa fere non abſq; caliditate & frigiditate aliqua fieri poſſe uidentur: quę ſimul atq; circa nos gignuntur, interdum in nobis partes quaſpiā, nōnunquā totū corpus ęque agitari cōſpicimus, uelut in ſomno ſoleta accidere. Quę ſane paſſiōes, circa principia organica & portionum adgenitę, p impulſtricem uim eaſdē portiones ad functionē & miniſteriū ſuum excitant, & ab eadem ui, iam inde à principio intrinſecus generantur. Omnes enim eiuſmodi actus, per functionem corporalium partiū fiunt. Sed quęnam communes animaliū omniū animę partes habeantur, quæve ſint illarum inter ſe differentię ex iis quę iam tradidimus, perſpectū haberi poſſe nō ambigo. Sunt autē peculiares ac, pprię, hax cuiuſq; partiū functiones hę: Viuere enim altricis poteſtatis actus & functio, ſimul animalibus ſtirpibuſq; cōmune eſt. Vita autem eſt (uelut diximus) ab eadē poteſtate nutricatio & auctio. Sentire uero, quod animalis ,ppriū eſt, & poſt uiuendi functionē ponitur, ſenſualis animę actio dicit: quæ intermedio ſenſorio facta, ſenſiliū formatū citra materiam ſuſceptione producitur, cuius functionis uidere, ad uiſum, audire, ad auditum, & reliqua ad ſuos quęq; ſenſus pari gradu pertinent. Ipſum autem ſentire ſimpliciter, ad cōmunem ſenſum attinet. Cęterum ſicut in ſenſu ſingularia, & propria ſenſilia ſingularibus ſenſoriis agnoſcimus, cōia cōi ſenſu percipimus, perinde quaſi ſenſus omnis ab eodem quidem fiat, ſed per aliud atq; aliud: ita profecto cum ſenſus iudicium quoddam ſit, non minus hęc ipſa quoq; iudicia quępiam exiſtimare opus eſt: puta imaginari, aſſentire, apprehendere, ſuſpicari, opinari, ſcire, ratiocinari, conſiderare, intelligere: quę proculdubio iudicia ab uno quopiā fiunt, quod commune ſit omnibus, atq; illud criticum, ſiue iudiciale eſt. Iudiciū vero ab eodē p aliam, atq; aliam poteſtatem, fit, eadem in ſenſibus ratione perſpecta. Iudicialis nanq; poteſtas eſt & imaginari, & aſſenſum prę ſe re, comprehendere, ſuſpicari, opinari, deprehendere: quarum functionum differentias, communi iudiciali parte dignoſcimus. Age uero ſicut in iudicio commune quiddam eſt, ita in impulſu & appetitu. Appetitus enī impulſus eſt in rē quāpiā, & ex eodē īpulſu aliud cōcupiſcentia eſt, aliud, ira aliud deliberatio ſine conſilium. Mouet aūtē animal ab impulſtrice & altrice anima, cum ipſa nullatenus moueatur, quemadmodum iam ante diſſeruimus. Omnis enim entelechia, ſiue

actus

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

actus p se immobilis est: animam autem entelechiam siue actum esse, monstratum est. Qua propter neque corpus ab anima moueri proprie dixeris (id enim proprium est in his duntaxat rebus, in quibus id quod mouet, ab eo quod mouetur abiunctum est, uelut à bobus moueri plaustra dicuntur) sed quia cõmunius dicitur ab aliquo moueri id, quod intercedente aliquo mouetur. Sic enim artifex ab arte mouetur, quia per artem. Sic ignis à leuitate, sic item animal ab anima moueri dicitur, quia per animam, siue intercedente anima mouetur. Motio enim eiusmodi, animali ea parte competit, qua animatum est: non autẽ, qua graue aut leue, calidum aut frigidum, album aut nigrum. Necenim omnia, quę mouere dicuntur, pari pacto ac ratione mouent. Nanque nonnulla comperias, quę eo modo mouent, quo appetibile & desiderabile mouere dicimus. Mouet enim intercedente sui desiderio res omnis amabilis, id quod amare natum est: cum res ipsa amabilis, extrinsecus sit, neq; moueatur. Qua propter nihil, quod animatum non sit, ab eiusmodi vi motrice moueri contingit. Anima uero, animal in motum excitat per appetitum & impulsum, quę per animam animali insunt. Excitat autem per aliquid eorũ, quibus se cuiuspiam rei apprehendendę, aut declinandę gratia animal moueri senserit intellexeritve. Reliqua uero quæcunque carent anima, tunc mouent, cũ iis rebus superueniunt, quas mouent, & quę ab se ui seperata sunt. Quo fit, ut eiusmodi motio, non tam ab iis rebus, quę mouent, q̃ ab iis quæ mouentur, fieri videatur. Alii uero motus, non eodem modo fiunt: nec enim id, quod ad intellectionem mouet, ita mouet, ut moueatur. Nam ubi quispiam quid intelligit, idemq; appetit, in quod etiam impulsu deferturtita ab intellectu mouetur, ut intellectus ipse moueri dicat. Enimuero animal, intercedente anima sentit, intelligit, inambulat. Alioquin anima non ideo per se mouetur, quia animal moueatur. Enimuero non ob id, quod saltator saltandi artificio mouetur, etiam ipsam artem saltandi per se moueri necesse est. Neq; pręterea ita in nobis animam esse concesseris, sicut in naui remigem, sed sicut perfectionem & formam, quemadmodum retro disseruimus, & in prima operis parte tractatum est. non autem ob, id quod intellectionem & imaginationem pręcedere in eiusmodi motione conspicimus: ea de causa intellectionem & imaginationem, mouentia esse credideris. Sed quia absq; impulsione & appetitu neutrum eorum mouere natum est, iis potestatibus, motus causa adiudicatur. Non enim quia appetitus pręcedente intellectione, aut imaginatione fit, ideo hęc mouentia esse putanda sunt: sed quia nulla esset eorũ ad motionem utilitas, nisi impulsus & appetitus accederent, ideo hæc potestas mouens esse existimata est. Fere enim animali opus est, si moueri debeat, prius aut asserere & affirmare, aut deprecari & negare aliquid. Eiusmodi nanque circa actiuam partem animati corporis dispositio, causa est motionis eius quæ ad locum defert, nam id rationalibus etiã actionibus debetur. Dico autem rationales actiones eas, quę à rationali uirtute per rationem fiunt. Hę autẽ sunt, quas ratio præuenit, quàs proprie πράξεις, idest actiones siue functiones dicere possumus, harumq; potissimum impulsus & appetitus causa est. Nihil enim prodest de rebus agendis consulere, nisi propositum siue intẽtio subsequatur, quæ nihil aliud est, q̃ consultus quidam appetitus. Quia sicut in spectatiua parte conclusio, quę in propositionibus sumptis ostẽditur, rei subiectæ cognitio est: ita in actiua parte, actio deliberationis & consilii conclusio fit. Simul enim quid sese obtulit, quod aut insequi, aut declinari necesse est, appetitus oblatam & obuiam rem comitatur: nisi quid extra prohibuerit, conclusio actionis inducitur. Is enim qui cuique homini inambulandum esse intelligit, & sese hominem dicit, ex iis propositionibus sibi deambulandum esse cõclusione efficit. Ad hęc qui sibi monimento opus esse, considerat. Vestem autem munimentum quodpiam esse animaduerterit, subinde conclusionem colligit, qua sibi uestem necessariam esse cognoscit, & conclusionem eandem in præparãda uestẽ transmittit. Hæ igitur & eiusmodi sunt irrationalis animæ potestates & functiones, quæ per ipsas potestates, atq; ab ipsis potestatibus proficiscuntur, quę omnes in rationale uirtute continẽtur: ea de causa quod rationalis uirtus longe absolutior atq; perfectior est: perfectior autem est, per potestatis unius siue pluriũ adiectionem. Prima enim potestas fit, ex posterioris potestatis adiectione perfectior.

De *rationali uirtute*.

EST autem (quemadmodum retro iam dictum est) præter has potestates super omnes constituta rationalis uis, quæ ipsa quoq; iudicii functionem adepta est. Quam inter cætera animantia homo pręcipuam possidens, omnium nobilissimum atque absolutissimũ animal esse censetur, per quam potestatem id habet, ut rationalis uocetur. Quæ plane uis animę bifariam diuisa est, ea de causa quod inter se natura differunt ea circa quę illius functio & potestas intenta est. Atq; in duabus iis animę partibus, alterum secundum naturam est id, quod ad utranque natũ est, quandoquidem non nisi per similitudinem atq; affinitatem quandam, cognitio iis aduenit: quod eodem modo in sensibus se habere monstratum est. Differũt autẽ inter se ea, quę rationali potestati subiecta sunt, quod eoꝝ nõnulla practica siue actiua sunt, & in generatione uersant, fieriq; põt uti ita sint, & vt ita nõ sint. Nõnulla uero sempiterna & necessaria hñtur, atq; ex iis alia opinione, alia scientia percipi nata sunt. Quo fit, ut rationalium animę uirtutum, alia δοξαστική, id est opinatrix, alia ἐπιστημονική, id est scientifica, siue sciẽtialis dicatur, utraque tamen intellectus nũcupetur. Sed intellectus practicus, qui ad opinionem, deliberationem, & cõsilium pertinet, actionis principium est: ubi quod ab intellectu cognoscitur, deliberatio atq; appetentia comitatur. Alia enim actionis, alia contemplationis gratia quærimus. Gignitur autem homo, haud quaq̃ cõfestim hoc habitu præditus, sed idoneã duntaxat excipiendi habitus facultatem habens, deinceps autem habitum adipiscitur. Quę res euidentissimo argumento est, eiusmodi potestatem iis à quibus habetur, ad id conferre non ut sint, sed ut bene sint. Quæcunque enim adesse siue ad essentiam conferũt, ab iis inseparabilia sunt quibus insunt, uelut in potestatibus uis nutriendi, & in sensibus uis tangendi. Quæcunque uero ad hoc solum conferunt, ut bene sint, hęc iam pfectis adultisq; supueniunt, cũ habitu, eũ, quo bene eé dicunt, suscipere possunt. Bene enim

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

esse,ad id quod perfectum atq; adultum est, attinet. Innascitur autem prius intellectus practicus atq; opinator,quando functione circa eas res,in quibus intellectus iste uersat,nobis necessariores atq; usui promptiores habentur:deinceps uero gignitur contemplationis & scientię,qui speculatiuus dicitur.

De *intellectu potentiæ siue materiali.*

INtellectus autem potētię is est, quē tunc habemus cum generamur,& in lucē edimur. Et is quoq; pari pacto duplex,alter alterius suscipiendi uim habens. Hunc uero materialem & uocari & esse, nemini dubium est. Omne enim quod aliquid suscipere natum est,eius quod suscipitur materia est. Intellectus autē, qui doctrinę morūq; suffragiis in homine generatur, forma & entelechia eius intellectus est,qui materialis dicitur. Et naturalis sane materialisq; intellectus in his aialibus,quę neq; orbata sunt,neq; mutila, differē tiam habet,qua alios solertiores & magis industrios, alios obtusiores rudioresq;cōspicimus. Quo ītellectu uniuersum genus hominū particeps eē cōcedimus.

De *intellectu secundum habitum.*

ADuentitius uero intellectus,qui posterius innascitur,forma item & habitus atq; perfectio materialis,intellectus est. Hic autem in omnibus uulgo nō est,sed in iis duntaxat qui elaborata exercitatione & doctrina profecerint, uelut in iis reperias, quos peritos scientesq; appellamus. Enimuero eius formæ habitus,perfectionisq; acquirendę,omnes passim à natura facultatem habemus,nō autem oēs acquirimus. Quo fit,ut hunc actu adipisci, nequaq; à natura sit. Nanq; non eadem ratio est in deambulatione, cum ea quę in scientia & intellectu in actu reperitur. In deambulatione enim id euenit,ut sicut deambulandi facultas nobis natura insita est,& simulatq; gignimur & in lucem edimur,illam habemus:ita etiā actus eius atq; perfectio,adultis & pfectis nobis natura superuenit. At uero in scientia & intellectu facultates quidem natura posidētur,habitus uero & actus,natura nequaq; habentur. Idcirco eiusmodi intellectum non in oībus esse concedimus sed in his solummodo, qui studio & exercitatione profecti sunt. Aut in iis, qui cum nullo impedimento naturę mutili & inchoati sunt, eiusmodi intellectus eatenus participes eē possunt,quatenus per cōpositionem quāpiam, nonnullarū rerū notionē cōmuni quadam apprehensione,ostenso duce natura itinere percipiunt,atq; hunc magis propria ratione cōmunem intellectum appellare par est. Exactior autem diligentia,non alio quàm eo(quem supra retulimus) modo gignitur.

De *intellectu practico et speculatiuo.*

GItur intellectus, quem practicum & consultorem uocamus,quia res(quæ agendę sunt)aliter & aliter agi posse uidēt,deliberatione atq; cōsilio indiget, ut ad id quod melius est, instituto & electione tēdat. Speculatiuus autem intellectus,qui & ęternarū,& eodem modo se semper habentiū rerū cognitor est, ἐπιστημονικός,id est scientialis,non autem deliberatiuus dicitur. Intellectum ergo,quem potentię & materialem appellamus(uelut diximus)simulatq; nascimur,possidemus. Quę functiones illas, quæ ad actum pertinēt, & earum habitum posterius, in diem accedente doctrina uendicamus,& ex ipsius actionis officio,intellectus ad doctrinam excipiendā idoneus redditur. Intellectus autem speculatiuus,ex speculabilibus rebus gignitur. Verumenimuero homines una cum sensibus nascuntur,quibus internunciis operātur,& imaginationes excipiunt. Homo itaq; passim uidēs & audiēs, & cæterorum pariter sensuum officio fungens sentit, deformaturq; ac figurat à sensibus,& prius ex eo formarum figurarumq; uestigio(quod seruat in sese)recordari assuescit,mox cum ex memoria,tum ex pertinaci atq; assidua sensuum circa res sensiles functione, transitū quodam fertur ab eo,quod hoc quippiam dicitur & singulare est,ad id quod tale quid nuncupat, & uniuersale est,idq; experimento intercedente consequitur. Vbi enim sensus hoc illudve albū singulatim excipit,confestim intellectus ex iis sensilium formarū susceptionibus, eiusmodi colorem album eē percipit, idemq; in reliquis sensibus facit. Et proculdubio eiusmodi susceptio, factaq; sub singularibus sensilibus similitudo(cum uniuersale cōcipit)intellectio est. Nāq; rerū similiū collatio,functio mentis & intellectus est. Porro queadmodum sensus per sensilium formarum susceptionem,in actu redditur abdicata materia, non dissimili ratione intellectio,formarū citra materiā susceptio est:& eatenus à sensuali susceptione differre uidetur, quatenus tametsi sensus citra materiā sensiles formas excipit,ita tamen formarū susceptionem facit, quasi formæ materię insint. Cōmunia quippe sensilia, quæ propriorum sensilium susceptionibus adiuncta & complicata sunt,formas ueluti in materia constitutas,à sensu excipi plane testantur. Enimuero uisus una cum coloribus magnitudinem, figuram,motum, & quietem percipit. Quæ res,perquam euidens argumentum afferre potest, ut penes subiectum aliquod color ille uersetur. At uero intellectus,neq; more materiæ species excipit,neq; perinde atq; eas species, quę aut sint in materia, aut una cum materia possideant. Susципere autem speciem more materię, idem fere est, ac rei quę susципitur,materiam fieri. Quod in his affectionibus,quę non ab anima proueniunt,perspici facile potest. Illa enim quæ simpliciter patiuntur, passionum materię fiunt. Nanq; id,quod calefit, ubi calidū effectum est,passioni siue affectioni materia gignitur: quod neq; in sensu,neq; intellectu pereque cōperias. Quanquam enim per corporeas affectiones sensuum functio fit,sentire tamen non est pati,sed iudicare atq; discernere. Nequaq; igit intellectus,qui uelut materia specierū efficit,ipsas protinus ita species excipit, quasi una cum materia extrinsecus illas excipiat (uelut hæ species quę sentiuntur)ab omni materię περιστάσει, id est circunstantia seiungit, & nudas solasque recipiens speculatur. Neque enim is qui album cōsiderat,ita albi intellectionem facit, ut id una cum figura aut magnitudine esse censeat. Cuius rei causam afferre promptissimum est,quod ad intelligibilium rerum susceptionem, intellectus nullius sensorii corporalis obsequio fungitur,sed ad id quod intelligibile est dignoscēdū ipse sibi satis est. Qua de re,licet sensus alteratio nō sit,nō tñ absq; alteratione quapiā fieri posse uidet. In intellectu uero nō idē modus est,cū id, qđ speciem quāpiā susceptura est,nullā eiusmodi speciē in propria

natura

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

natura continere neceſſe ſit. Introſpecta enim propria ſpecies, aduentitiæ ſuſceptionem prohibet: atq; ita ſe habere ſenſuum inſtrumenta monſtrauimus. Neceſſarium itidé eſt, ut intellectus, qui & materialis & ſubiectus eſt, nihil ſit earum rerum, quæ ab ſe cognoſci poſſunt. At uero rés omnes ab intellectu conſiderantur, quandoquidem rerum omnium, aliæ intelligibiles, aliæ ſenſiles ſunt. Et ea quæ ſenſilia ſunt, ab intellectu intelligibilia redduntur, qui hæc ipſa à materia ſeiungit, & quid ſit in iis id, quod eſt eſſe, ſpeculatur. Nihil igitur eſt ex iis, quæ ſunt tactu materialis intellectus, ſed oía poteſtate. Cũ.n. ante intellectioné nihil ſit actu, ubi qd intelligit, id qđ intelligiť fit: ſiquidé illi intellectio inde aduenit, quod intelligibilis rei ſpeciế habet. Solum igitur materialis intellectus, facultas & promptitudo quędam eſt ad formas excipiendas, tabellę nõ dum inſcriptę perſimilis: quinimo ipſius tabellę agrapho, hoc eſt inſcriptionis carentiæ, q̃ tabellæ ſimilior. Tabella enim iam in entium numero eſt: quapropter id quod anima prędituṁ eſt, tabellę potius comparari poteſt. Ipſa uero inſcriptionis carentia, ferè intellectus materialis eſt, promptitudo & facultas quępiam excipiendis inſcriptionibus accommodata. Sicut igitur in tabella accidit ut ipſa quidem (in qua promptitudo & facultas eſt inſcriptionis excipiendę) ubi quid inſcriptum eſt, pati aliquid uideatur, cum aptitudo ipſa & facultas in actum prompta, nihil omnino patiať, necenim ſubiectum ullum eſt. Eodem pacto intellectus nihil patitur, cum nihil ſit eorũ quę ſunt actu. Quamobrem nonnulli, qui de intellectus potentia argumenta ſumpſerunt, animam locum quendam eſſe ſpecierum, non ab re tradidere, & quod nobiliſsimæ animæ portioni ineſt, uniuerſæ animę addixerunt. Atqui eſſe poteſt anima ſpecierum locus, non actu: nullam enim ſpeciem ſuapte natura, animam poſſidere monſtratum eſt. Sane uero cum poſſit ſpecies excipere, ea de cauſa ſpecierum locus dici poteſt. Et de materiali intellectu cuiuſmodi ſit, ſatis dictũ arbitror.

De intellectu, qui uelut habitus dicitur

PORro intellectus ille, qui uelut habitus dicitur, materialis intellectus ſpecies, uirtus atq; perfectio eſt. Qui ſane habitus, cum per uniuerſalis apprehenſionem, tum uero per formarum à materia ſeparandarum facultatem in intellectu gignitur, quę quodammodo idem inter ſe ſunt. Qui enim ſpeciế quampiam abſq; materia ſuſcipit, is proculdubio habere uidetur id, quod cõmune & uniuerſale eſt. Enimuero ubi ſpeciem hominis abdicatis materiæ appendicibus excipimus, nihil aliud quàm communem hominem intuemur: quippe quod ſingularium hominum differentia, à materia proficiſcitur. Formę enim per quas ſunt homines, nullam inter ſe differentiam habere cernuntur. Et is qui in ſingularibus uniuerſale perſpicit, rurſum ſpeciế abſq; materia recipit: id enim cum ipſis ſingularibus & commune & idem eſt. Eiuſmodi uero habitus, in intellectu ab ipſis generationis ſuę principiis innaſcitur, traiectu quodam qui ex pertinaci & aſsidua circa res ſenſiles functione progreditur, & fere uelut ab ipſis ſenſilibus uiſionem quampiam recipit, quę uniuerſalis inſpiciendi facultatem prębet: quæ à principio cogitatio, ſiue conſideratio nuncupatur. Vbi uero latius increuerit, atq; adeo uaria & plurimis in rebus exercitata, eruditione profecerit, ut uel abſq; ſenſili ſuſtentaculo, eodem officio fungi per ſe ualeat, iam intellectus dicitur. Cum enim ab aſsidua functione in habitum redigitur, ita ut per ſe deinceps operari poſsit, tunc is intellectus gignitur, quem uelut habitum appellamus, redacta ad ſcientem ſimilitudine & proportione, qui in medio conſiſtit eius, qui ſecundum poteſtatem ſciens, & eius qui ſecundum ſcientiam agens dicitur. Et quantum ab eo, qui per ſcientiam actu operatur deficit, tanto ſcientem ſecundum poteſtatem exuperat.

De intellectu ſecundum actum.

IAm uero agens habitus, intellectus actu dicitur. Intellectus nanq; in habitu, nihil fere aliud eſſe uideť, quàm depoſitę illę coaceruatæ, & quieſcentes conſiderationes. Verum quod non pari ratione cum ſenſu, à re intelligibili intellectus patiatur, ſed ſenſus à rebus ſenſilibus quadantenus diſponatur afficiaturve, & corporali quodam miniſterio ad illa ſuſcipienda utatur, eo argumento perſpectum eſt, quod ſenſus à uehemẽti penes rem ſenſilem functione, hebetiora ſubinde ſenſilia colligere non poteſt, uelut affectione & paſsione quapiam obrutus, & à uehementibus ſenſilibus fere contra naturę limites, percuſſus & uiolatus redditur. At contra intellectus, ubi ea quę uehementius intelligibilia ſunt, excipit: tantum abeſt ut minus intelligat, ut etiã perſpicacius hebetiora intelligibilia percipiat, & perinde quaſi exercitatus & ueteranus, promptior atq; expeditior in delegata ſibi actione conſtituatur. & cum nihil aliud ſit intellectus in actu, quam intellecta ſpecies (quemadmodum in ſenſu quoq; monſtratum eſt) profecto intellectus in habitu (is autem eſt, qui intelligere ſe, & intelligibilium rerum ſpecies per ſe recipere poteſt) ſe ipſum quoq; intelligit. Cũ enim ipſe ſit intellecta ſpecies, ſi fit id quod intelligit, intellectus qui intelligendarum ſpecierum habitu prędituṡ eſt, ſeſe quoq; intelligendi habitum & facultatem habebit: id enim intellectus cognoſcens fit, quod cognoſcere poteſt. Quinetiam cum ſe intelligit, prędecenter & per ſe ſpeciem intelligibilem intelligit, per accidés autem ſeipſum, ea de cauſa quod intellectui accidit, ut cum intelligit, illud fiat quod ab ſe intellectum eſt. Antequam igitur actu intellectum intelligat, ipſum intelligere, & id quod intelligitur mutuo referũtur, atq; oppoſita inuicem habentur, uelut ea quę ſunt ad aliquid. Cum uero utraq; in actũ prodeunt, & unum fiunt, ceſſat oppoſitio. Neq; enim fieri poteſt, ut iis poſtmodum ratio relationis ulla conueniat: idcirco intellectus in actu, qui idem fit cum intellecta ſpecie, non immerito ſeſe intelligere dicitur. Ergo ſeſe intelligit, quia hoc idem quod intelligit fit, ſpecies enim abiunctas à materia intelligit. Non enim hoc ſingulariter apprehendit, ſed in ſingulari id, quod eſt eſſe intelligit, quemadmodum retro iam dictum eſt. Neq; tamen ex pari ratione ſenſum in actu ſeipſum ſentire dixeris, licet ipſe quoque ſpecies ſenſilium rerum excipiat, ea de cauſa, quia ſentit quęcunq; ſentit, uelut addicta materię. Huius enĩ, & ſingularis ſenſus functio eſt. Nõ fit autế ſenſus idế cũ rei ſenſilis ſpecie, quãuis nõ more materiæ ſpeciem excipiat: materiales enim ſenſilesq; formæ, ſecus à ſenſu, ſecus ab intellectu penſitãtur. Nanq; cum in his, tum uero paſsim in oĩbus, quæ ex ſpecie & materia conſtituuntur, aliud eſt id, quod eſt rẽ eſſe, aliud id, quod eſt rei eſſe. Neq; enim

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

idem eſt ęs & ęri eſſe: quippe ęs ſimul utrunqꝫ eſt, & materia & ſpecies. Aeri autem eſſe, non per utrunque eſt, ſed per diffinitionem & ſpeciem, quæ ſubiectæ materiæ ingenita ęs ipſum efficit. Cum uero hęc in ſenſibus differentia deprehenſa ſit, ſenſus proculdubio ſimul utriuſqꝫ iudicandi facultate præditus eſt. Speciei enim (ut in materia conſtituta eſt) ſuſceptionem facit. Ea de cauſa quodcunqꝫ ſenſile, hoc aliquid & ſingulare eſt: tale enim eſt id, quod ſimul utrunqꝫ eſt. Intellectus autem ſpeciei & definitionis (per quam eſt hoc aliquid) contemplatione fungitur, ſpeculaturq; non hoc quodpiam, ſed tale, neque ſingulare, ſed uniuerſale. Enimuero omnia quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, inuicē p eandē eiuſdē ſpeciei definitionē ſunt, cuius definitionis contēpladæ, intellectus poteſtatē habet. In his igit, in quibus aliud eſt hoc eſſe aliud, huic eſſe, alia poteſtas hoc eē alia huic eē cognoſcere nata eſt: illa ſibi ſenſum, hęc intellectum uēdicat. Ea uero, in quibus hoc eſſe, & huic eſſe idem eſt (quod in formis à materia ſeiunctis inſpicitur) ſolus intellectus ſpeculatione comprehendit. Nihil horum ſenſile eſt: omne enim ſenſile, materiale & compoſitum habetur.

De *intellectu et re intelligibili ſecundum actum, et in materiali ſpecie.*

RErum igitur quę compoſitę ſunt, id quod eſt eſſe, & earum formas, intellectus intelligibilia efficit, illa diſiungens ab iis, quibus cum habēt eſſe. Si autem ſunt nonnullæ ſpecies, quę per ſe abſqꝫ materia & ſubiecto ſubſiſtunt, hæ proprie intelligibiles ſunt. Et hoc ipſum, ut ſint intelligibiles ſuapte natura conſequuntur, neq; ſeſe cognoſcentis alterius auxilio indigent, ut intelligibiles fiant. Verumenimuero quę ex propria narura intelligibilia ſunt, actu quoqꝫ intelligibilia eſſe neceſſe eſt: materialia enim illa ſunt, quæ poteſtate intelligibilia nuncupanur. Veruntamen ſi intellectui in actu idem eſt id quod intelligitur, & id quod intelligit, efficitur ut proprie & ſecundū actum immaterialis ſpecies intellectus ſit. Et qui eiuſmodi ſpeciem intelligit, intellectum intelligit, non quod ſpecies illa tunc intellectus fiat cum intelligitur, uelut in formis materialibus ſe habet, ſed cum iam ſit intellectus, etiam ſi non ab intellectu intelligatur. Iam uero intelligens intellectus, intellectione eius quod intelligit, id quod intelligit fit, & ītellectus, qui in nobis eſt (hic autem eſt is qui ſecundum habitum habetur) quoties eiuſmodi ſpecies apprehendit, toties iiſdem ſpeciebus idem efficitur. Quales enim ſpecies ſecundum ſubſtantiam fuerint etiam ſi non intelligantur, id eſt ſimplices, tales idem cum intelligentiæ fiunt. Quare intellectus, qui illas intelligit, idē tunc cum intelligit illis efficitur. Et intellectus in iis, eſt id quod intelligitur, & id quod intelligit, & tunc utrunque idem eſt. At uero ubi materialem quampiā ſpeciem intelligit, & id quod eſt eſſe cuiuſpiam rei materialis apprehendit, haudquaquam intellectus omnino rei, quę intelligitur, idem fit, quia id quod intelligitur, in materia & ſubiecto eſſentiam poſſidet. Intellectus uero, uelut quid à materia diſiunctum, apprehendit. Quapropter eiuſmodi ſpecies cum intelligitur, ipſa quoque intellectus eſt: non autem citra intellectionem id euenit. Ad hæc intellectus ſpecies abſqꝫ materia quæpiam eſt, illa uero in materia id habet ut ſit.

De *intellectu agente.*

VErum cum in rebus omnibus, quæ ſecundum naturam genita & conſtituta ſunt, aliud quidem in eo genere quod ſumitur, materia ſit (id autem eſt, quod poteſtate ſit omnia quæ ſunt in eodem genere) aliud uero agens & effectricem uim habens, ut in materia gignantur ea, quæ ab ipſa materia ſuſcipi nata ſunt: quod in rebus artificio elaboratis, animaduertere poſſumus. Nā ars in cauſa eſt, ut artis ſpecies in materia producatur. In intellectu quoqꝫ eaſdem haberi differentias, neceſſarium uidetur. Et quando intellectum quendam materialem eſſe conceſimus, eſſe pariter agentem quēpiam intellectum, qui eius habitus, qui in materiali intellectu producitur, cauſa ſit. Atqui eſſe poterit hic intellectus proprie ac pręcipue intelligibilis ſpecies, & hæc ipſa ſine materia. Nanque in rebus omnibus, id quod proprie ac præcipue aliqd eſt, cęteris cauſa eſt, uti eiuſmodi ſint. Id enim quod maxime uiſile eſt (tale autem eſt lux) cęteris uiſilibus rebus in cauſa eſt ut uiſilia ſint. Verum & id quoque, quod maxime ac præcipue bonū habetur, cęteris quę bona ſunt, cauſa eſt ut bona cenſeantur. Cætera enim quęcunque bona ſunt, facta ad id quod maxime ac præcipue bonum eſt, contributione penſitantur. Pari ratione quod maxime & ſuapte natura intelligibile eſt, non immerito uniuerſæ cęterarum rerum cognitionis cauſa iudicabitur. Si enim nihil eſſet ſuapte natura intelligibile, profecto neqꝫ aliud quippiā ab alio intelligibile fieri poſſet. Enimuero in rebus omnibus, in quibus aliud quidem propria, aliud uero ſecundaria ratione compertum eſt, ſecundarium à proprio id habet, ut ſit. Ad hęc ſi eiuſmodi intellectus prima cauſa eſt, quæ cęterarum rerum eſſentię cauſa & principium eſt, profecto eē poterit eatenus intellectus agēs quatenus cęteris rebus intellectis cauſa eſt ut ſint, atqꝫ is intellectus abiunctus, impaſſibilis & nulli rei cōmiſtus eſt. Quæ oīa ob id intellectui inſunt, quia ſine materia eſt: propter hoc enim abiunctus & ſeparatus, & per ſe ſubſiſtens eſt. Enimuero in formis materialibus nulla ſeparabilis eſt, niſi ſola ratione, in quibus ſeparatio à materia nil aliud, quam interitus eſt. Porro intellectus quoq; impaſſibilis eſt (nam in rebus omnibus id quod patitur, materia & ſubiectum eſt) cum autem ſit impaſſibilis, & nulli materię commiſtus, incorruptibilis eſt actu ens, & forma citra potentiā atqꝫ materiam. Talem autem eſſe primam cauſam, ab Ariſtotele cōmoſtratum eſt, quæ proculdubio prima cauſa proprie intellectus eſt. Quas ob res iſte intellectus amplioris dignitatis eſt, quam is qui habetur in nobis & materialis appellatur. Cum in rebus omnibus, & agens patiente, & immateriale materiali pręſtantius ſit, & hūc ſimulatqꝫ intelligit, intellectus ille idē quodammodo fit: ſiquidem intellectio eſt percipienda ſpecie facta, intellectus ad ſpeciem ſimilitudine conſtat. Pari ferme ad ſcientiam proportione, quæ cum actu rem à ſe contemplandam conſiderat, undique eſt res ipſa, quę contemplatur: ſcientia enim actu res eſt, quā contemplamur. In formis igitur materialibus (ſicut retro diximus) id accidit, ut cum non intelligūtur, nulla illaꝝ intellectus ſit: ſiquidē quatenus intelligunt,

hypoſtaſim

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

hypoſtaſim habent ut intelligibilia ſint. Vniuerſalia enim & cõmunia in ſingularibus & materialibus, ſub ſtãtiam hñt. Res autẽ abſq; materia intellectæ, cõmunes & uniuerſales fiũt, & tũc ſunt intellectus, cũ intelligunt. Quod ſi nõ intelligant, nõ ſunt intellectus: quapter ſeparata & abiũcta ab ĩtellectu, q ea intelligit, intereunt & corrũpunt: eatenus enĩ ſunt, q̃tenus intelliguntur. Paria his habentur ea, quæ per ablationem ſiue abſtractionem fiunt, cuiuſmodi ſunt ea quę mathematica appellamus. Corruptibilis igitur eſt iſtiuſmodi intellectus, hoc eſt iſtiuſmodi conſiderationes. Vbi uero intellecta res talis eſt, qualis ſuapte natura intelligitur, eiuſmodi cum ſit, incorruptibilis eſt. Ibidem etiam ſi ab intellectione ſeparetur, permanet tamen incorruptibilis. Intellectus igitur qui hoc intelligit, incorruptibilis eſt, nõ ſubiectus & materialis. Hic enim cũ anima cuius eſt poteſtas, corruptibilis ſimul interit: & eo intereunte, eiuſdem habitus, poteſtas, & perfectio una corrumpitur. At uero intellectus actionis cum materiali, idem efficitur, ubi ipſum conſiderat, ob id quod ſingulis rebus intellectis idem fit, cum res eædẽ intelliguntur. Et qualecunq; illud eſt quod intelligitur, tale (cum id ipſum intelligit) fit. Cæterum hic intellectus deforis in nobis genitus eſt, & incorruptibilis. Deforis ſane ſunt alię quoq; inttellectiões, ſed nõ ſunt intellectus: ſed quatenus intelliguntˉ intellectus fiũt. Ipſe aũt uelut deforis eſt: ſolũ.n. hoc reę intellectarum intellectus eſt, per ſe exiſtens, etiam ſi non intelligatur. Porro incorruptibilis eſt, quia eiuſmodi naturæ eſt. Intellectus igitur, qui in nobis incorruptibilis intelligitur, talis eſt & in nobis ſeparabilis atq; in corruptilis, quem intellectũ deforis Ariſtoteles nũcupat, & eſt intellectus ab extra in nobis genitus, nõ aũt poteſtas animę, q̃ innobis ſit. Neq; habitus, p quẽ intellectus potentiæ, cum res alias, tum hunc ipſum apprehẽdat. Sed neq; intellectio qua intellectio eſt, incorruptibilis dici poteſt, p id quod tũc intelligitur. Quapropter res, quę in ſe diuinũ quippiam habbere debent, quid & quale id ſit prenoſcere poſſe, neceſſe eſt.

Quod anima eſt quodammodo res omnes.

SI autem non ſolum intellectus & eius actio, per ſuſceptionem ſpecierum citra materiam facta ſui, ad ipſas ſpecies ſimilitudine gigniť, ſed ſenſus quoq; pari ductu ad ſpecies ſenſiles refertur, profecto res oes quodammodo erit anima. Quandoquidem exacta & ſumma diuiſione, res omnes quęcunq; ſunt, aut ſenſiles, aut intelligibiles eſſe cõſtat. Habetur autẽ cuiuſq; rei per ſpeciem id quod eſt eſſe. Intellectus autem & ſenſus, ſpecies omnes recipere nati ſunt, ille intelligibiles, hic ſenſiles. Veę ſi una cum materia ſpecies ab aĩa reciperenť, longe diuerſa ratione anima res omnes fieret. Poſtquam autem non ſimul cum materia, ſed ea abdicata recipiuntur, res autem ipſę ſimul cum materia eſſentiam poſſidẽt, qui nam fieri poterit, ut anima cum rebus ipſis idem ſit? At uero non ſimpliciter idẽ eſt, ſed ſolum quatenus excipit rerum ſpecies, quę res ipſæ quodammodo ſunt, cum per eaſdem ſpecies anima id fortiatur, ut ſit. Neque uero coaceruatas ſimul res, animam ob id eſſe conceſſeris, ſed quia ſingulatim cuiq; rei anima ſeſe ſimilẽ præſtare poteſt, ea ratione res omnes quadantenus & eſt & fit. Atqui nõ de quauis anima hęc (quæ diximus) diſſeruntur, ſed de abſoluta duntaxat atque perfecta, quę pręter ſenſum intellectum etiam poſſidet. Quamobrem, ea de cauſa maiores noſtri animam res omnes eſſe dixerũt, quod ex iis principiis ex quibus eſſent omnia, animam conſtitui exiſtimabant. At uero ex iis, quę nunc de animę natura traduntur, non quidem ea de cauſa anima idẽ ſimul cum rebus omnibus eſſe monſtrata eſt, quia ex rerum omnium principiis genita cenſeatur. Simul enĩ iſta conceſſerimus, non ſolum animam, ſed quicquid aliud ex omnibus principiis conſtitutum attuleris, cũ rebus omnibus idem eſſe fateri cogemur. Inſuper animam quoq; magnitudinem quampiam, & corpus eſſe neceſſariũ erit aſſerere. Et pręterea ſi id accidat, nulli rei hoc modo anima idem eſſe poterit: ſiquidem in quadam principiorum miſtione & compoſitione, cuiuſq; rei natura conſiſtit. Inde eueniet, ut quęcunq; ex iiſdem principiis conſtituũtur, eadem inter ſe eſſe fateri cogamur. Non poteſt autem eſſe temperamentum & miſtio in anima cuiuſpiam rei, quæ aliud ab anima ſit, iam enim eſſet illa res, non autem anima. Cæterum eo pacto anima una cum rebus idẽ eſſe cenſenda eſt, ut intercedẽte ſenſu atq; intellectu, ſpecieę ſuſcipiẽda facultate ſit prædita. In hoc enim, eiuſmodi animę id quod eſt, eſſe conſiſtit. Atq; hęc ſunt, quę cum in commune de anima, tum vero membratim de nobiliſſima quaq; illius poteſtate tradenda curauimus. In quibus & quęnam perfecta atq; abſoluta ſit anima. & quo pacto ſeſe ad imperfectiores habeat, conciſe & breuiter explicatum eſt.

De ordine animalium poteſtatum.

IAm uero ex iis quæ tradidimus, ordo qui inter animæ poteſtates habetur, liquido manifeſtus atq; perſpicuus eſt. Altricem enim animã in animatis rebus omnibus neceſſariam eſſe fatemur: quippe quod cum aduentu & preſentia animę, uiuat animal. Citra hanc poteſtatem, rem ullam uiuere prorſus impoſſibile eſt. Nam & uiuere ita definitum eſt, ut nihil ſit aliud, quã alimentum & auctionem ab altrice anima conſequi, uelut hac poteſtate diuerſa, & ab aliis differentia corpora uiuere dicãtur. Huius ergo poteſtatis perfectio, gignendi facultas eſt. Semen enim res quæpiam eſt, ab alimento decidua. Neq; uero quid uiuens fuerit, ob id continuo ſenſum habeat neceſſe eſt: quandoquidem ea, quæ ſpecies citra materiam excipere nata non ſunt, nullo pacto ſenſibilia eſſe poſſunt. In ſtirpibus ſane nihil tale reperias. Animalia igitur, ſenſum habeãt opus eſt, nempe quęcunq; uiuentia ſunt. Neq; ob id uiuunt, quod cuipiam rei adnaſcantur unde alimentum exprimant, neque ſimplicium rerum educatione nutriuntur, qualem in ſtirpibus animaduertere eſt: proculdubio ut guſtandi ſenſu prędita ſint, neceſſariũ eſt, ut eius ſenſus iudicio, poſſint eſculenta & nõ eſculenta dignoſcere. Nanq; ea de cauſa, quod res illę quibus alimur, extrinſecus abiunctæ ſunt (neq; quicquid temere obtuleris, alimentum præſtare natum eſt, alimento autem ad nutricationem opus eſt) earum rerũ quæ alant, quęve non alant ſenſum adipiſcantur oportet, quo illa excipiant, & complectantur, illa reſpuant atq; declinent. Deinceps quæcunq; guſtum habent, tactus quoq; facultate prędita cernuntur: guſtus enim tactus quidam eſt. Atqui iis animalibus, quibus in edere & ingredi natura datum eſt, tactus ad ſalutem

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

atque incolumitatem confert. Vbi enim commigraue rint, & corpora offenderint, quorum alia deſtruere & interficere, alia ſeruare & tueri nos ſolent, niſi id iudi/cio apprehenderent, ut ad ſalubria accedere, & noxia declinare poſſent, facili ac prona occaſione animalia in interitum prolabi conſpicerentur, & motio animaliũ quæ ſecus locum fit, ad malum duceret. At uero, nul lum ex iis incommodis, ſecundum naturam eſt. Poſt hęc ſi animalia omnia ſenſu tactus prædita eſſe neceſ/ſe eſt, neq; in uniuerſum res ulla tactilis intermedio ſimplici, corpore ſentiri poteſt. Cumq; ſimplicia cor/pora nullius ſibi proprii ſenſilis tactu apprehendendi facultatem habeãt, ſed tria quidem ſint, quibus inter/mediis ſentitur, uelut retro monſtratum eſt. Terra autẽ per ſe penitus inſenſilis eſt, profecto corpus ani/malis ſimplex eſſe impoſsibile eſt. Tactus enim in re/rum (quas ſentimus) mediocritate conſtat, & quia ta/ctiles omnes cõtrarietates percipit, in tactilium medio critate & temperaméto, eſſentiam habet. Id autem eſt caro, & in iis quæ carnem non habent, aliquid quod proportione & ſimilitudine carnẽ refert. Igitur ii ſen/ſus neceſſarii ſunt, & ad eſſentiam conferunt, quibus abdicata animantia, iam ultra ſuperuiuere non poſſe certiſsimum eſt. Tres uero reliqui ſenſus, non ad id ut ſimpliciter ſint, ſed uti duntaxat bene ſint, animali/bus conferre uidentur. Quo fit, ut non paſsim omnia animantia, ſed ea ſolum quę perfecta & abſoluta ſunt, tribus iis poſterioribus ſenſibus prædita comperian/tur. Eiuſmodi autem ſunt animalia, quę gradiuntur & inambulant: nempe quæ non ſolo ſenſu indigent ad ea, q̃ manẽtibus & qeſcẽtibus nobis occurrũt & in/cidũt, uerũetiã ad ea, q̃ cũ alicunde ꝓnicioſa & interitũ afferentia ꝓſentimus, obſeruare & pręcauere uale a/mus. Idcirco per interualla quibuſdam rebus interme diis, horum ſenſus efficitur. Senſibilis autẽ uis, phan taſtica ſiue imaginatrix (uelut ante prædiximus) ſub/ſequens & fere pediſſequa eſt, & poſt imaginatricem uirtutẽ uis ĩpulſus & appetitionis obſequitur. Atq; hæ omnes uirtutes, una quidem ſubiecto ſũt, pote/ſtatum uero diſcriminibus inter ſe diſidẽt. Super has autem accedit rationalis poteſtas, quę & poſtrema & ſupra cęteras poteſtates conſtituta, perfectis duntaxat animalibus, neq; iis confeſtim (ubi ſunt genita) ſed ubi accedente tempore adoleſcunt, ineſſe conſpicitur.

Quo in loco, quaue in parte corporis, animę principa/tus cõſtituendus ſit.

POſt hęc illud mihi apprime dignum inſpectu uide tur, quo in loco, quaue etiam in parte corporis principatum animę conſtitui oportere uideatur, & utrum in uno ſubiecto ſecundũ numerũ ſit omnis aĩa, ꝓ ſolas aũt poteſtates & diffinitionẽ differẽtias ſor tiat, an potius inter ſeſe loco diſiũctę, uirtutes aĩę cen ſeant. Iã uero in rebus oĩbus, in q̃bus aliud ꝓfectius, aliud minus ꝓfectũ eſt, auctario ſiue adiectiõe ꝓfectio ris, id quod ĩperfectũ eſt, perfectum reddit. Adiectio autem rei pręexiſtẽti, adiecta re quapiam fit: eſt igitur in anima differentia, iam dictæ perſimilis. Neceſſe eſt enim ut in anima quoq;, ubi imperfecta ſit, ibidem per fectam haberi, ſi per auctarium & adiectionẽ, id quod imperfectum eſt, reddi perfectius debet. Ex poteſtati/bus autem animæ uis nutrix omnium imperfectiſsi/ma exiſtimatur. Et in iis rebus imperfectiores uirtu/tes inuenies, in quibus uis ſola nutrix extiterit. Verun tamen penes cor uim altricem reſidere aſſeueramus: ſiquidem cor cauſa eſt, ut uitę functio ab humiditate & caliditate pręſtetur. Hæc autem pręcipue penes cor eſſe comperta ſunt, quemadmodum retro iam dictũ eſt. Adde quod hac in parte in ſtirpibus & reliquis ani matis corporibus, eandem ratione haberi par eſt. Sed in ſtirpibus altrix anima ibi eſt, unde principium au/ctionis ingreditur, ideoq; in iis radicum & caudicis meditullio, eiuſmodi uis inſita habetur. Quare in ani malibus ratione non diſpari, ea in parte anima uegeta lis erit, unde motionis principia conſequũntur. A cor/de uero auctionis & nutrimẽti diſpenſatio, in uniuer/ſum corpus ingreditur. In corde igitur uis nutrix eſt, aut in ea parte, quã proportione ac ſimilitudine proxime accedit ad cor. Diſpenſationem autem alimẽ ti à corde proficiſci manifeſto uenarum argumento conuincitur: hę nanq; alimenti, hoc eſt ſanguinis mini ſtræ ac gerulę ſunt. Poſtremum autem alimentum, eſt ſanguis. Venę enim cum cæteris partibus corporis inhæreſcãt, ex corde naſcuntur, unde ſparſionis & pro paginis originem capiunt. Et earum nonnullæ cordi famulantur, ut crudiorem atq; indigeſtum ſanguinẽ cor excipiens, in ſe concoquat: nonnullę rurſum perfe cta concoctione, ſanguinem in uniuerſum corpus ef/fundunt. Quia de cauſa, circa cor latiores inueniunt, uelut fere adhuc integræ atq; indiſciſſę ſint. Vbi uero ulterius protenſę receſſerunt, ſpargũtur & diducunt in plures & anguſtiores diuiſionis multiplicatę red/duntur. Illud quoque indicium non inefficax eſt, cor primum eſſe, quod maxime alitur, quodq; in ſe pręci pue altricem uim habet. quia primum ex omnibus corporis partibus articulatim deformatum apparet. Quod uero uitalis & nutrix anima cordi inhæreat, mors ipſa euidentiore argumẽto declarat, quod pars hęc omnium poſtrema demoritur, uelut ab remotiori bus partibus, & quæ facilius è uita transferri poſsint, in principium recurrente & reſoluta natura. In corde autem principium uitalitatis degere, illud uel maxi/me facit fidem, quod in omnium quę obtineri potuit, munitiſsima ac tutiſsima totius corporis parte ſedem cordis natura conſtituit, quæ paſsim in ipſa rerum ab ſe genitarum incolumitate ſeruanda mire ſagax atque ſolicita eſt. Tutiſsimum uero eſt id quod medium eſt: id autem eſt pectus, & locus is qui cordi circumiacet. Accedit eodem, quod locus idem in me/dio eorum organorum conſtitutus eſt, quibus alimẽ ta deſumimus, q̃buſq; deciduas ſequeſtrata ſq; ab ali mento portiunculas reponimus, utriſq; partibus ne/gotii difficultatem habentibus, & ea ratione ſitum in medio eſſe. Quod cum in medio ſit, ad utranque par tem ſeſe ſimiliter exhibet, & alimentum propius lon/giuſve diffundit, ideoq; in circuitu cordis eſt. Enimue ro thorax fere corpus animantis eſt: reliquę uero par/tes uelut thoracis organa, & in eo ſitę atq; ingenitę po teſtatis, inſtrumenta congenita ſunt. Quas ob res non temere hac in parte principium ſtatuitur, quod corpo ris inſtrumentis utatur. Idem ſuadet ratio, ut commu nis omnibus animalibus poteſtas thoraci (quod com/mune omnibus animalibus eſt) poſitu hęrere dicatur. Communis autem omnibus animalibus uis altrix eſt iiſdemq; commune corpus thorax: reliquę enim par/tes, thoraci adgenitę ſunt. Quare animalibus omni/

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

bus uitalitatis origo, prȩcipue in thorace ſita exiſtimã da eſt. Non enim reliquȩ partes, communes omnibus animantibus ſunt. Et caput ipſum non omnibus com mune eſt: nam animalia nonnulla comperias, quȩ uel hac parte careant. Neque item manus, ungues, pedes omnibus communes ſunt. Poſtremo cum alimentum maxime calido intercedente conficiatur, æquum eſt ut qua parte maxime uehemens calor obducitur, in ea proprium organum uis altrix obtineat, atq; illi ad hæreat uelut, gubernator clauo, & faber fabrilibus in ſtrumentis aſſidet. Quod igitur nutrix, auctrix, & ge nitrix animæ uis (quam φυτικὴν id eſt uegetalem appel lant) in pectore cordiſq; circuitu ſtatuenda ſit, iis & ſi milibus argumentis perſpicuum reddi poteſt. Par au tem & conſequens eſt, ut ubi hȩc ſit, ibidem uis quoq; ſenſibilis habeatur in iis animalibus, quæ utraq; pote ſtate ſunt prædita. Si enim hæ abiunctæ mutuo & ſe paratȩ uirtutes forẽt, profecto ea animalia quȩ utrãq; uirtutem posſiderent, non unam animam, ſed plures habere uidetur. Nempe in ſtirpibus, ipſa per ſe altrix poteſtas inſita, ſtirpes animatas efficit. Pari ratione in animali portio quæpiam animata uidebitur, quæ eiuſ modi per ſe uirtute ſit prædita. Quod ſi ita ſe habere conceſſerimus, proculdubio pars quæ uim ſenſibilem continet, ipſa per ſe quoq; rurſum animata cenſebitur, atq; hoc pacto eiuſmodi poteſtates abiungi & ſeparari inter ſe poſſe uidebuntur, ut in eodem animante ali quid ſit, quod ſola altricȩ, poteſtate fungatur, atq; ob id uiuat. Aliud uero ſit, quod ſenſibili, non autem al trice uirtute ſit preditum. At uero eſſe uim ſenſualem ſine altrice, impoſſibile prorſus eſſe mõſtrauimus. Fie ri enim nullo pacto poteſt, uti ſentiat quippiam, non autem alatur, uelut in quibus utraq; uis habetur, uis altrix abdicata, ſenſibili functione conſiſtat. Qua in re argumento quàm euidentiſsimo inniti poſſumus, qđ tactu ſublato, non ultra poteſt animal uitam uiuere. Quod ſi uis altrix à ſenſibili ſeiuncta degeret, certe in tereunte & ſublata ſenſibili fieri poſſet, ut adhuc ani mantia ſuperuiuerent, incolumi adhuc altrice uirtu te, q̃ uitæ diſpenſatrix eſt. Itaq; ſi uis ſenſibilis ab altri ce diuelli & diſcerpi nullo pacto poteſt, ſed penes idẽ hæc ipſa poteſtas eſt. Et tactus guſtuſq; principium in corde uerſari, ex inſectionibus manifeſte deprehendi tur. Erunt ſane reliquȩ tres poteſtates, itidẽ circa cor: quanq̃ enim ad id non directi meatus pateant, ſunt ta men ſtratȩ per cerebrum ad cor uitæ, per quas ad cor ipſum, uelut ad originẽ reditus fiat. Nam in trepida tione iracundia, cæterisq; perturbationibus animi, hæc prȩcipue portio ſentiẽdi principium obtinet. Cor enim uelut aĩal in aĩali ob ſeptũ cõcluſumve, prius mo uetur atq; afficitur. Cæterum, illa quoq; nõ ineuidẽs ratio eſt. Nã ſi partes hȩ, q̃ carent ſanguine, uelut oſſa, pili, ungues, ſenſibiles non ſunt (ſanguis enim ipſe is eſt, qui eiuſmodi uirtutem habet) reliquum eſt, ut id quod maxime ac præcipue ſanguinoſum eſt, itidem maxime ac prȩcipue ſenſuale ſit: nihil autem ſanguino ſius corde eſt. Sanguis enim, qui in iecinore redundat indigeſtus atq; non coctus eſt, neq; propria appellatio ne ſanguis nuncupari debet. Hæc igitur argumenta collegimus, quibus uegetalis & ſenſibilis uirtus in animalibus corde prȩditis penes cor, in corde autem carentibus penes quippiam analogum, ac ſimile cordi degere ac deſidere monſtrantur. Porro ubi ſenſus mu nus ſuum obeunt quieſcuntq;, ibi imaginatricem ani mam eſſe neceſſe eſt: quandoquidem illius actio & opus, ſecus derelicta à ſenſilibus ueſtigia reſidet, q̃ in ea corporis parte gignũtur, in qua ſenſus communis eſt: hȩc autem cor itidem eſt. Deinceps ubi imaginatio ibi conſenſus eſt, ubi conſenſus, ibi iracundia, & appe tentia: quȩ principia delationis, id eſt motus localis ha bentur. Quo fit, ut uis animȩ qua propelimur, & qua appetimus, utraq; in corde ſtatui debere uideat, neq; immerito. Enimuero par eſt, ut ab ea parte, in quam motiones extrinſecus proueniẽtes, uelut in principiũ deſinunt, in eandem principium quoque motionis ex tra tendentis perueniat. Quemadmodum in exercitu fere perſpicuo exemplo cõperias: ab illo enim ad quẽ extrinſecus legationes aduenium (hic autem impera tor eſt) motiones quoq; exterius proficiſcentes princi pium ſumunt. Quapropter deſtinata motionibus in ſtrumenta, principium à corde recipiunt: quin & in partibus omnibus proprię motionis initium, è cordis regione prodire conſpicimus. Enimuero à qua parte dextrum ſiniſtrumve latus excitur, indidem dextro ſiniſtroq; lateri motionis principia prodeunt: quæ res in animalium motione perſpicua eſt. Eadem q̃; ratio quadrat in reliquis, quȩ p motũ in ſuperna atq; iferna diſpeſcunt: is enim omnibus partibus medius, ſitusq̃; in cordis cirruitu locus, ſiue huic proportione ſimi lis, & principium & finis eſt. Ex quo facile monſtrari poteſt, uim impulſionis & appetentiæ, ſecundum cor pariter uerſari. Non ab re igitur cor ipſum, quod & ſenſualem & motionis principem uim habere exiſti mamus, partim ὁμοιομερές hoc eſt ſimiliũ partiũ, qua lia ſenſoria ſunt: partim ἀνομοιομερές id eſt diſſimiliũ partium eſſe uidetur, qualia ſunt membra, quȩ ad agi litatem nata cernuntur, puta manus, & pes. Si enim ad corporis rationem attendas, ſimilium partium eſt: diſſimilium, ſi ad figuram reſpicis. Caro enim non ſe cundum figuram caro eſt: cor autem ſecundum figu ram cor eſt: uelut manus, quæ ipſa quoq; ratione figu ræ manus eſt. Quàm facillime autem eruditi quiſpiã & ſibi duce ratione ſuadere poſsit, uel ea de cauſa in corde principatum animæ contineri, quod interioré uiſcerum apparatum à natura (quæ nihil molitur in caſſum) exacta diligentia tuenda, cordi conſtituturn inſpicimus. Quod in munitiſsima totius corporis re gione poſitum, plurima & ualidiſsima oſſium & car nis compagine circunſepitur, opertumq; firmiſsimo membranæ inuolucro, uelut indumento munitur, quod pericardiũ ſiue prȩcordiũ, quia cor circumeat appellatur, atq; adeo durum & denſum obducitur, ut uix ferro impactile ſit. Corpus uero cordis, inter car nem & neruũ medium quippiam tenet, ex iis utrisq; corporibus præ molli firmitate cõpoſita, ut qua parte carnis naturam habet, ad ſenſibiles ſuſceptiones: qua uero nerui proprietatem obtinet, ad principia motio nis idoneum ſit. Ad neceſſariam uero caloris redun dantiam, habet attrahentis & reddentis ſpiritum offi cinæ ſuppetias, quibus intercedẽtibus ad æquabilem caliditatis menſuram admota refrigeratione, deducit. Præter hæc ad recentes ac ſubitos imaginum & uiſo rum inſultus, adiacet pulmo ſpõgioſus, fiſtulis cauus & ceſsilis: & ne ulla in parte cor lædatur, uelut tergi dux auxiliaris occurrit. Merito ſane tot ſuppetiis & munimentis obtenditur, cum peculiares uitalitatis

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

cauſas & origines complectatur:& ſimul atq; cor pati contingat in animalibus,quibus cor ineſt,ineuitabilis interitus occaſio incurrat. Ea enim ægritudo, quæ uulgo cardiaca nuncupatur,ex qua pleriq; reſtituuntur incolumes non proprie cordis,ſed ſtomachi ęgritudo cenſenda eſt.Verum ipſam quoq; rationalis animæ portionem,quę una proprie principatum animæ poſſidere creditur, in corde ſtatuendam eſſe non dubitamus:idq; ea ratione manifeſtius eſt,quod in uirtute rationali,aliud actiuũ, aliud ſpectatiuum eſt. Illud nonnullis animãtibus,quę rationis expertia ſunt, quadantenus commune eſt.Hoc uni duntaxat homini,proprium & peculiare cenſetur. Harum altera uis quam actiuam diximus,quamq; deliberatiuam & rationabilem appellamus, uim appetendi & ſecus locũ mouendi conſequitur.Vbi enim appetẽdi,ibi & uolẽdi poteſtas eſt(appetentia enim uoluntas quædam eſt)ubi autem uolendi uis eſt,ibi & deliberandi & ratiocinandi uis erit.Nanq; uoluntas eſt appetitus quidam, deliberationi & rationi coniunctus. Atqui ubi ſentiendi,ibidem & conſentiendi uis eſt.Vbi autẽ uis eſt qua aſſentimur,ibidem quoque id eſt,quo ęſtimamus.quo opinamur,quo conſideramus,& ſcimus. Hæc enim omnia, una cum aſſenſu ſunt. At uero,eatenus intellectus ſpeculatiuus eſt, quatenus ſcimus.In uniuerſum autem ſi ab iis,quas ſupra enumerauimus uirtutibus,altrice,ſenſuali,imaginatrice,impulſoria,rationalis poteſtas per ſe poſſet ipſa ſubſiſtere illam quoque in nohis,à cęteris poteſtatibus ſubiecto diſiunctã eſſe contingeret,quod nullo pacto eſt.Quippe quod plures à nobis aĩas haberi neceſſariũ eſſet aſſerere,& ſinguli homines plura animalia eſſe uideręr:quæ res prorſus impoſſibilis eſt,quoniã id quod poſtremam & omnium abſolutiſſimam animam habet,cæteris quoq; prædituꝫ eſſe neceſſe eſt.Perfectio enim animæ, eſt poteſtas eiuſmodi:perfectio autem in illo & cum illo eſt, cuius eſt, perfectio, profecto rationalem quoque poteſtatem penes cor eſſe confiteri neceſſe eſt.Quod ſi ratione ducimur,ut uis animæ (cui actio opuſq; tribuitur)neq; diuulſa neq; diſiuncta in alia aut alia parte ſtatuatur, ſed in eadem parte tota ſit,certe neq; uis illa,quę iudicio fungitur diſiungetur,ſed ipſam quoq; in eadẽ parte poni debere uidebitur.Porro uniuerſę animæ poteſtates in duas haſce potiſſimum uirtutes ſumma diuiſione ſcinduntur, quarum altera agendi, altera iudicandi eſt. Quod ſi ubi uis altrix eſt,ibi ſit & ſenſibilis,neceſſe eſt in eadẽ parte ſecundum numerum omnẽ animã eſſe. Nanq; uis altrix animæ illa eſt,quam practicem appellant,ad quam præterea uis impulſionis & appetitus pertinet. At uero uis ſenſibilis animæ principium eſt,quam criticen,hoc eſt iudicialẽ dicimus. Ad quam rurſus uis imaginandi,deliberandi & cõtemplandi pertinet:atq; hæc utraq; circa cor eſſe,monſtrata ſunt.Penes cor igitur reliquas animæ poteſtates haberi, fatendum eſt. Itaq; in animalibus(id quod à principio quęrebamus) animæ principatus in corde eſt.Cæterum in utraque actionis & iudicii poteſtate,aliud eſt quod famulatur & ſeruit,aliud quod principatur & regit. Iudicia uero organicis famulatibus & miniſteriis indigent, hęc autem ſenſoria ſunt.Actiones etiam ipſæ, interceden-tibus organis perficiunt.Manus enim & pedes,actionum organa quàm euidentiſſima ſunt. Nempe uero rationes illæ, quibus innituntur ii qui principatum animæ in capite ac cerebro conſtitui debere contendunt, oppido inanes & tenues ſunt. Quęcunq; uero ex iis magis ad ueri ſimilitudinem accedere credunt, inde offuſionem erroris accipiunt: quod in animaliũ corporibus, membrorum ſympathiam, hoc eſt affectionis conſenſum animaduertunt.Enimuero in corpore partes omnes inuicem mutuo conſenſu afficiuntur,organis eleganter & rite diſpoſitis,atq; ob eiuſmodi ſympathiam,ubi quid in cerebro contractatum eſt nõnullæ hominibus perturbationes accidunt:& ęgrotante cerebro,deſipientes dementesq; redduntur.Curationibus autem in ualetudinem reſtituto,reſipiſcũt & in mẽtem redeunt:quemadmodum ſolet accidere, ut admota aliis membris curatione, alia quędam nullatenus illis ſimilia membra ſanẽtur. Verum neq; ea argumenta, quæ ex ſectione & ablatione partium in quibuſdam animantibus faciunt ſententiam propoſitam ullo pacto comprobant. Sunt enim in utraq; opinione communia.Nanq; ſicut nonnulla animalia, execto atq; ablato corde uiuentia, longiore temporis momento perſiſtunt,uelut teſtudo atq; chamæleon: pari occaſione in quibuſdam animantibus execto capite,reliquum corpus diutius uiuere,& utranq; partem propriis actionibus fungi,quã ſępiſſime cernimus.

Quas ob res principatus animę(ſicut oſtendimus) ſedem in corde poſſidet. Vis uero illa,q̃ famulat & ſeruit,in reliq̃ corporis membra protẽditur. Vis autem ſenſibilis, in omnem carnem extenditur. Id uero quod agitati & motui mini ſteriũ exhibet,in neruos muſculosq; diffunditur.Quibus itercedẽtibus,partium membrorumq; motio & progreſſus,paſſim in omni animaliũ natura gignitur.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ALEXANDRI APHRODISIENSIS,
DE ANIMA LIBER SECVNDVS,

Angelo Caninio Anglarienſi interprete.

Subſtantiam animæ cognitu difficilem eſſe, Cap. *primum.*

QVIDNAM anima ſit, quęve eius ſubſtantia, quæ item accidentia, haud facile cognitu nec promptum eſt: uerum abditisſima eſt harum rerum contemplatio. Eſſe certe animam, notisſimum ac maxime perſpicuum eſt. Sed pleręque res ſunt, quas cum exiſtere apertisſimum ſit, earum tamen ſubſtantia occultiſſima eſt, cuiuſmodi ſunt motus, & locus, & tempus multo magis. Vnumquodq; enim horum exiſtere cognitum eſt, cęterum quæ ſit eorum ſubſtantia, definire atq; explicare difficillimum eſt. In eiuſmodi itaque claſſem anima quoq; refertur. Ipſam enim animam aliquid eſſe tam notum eſt, q̄ quod notisſimum: quid uero ea ſit, cognitu haud facile eſt. Verū ſi altius exorſi de ea agere ceperimus, hoc eſt à diuiſione entis in prima genera, & cui generi anima ſubiiciatur oſtenderimus, fortaſſis hoc conſtituto uniuerſam eius ſubſtantiam deprehendemus.

Animam eſſe ſubſtantiā & formā, Cap. *ſecūdum.*

CVm igitur Ens in prima & ſuprema decem genera ſecetur, unum ex illis ſubſtantiā eſſe aſſerimus, cuius alteram compoſitam: alteram, in qua compoſiti eſſentia ſita eſt, eſſe affirmamus: porro cōpoſitam ſubſtantiam eſſe dicimus eā, de qua hoc aliquid prædicare poſſumus, hoc eſt, ſubſtantiam ſenſilem & quæ actu exiſtit, omnibusq; aliis entis generibus ſubſternitur, ceu hunc lapidem, hoc lignum, hoc aurum, hunc ignem, & ſingula eiuſmodi. Hæc enim & cętera eiuſmodi omnia, ſubſtantiæ compoſitæ ſunt. nāque in ipſis ineſt tum quoddam ſubiectum, quam materiam uocamus quod recipiendi aliquam formam in ſe poteſtatē habet: tum etiam forma, quā ubi ſubiectum receperit, quod omnibus, in quibus uerſatur, ſuapte natura indifferens eſt, iam fit differens, & hoc aliquid, hoc argentum, illud aurum, aliud ignis, aut aliūd quid. Hęc enim cum omnia materia & ſubiecto eadem ſint, per formā poſtea diſcriminantur, & differentiam habent. Quippe quemadmodum in artificialibus ſe res habet, ſic in naturalibus quoq; ſubſtantiis habere exiſtimandum eſt. Nam uelut in artę exempli cauſa ſtatuaria, ęs ſubiicitur omnibus, quæ ex eo ab artifice excuduntur: ſed formæ, quę ex arte in ipſo effinguntur, tum differentiæ cauſſæ ſunt, tum etiam ut hoc aliquid unumquodq; eorum ſit, faciunt, ut uidelicet hęc ſtatua diſco ludentem referat, illa diademate inſignita ſit. Atq; eſt quodlibet ipſorum & ex ære & ex eiuſmodi forma compoſitum. Ita etiam ſe habere in compoſitis ſubſtantiis putādum eſt, nanq; in his alterum ſubiectum, altera forma eſt, quatenus unūquodq; ipſorum eſt hoc aliquid, hoc aqua, illud aer, hoc aliud aliquid.

Deſunt nonnulla etiam in codice græco.

aduenientе anima in miſtione cum corpore animal gignitur. Cæterum ſi neutro horum modorum animal eſt ſubſtantia compoſita, ut tertio igitur modo ſit, reliquum eſt. Erat autem hic tertius, per quem ipſius compoſiti alterum erat ſubiectum, & materia: altera forma. Neque uero numerorum more ſe res habet. Incorporeum nanq; eſt, quod ex illis coaleſcit: animal autem non eſt eiuſmodi. Animal igit ex anima conſtat & corpore, & quoniam alterum horum ſubiectū eſt, altera forma, ex iis compoſitionem habet. Supereſt igitur, aut corpus formam animæ eſſe, aut animam corporis. Cæterum corpus animę formam eſſe ut aliquis uere aſſerat fieri non poteſt. Corpus quippe ſubiectum eſt. Prętерea quodlibet ens per formā eſt hoc aliquid, ut ſtatua, domus, nauis, ignis, aqua, terra. Et animal quoque, q; animal ſit, animę acceptū refert. Quamobrem anima eſt forma. Prętерea ſi forma ea eſt, qua abſente nec amplius in ſubiecto uerſante, deſinit eſſe hoc aliquid, quod prius erat: ſed animal quoq; deſinit eſſe animal, ubi à corpore anima ſeceſſerit (quemadmodum enim ſecuris per figuram ſecuris eſt, eaq; eſt ipſius forma, quin ſi animata foret ſecuris, figura eſſet eius anima, non ferrum) ita quoque anima in animali, quę cum ſecuris figura proportionē habet (per ipſam nanq; animal eſt animal) erit ſubſtantia ſecundum formam. Inſuper, ſi ea, quibus corpora naturalia inter ſe differūt, formę ſunt. (differunt autem, quod hæc animata, illa inanimata ſunt) certe ipſa quoq; erit forma. Itidē id, quo primo ſcimus ſciētia eſt, (per ſcientiam enim ſcimus) ſcientia autem non eſt ſubiectū aliquod, ſed eſt id, quod ubi ipſum ſubiectum receperit, ſecundo ſcire ditur, id autem eſt aīa. Et quo primo ſani ſumus, ſanitas eſt, quæ nō eſt ſubiectum, corpus nanq;, quod ſanitatem admittit, ſubiectum eſt, & ſecundo ſanum. Sed anima eſt id, quo primo uiuimus, nec eſt ſubiectum, ſed eſt id, quod ubi ſubiectum receperit, uiuere ipſum quoq; ſecundo dicitur, quemadmodum ſanum eſſe corpus, quod ſanitatem adeptum fuerit, & ſcire anima, quę ſcientiam ſit complexa. Anima igitur eſt ſubſtantia ſecundum formam.

Animam eſſe Entelechiam primā. Cap. *tertium.*

VErum Ariſtoteles formam ſolet perfectionē appellare & ἐντελέχειαν. Quare non ab re anima quoque, cum ſubſtantia ſecundū formam ſit, entelechia ab ipſo nuncupatur. Nam quoniam entium quędam potentia, quędam entelechia eſſe dicuntur, quę autem entelechia eſſe dicuntur, ſunt formę: Forma, quam habere poterant, ubi figuram accepiſſent, meri-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

to id,cuius præsentia, quod potentia erat in entelechiam transit,entelechia est. Verum animal,quod potentia est,ceu semen,per entelechiam fit animal,simul ac anima adfuerit. Erit itaq; hac etiam ratione demonstratum,animam esse formam & entelechiā. Porro entelechia altera prima,altera secunda est. Nā scientię, artes, & demum habitus ipsi, entelechiæ primæ sunt. Sed actiones,q̄ iuxta ipsa & ab ipsis ꝓficiscunt,entelechię secūdę uocitāt. Musicus ꝙppe entelechia musicus est, (musica.n.p̄ditus est)at ē secūdū primā entelechiam ille entelechia appellatus musicus. Iam uero qui musicam eiusq; munia exercet, secundam etiam entelechiam iam assumpsit. Cum igitur bipertita sit entelechia, anima eo modo entelechia est, quo modo sunt habitus. Nō minus enim anima prędituſ ille est, qui animę functiones non prestat,vt qui dormit. Et si enim eo tempore sensibus non utatur, nihilominus animam sensibilem retinet. Anima itaq; est prima entelechia.

Animam esse entelechiam corporis naturalis simplicis & organici, Cap. quartum.

QVoniam uero omnis forma omnisq; entelechia ad aliquid refertur,consequens est, ut ad quidnam referatur,explicetur. Ad corpus autem referri,corporisq; esse entelechiam,iam antea declaratum ac demonstratum est. Cum enim animal sit substantia composita ex subiecto & forma, subiectū quidem in ipso erat corpus,entelechia autem anima. Cæterum qm̄ corpoꝝ alia artificialia,alia naturalia sunt, cuiusmā corporis anima est entelechia? Neq; enim in omni corpore anima uersari potest. In artificiali certe nullo. Hac enim ratione anima esset forma artificialis, ut statuę forma,fierentq; ex arte animalia,ceu signa & simulacra. At hoc pacto ne substantia quidē erit. Forma enim artificialis non est substantia. Reliquum igitur est ut anima sit naturalis corporis entelechia. Corpus uero naturale id est, quod in se motus principiū habet. Etenim animal naturaliter fit, cuius particula anima est. Porro quoniam naturalia corpora non parum inter se differunt,(alia enim simplicia,alia composita sunt) nullius corporis simplicis anima est entelechia. Neqꝫ enim forma ignis,neqꝫ aeris, aut aquæ,aut terræ demum, anima est: quoniam ne animalia quidem sunt,quodnam animalis corpus est, cuius entelechia anima sit? Quia igit omne corpus animatum, & uiuit & nutritur ac crescit per se (eatenus enim uiuiens à non uiuente differt)at alimentum & coctio,adiectio item atqꝫ incrementum, organis quibusdam opus habent. Corpora enim quędam faucibus,uentriculo atqꝫ intestinis ad eas res indigent: Quædam radicibus, medulla & libro. Quæcunque uero corpora perfectiora sunt, pluribus etiam iuxta proportionem,& organis, & animalibus potestatibus opus habent: quæ omnes per quædam peculiaria organa actiones suas peragunt, ut patet in sensibus. erit itaque Anima,entelechia prima corporis naturalis organici (nullum quippe corpus aut uiuere aut animam retinere potest,nisi sit organicum, atqꝫ ea habeat,quæ aialibus potestatibus ministratura sint.) ¶ Atque hæc quidem definitio & ratio latissime patet,nam plantarum quoqꝫ animam complectitur. Sed sermo noster super anima, quæ in humanis corporibus gignitur, institutus est.

Quomodo intelligendum illud,potentia uitam habentis. Cap. quintum.

QVoties autem dicimus animam esse corporis naturalis potentia uitam habentis, non sic uocem hanc,potentia,tunc de corpore prędicamus,ut solemus de iis loqui,quę nondum aliquid habent,apta cum sint ad recipiendum. Neque enim id corpus prius est sine anima,postea ipsam accipit. Sed est,quod potentia uitam habet, hoc est, quod potest uiuere, idest, quod organa obtinet ad uitæ munia obeunda. Idemq; est,potentia uitam habens, quod organicum.

Animam esse incorpoream Cap. sextum.

SI uero anima est corporis forma & entelechia,patet eam incorpoream esse. omnis enim forma incorporea est. Fac enim formam ipsam corpoream esse, certe uel forma & qualitate carebit, (eiusmodi autem est materia) uel formam habebit,& forma cum sit corporea,aliā formam habebit,atqꝫ ita in infinitū res progredietur.

Quomodo ab aliis quibusdam anima differat Cap. septimum.

ANima autem cum entelechia sit, per totum corpus transmissa ac fusa est. Quęlibet enim animanti pars,animata est. Et est anima entelechia, non ut figura eoꝝ,quę figurata sunt,neqꝫut situs & ordo cōpositoꝝ,nec ut dispositio & affectio,nec demum ut mistio & temperamentum! Voluptas nāque & dolor affectio est ac dispō. Nihil autem ex iis anima est. omnino quidem in corpore hęc uersantur. Per ea enim constant organa,quibus anima utitur. Ea autem est uis quędam & substantia,quę in his fit.

Corporis temperaturam animę differentia sequitur, Cap. octauum.

COrpus autem eiusq; temperatura, causę sunt initio generationis animæ. Id uero apparet ex animalium differentia per particulas. Non enim animę effingunt formas & figuras,sed earum qualem constitutionem diuersæ dissimilesq; animæ postea secutæ sunt. Commutantur autem inuicem. Alterum enim ad alterum refertur, & entelechia, & id cuius est entelechia. Qualem autem corporis temperaturam,animę differentiam sequi,indicio sunt feræ, quę ex quali corporis temperatura, magis diuersam animam habent.

Animę functiones simul quoque corporis esse, Cap. nonum.

QVas autem dicimus animę functiones esse, non sunt animæ per se, sed eius quod anima prędictum est. Quemadmodum enim ipsa anima non ambulat,nec in palæstra luctatur,sed homo, qui ipsam habet:ita dolet,cupit,gaudet & irascit id quod animam obtinet, non anima. omnes enim qui animæ motus uocantur, utriusque uiuentis sunt.

Seriem

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

Seriem inter animę poteſtates eſſe, Cap. decimum.

HAbent porro animæ poteſtates ſeriem quandam inter ſe. Quippe quędam prima, quædam ſecunda eſt, quędam has ſequitur. Cuius rei indicio id eſt, quoniam id quod primam obtinet, ſecundæ expers eſſe poteſt. Secundam autem ſine prima habere eſt impoſsibile. Et prima quidem eſt nutritiua, aucti ua, & genitiua, quam animam plantæ quoque habent. Non enim ut quidam opinantur, eſt natura, ſed animę poteſtas prima. Quippe naturam quoq; ſimplicia corpora habent, ſed nondum ea uiuere dicimus. Natura enim eſt principium motus. Verum aliquid plus quam ſecundum ipſam plantę habent. Habent enim, ut & per ſe nutriantur, & creſcant, ſibiq; ſimilia procreent, quæ ſecundum uitam definiuntur: Vita autem prędentia animæ. Secūda uero animæ poteſtas eſt ſenſitiua, qua animalia finiuntur, quam ſine prima habere impoſsibile eſt. Plantæ quidem, cum nutritiuam poteſtatem habeant, ſenſitiua tamen carent. Poſt has uero poteſtates eſt motus & impulſio animi cū ſenſitiua poteſtate iūcta. Inutilis.n. eſt aīalibus ſenſus, niſi animi motus & impulſus ad aliq̄ rem adſit.

De utilitate trium poteſtatū animę, Cap. undecimū.

ATque hæ quidem ualde neceſſarię & primę particulæ animæ tres omnibus communes animalibus ſunt, naturalis, ſenſitiua, & impulſiua. Quę ſingula utilia ſunt ad aliquid eorum, è quibus animalis eſſentia pendet. Sunt enim animalis munera & functiones, primum ut ſit & uiuat, ſecundo ut oblata iudicet, poſtea actio & functio. Naturalis igitur animæ poteſtas ad id animali conducit, ut ſit ac uiuat: Senſitiua uero ad iudicium: motiua demum ad agendum confert. Actio uero eſt peculiariter animalis functio una cum organicarum corporis particularum uſu, ut ambulare, loqui. Diuiditur autem nutritiua poteſtas in tria, ut nutriat, ut augeat, utq; demum procreet ac gignat. Senſitiua uero, ut ſentiat, ut imaginetur, ut recordetur, ut aſſentiatur. Poteſtas uero impulſiua eſt tanquam finis quidam imaginationis & aſſenſionis, illius enim gratia hæc ſunt. Omnino enim impulſionē & motum ad aliquam rem agendam præcedit aſſenſio, cui phantaſia præit. Sed impulſiua & actiua quædam tanquam principatum tenet, quædam paret. Imperat quidem id, quod proprie impulſiuum & appetitiuum uocatur, alterū paret, quod νευροσπαστικόν, id eſt neruos attrahens nuncupatur, in quo poteſtas uocalis uerſatur. Impulſiui autē eſt, cupere, iraſci, & uelle. Hæ enim ſunt appetitus ſpecies. Ex quibus uoluntas rationis particeps eſſe uidetur. Eſt enim uoluntas appetitus cum conſilio. Eſt preterea alia quędam animę poteſtas iudicatiua, hoc eſt ratio, quę in perfectioribus animalibus exiſtit, is autem eſt homo, cuius eſt deliberatio. Huius poteſtatis ē, deprehēdeř, & opinari.

Animam, dum mouet corpus, non moueri, Cap. xii.

ANima porro mouet corpus, non quod ipſa moueatur, atq; ita corpus moueat (ipſa enim ſuapte natura īmobilis eſt,) ſed ita mouet, ceu cauſa ut animal moueatur, uelut grauitas, quę in terra ineſt, motus ad partem inferiorem cauſa exiſtit. Non enim omnia mouentia uno eodemq; modo mouent. Aliter enim boues plauſtrum mouent. Aliter ſummum bonum & expetendum atq; affectandum cient ea, quæ expętunt. Non enim illa mouentur. Quare anima ta ab eiuſmodi rebus mouentur. Anima uero mouet, ꝙ nos per ipſam intelligamus, deliberemus, atq; eligamus. Ipſum igitur bonum mouet, quoniam intelligitur: aīa autem mouet, qm̄ intelligit. Quēadmodū .n. ꝑ artes ac ſecundū artes mouētur artifices, & ſunt artes eiuſmodi motus in ipſis cauſæ, cū ipſę tñ interim nō moueantur: Ita quoq; animata per aīam mouent̄, ipſa exiſtente īmobili. Eſt autem impulſiua & appetitiua animę uis, per quam animalia mouent̄. Ea enim in animalibus proprii & peculiaris motus eſt cauſa.

De intellectu materiali, quē poſsibilē uocāt, Cap. xiii.

INtellectus ex Ariſtotelis ſententia tripertitus eſt, quippe alter eſt intellectus materialis, materialē autem voco non ꝙ ſubiectum quoddā ſit, ceu materia (materiam nanq; appello ſubiectū aliquod, quod poteſt, accedēte aliqua forma, hoc aliquid fieri) Sed quoniam materię, quatenus materia eſt, propriū eſt, vt oīa ſuſcipeř poſsit: qua ī re, & poſſe & ꝙ poteſtate ſit, quatenus ē eiuſmodi, materiale eſt. Identidem intellectus qui non dum intelligit, intelligere tñ poteſt, materialis uocat̄, & talis animæ poteſtas, intellectus materialis uocat̄, qui qdē actu nihil ex entibus exiſtit, ſed oīa fieri poteſt. Qñquidē oīum entiū intellectus ēē pōt. id enim quod oīa apprehēdere debet, nullū ex ipſis propria natura actu eſſe oportet. Apparēs.n. & oblata propria forma illius in externaꝝ reꝝ apprehenſionibus, eaꝝ intellectionibus ēēt īpediméto. Neq;.n. ſenſus eapcipiūt, in qbus ipſoꝝ eſſentia uerſat̄. Propterea igit̄ uiſus, qcolores apprehēdit, habet organū coloris exps, in quo uerſat̄, & ꝑ quod apprehēdit. Sine colore nāq; eſt aqua ꝓprio colore. Quinetiā olfactus ex aere, qui inodorus eſt, odoꝝ cū ſit apprehenſiuus. Atq; etiā tactus ea, q̄ ęque ac ipſe calida uel frigida, ſeu dura ſiue mollia ſunt, non ſentit: ſed ea ſentit ac ꝓcipit, q̄ magis aut minus īmutata ſunt. Quod ideo fit, quoniā īpoſſe erat, ut tactus, cū corporeus ſit, his careret cōtrarietatibus. omne.n. corpus naturale & generabile, tactile eſt. Quēadmodū igit̄ in ſenſibus īpoſſe eſt eū ſenſum, qui aliquid habeat, eius, qđ habet ēē apprehēſiuū & iudicatiuū: ita etiā, qm̄ intellectus eſt apprehēſio q̄dā & iudicatio ītelligibiliū, ut nihil ſit eoꝝ, q̄ ab ipſo iudicant̄ neceſſariū eſt. Qñdoquidē oīa ītelligi pñt. Nullū igit̄ ens actu ē, ſed poteſtate oīa. Id.n. facit, ut ītellectus ſit.

Quod ſenſus differāt ab intellectu. Cap. xiiii.

SEnſus ſane, qui ꝑ corpora fiūt, nō ſunt id, qđ apprehēdūt, ſed aliud quid actu exiſtūt. Ipſa aūt poteſtas alicuius corporis eſt. Quocirca patiente aliquid corpore, ſenſuū apprehēſio fit. Et ꝓpterea nō oīum rerū quilibet ſenſus apprehēſiuus eſt. Eſt n. quidā ipſe iā actus. Intellectus aūt, qui nec ꝑ corpus res apprehendit, nec corporis poteſtate eſt, neq; patit̄, neq; demum eſt aliqđ ens actu, hoc aliqd fieri nō pōt. Sed ē ſimplr poteſtas q̄dā eiuſmodi entelechię & aīę, formaꝝ, & intellectionū ſuſceptiua. Is igit̄ ītellectus materialis exñs in oībus iis eſt, q̄ ꝑfectā aīam obtinēt, hoc ē in hoībus.

De intellectu, qui eſt in habitu, Cap. xv.

ALter uero eſt intellectus qui iam intelligit, quiq; habitū intelligēdi habet, & formas intelligibiliū ſua ui cōcipere pōt, atq; apprehēdere. Similis eſt porro artificibus, qui habitū tenēt, poſſuntq; ꝑ ſe res peragere. Primus enim ille intellectus his ſimilis non erat, ſed illis potius, qui artem conſequi poſſunt, atq; artifices euadere. Isq; eſt intellectus materialis, ubi

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

habitus & intellectio una cum actione accesserit. Eiusmodi intellectus est in perfectionibus, & iam intelligẽtibus. Hic igitur secundus intellectus est.

De intellectu actiuo, Cap. decimumquintum.

TErtius postremo intellectus est præter memoratos duos, ipse actiuus, per quem materialis in habitum transit. Assimilis uero est hic actiuus, vt ait Aristoteles, lumini. Quemadmodum nanq; lumen facit, ut colores, qui potestate uisiles sunt, actu uisiles fiant: ita & hic tertius intellectus eum intellectũ, qui potestate ẽ & materialis, actu eẽ facit, ubi intellectiuũ habitum induxit. Is autem est, qui suapte natura intelligibilis est, & actu talis. Ipse enim est causa intelligẽdi, quiq; in actũ educit materialem intellectũ. intellectus igit ipse quoq; est. Forma enim materiæ expers, quæ sola sua natura est intelligibilis, intellectus est. Formę quippe materiales ab intellectu intelligibiles reddun/tur, cũ sint potestate intelligibiles. Separans enim ipsas à materia intellectus, cũ qua coniunctã essentiam habent, intelligibiles actu facit. Et tunc quęlibet ipsarum, quoties intelligitur, tũ actu intelligibilis, tum intellectus fit, cum prius sua natura tales non essent. Intellectus enim actiuus nihil aliud est, q̃ intellecta forma. Quocirca quęlibet ipsarum, quę simplices intelligibiles nõ sunt, fit, cum intelligitur intellectus. Velut enim scientia in actu idem est, quod scibile in actu: & ceu sensus in actu idem, quod sensile in actu, item ut sensile actu idem est, quod sensus actu: ita etiam intellectus in actu idem est, quod intelligibile actu, & intelligibile actu idem, quod intellectus in actu. Intellectus enim formam rei intelligibilis apprehendẽs, eãq; à materia seiungens, tum ipsam formam actu intelligibilem facit, tũ etiã ipse actu fit. Si igitur intellectus est aliquod ens actu sua natura & ex seipso talẽ essentiam habens, q̃ materia careat, non intellectui, qui ipsum à materia separet, acceptũ referẽs, id actu semper intellectus existit. Intellectus enim est id, quod actu intelligibile est. Hoc autem intelligibile suapte natura & actu intellectus, qui facit, ut materialis intellectus per relationem ad eiusmodi formam, separet, imitetur, & intelligat, & singulas materiales formas, seq; ipsum intelligibilem reddat, est intellectus, qui extrinsecus aduenire dicit, ipse inq̃ actiuus, qui nõ est particula neq; potestas aliqua nostræ animæ, sed à rebus externis in nobis gignit, quoties ipsum intelligimus: Siquidem formæ apprehensione intellectio fit.

Intellectũ actiuũ ex Aristotelis sentẽtia sempiternũ esse atq; ĩmortalem, Cap. decimumsextum.

HAEc uero est forma materia uacãs, nec unq̃ cum materia manens, neq; ab ea separat, quoties intelligit. Merito igit cũ eiusmodi sit is intellectus, separari à nobis potest. Quoniã non, cũ intelligit ipse à nobis, ĩtellectus fit, sed suapte natura talis existit, actu intellectus existẽs, & intelligibilis. Talis uero forma ac substantia materia uacans incorruptibilis est. Quocirca intellectus actiuus, qui actu à rebus externis ẽ eiusmodi forma, nõ iniuria ĩmortalis ac sempiterna mens ab Aristotele appellat. Intellectus quidẽ est quęlibet alia forma, q̃ intelligit, quotiescũq; intelligit, uerũ non est intellectus extrinsecus, sed tũ, cum intelligit, intellectus fit. Hic uero intellectus existens etiam antequam intelligatur, extrinsecus & est, & dicitur.

Quomodo se ipse intellectus intelligat, Cap. xvii.

INtelligere autẽ se ipse intellectus in habitu & agens potest, nõ quatenus intellectus est (simul.n. & secundum idem ipsi accidet, ut intelligat & intelligatur) Sed eatenus, quatenus intellectus actu idem est, quod ea quæ actu intelliguntur. Illa igitur dum intelligit, se ipse intelligit. Siquidẽ ea, quę ipse intelligit, dum intelliguntur, intellectus fiũt. Si enim ea q̃ intelligunt, sunt intellectus in actu, ipsa autẽ intelligit, semet igit intelligit. Intelligens.n. idem euadit, quod ea quę intelligunt, non intelligẽs uero, diuersus est ab ipsis. Hoc pacto autẽ etiam sensus seipsum p̃cipere dici posset, cũ ea sentit, q̃ actu idẽ fiunt, quod ipse est. Quẽadmodũ enim diximus, sensus quoq; in actu, sensile ipsum est. Nã & sensus & intellectus ex formarũ apprehẽsione citra materiã p̃prietates ipsius p̃cipiũt. Pręterea dici posset, intellectũ semet intelligere, nõ quatenus intellectus, sed q̃tenus intelligibilis ipse quoq; est. Apprehẽdet.n. ceu rẽ intelligibilẽ, quẽadmodũ quęlibet alia intelligibilia, nõ vt intellectũ. Cõtingit.n. intellectui, vt sit etiã intelligibilis. Quoniã enim ipse quoq; est quod dã ens, nec sensu p̃cipi potest, reliquum est, vt intelligibilis ipse sit. Si.n. tanq̃ intellectus & quatenus intellectus est, intelligit qđ sub se est, nihil certe aliud, quod intellectus nõ sit, intelliget, q̃re se ipse solũ ĩtelliget. Intelligẽs aũt intelligibilia, q̃ non sunt intellectus, anteq̃ intelligat, se ipse ceu ĩtelligibilẽ intelligit, tãq̃ uidelicet vnũ ex ĩtelligibilibus. Fit igit p̃ accidẽs, se ut ipse intelligat hic ĩtellectus à materiali p̃grediẽs. Primusq̃ netiã ille intellectus, uelut intellectus in actu, se ipse intelligit similiter ob eandẽ causam. Verũ ille aliquid plus, q̃ hic, habet. Nihil.n. aliud intelligit, q̃ semetipsum. Quatenus.n. intelligibilis est, à se ipse intelligitur, & quoniam actu & natura sua intelligibilis est, semper intelligit, ab intelligẽte scilicet actu. Semper uero actu intelligens est intellectus. Ipse igit solus semper semet intelliget. Solũ autẽ, quatenus est simplex, simplex enim intellectus aliquod simplex intelligit. Sed nihil aliud est simplex intelligibile, præter ipsum. Impermistus enim & purus atq; ĩmaterialis est, nihilq; potestate habet. Semet itaq; solum intelliget. Quatenus quidem intellectus est, se ipse tanq̃ intelligibilẽ intelliget. Quatenus autem actu intellectus est & intelligibile, semet semp intelliget. Quatenus demum solus ipse est simplex, se ipse solum intelliget. Ipse.n. solus simplex existens, simplicis alicuius intellectiuus est, & solus ipse ex intelligibilibus simplex est.

Cur Aristoteles intellectum, qui extrinsecus aduenit, admiserit, Cap. decimumoctauum.

ACcepi autem de intellectu, qui extrinsecus aduenit, ex Aristotele, quæ memoriæ mandaui. Quę enim mouerunt Aristotelem, ut intellectum extrinsecus aduenientem, induceret, hęc esse ferebantur. Primo analogia à sensilibus, atque etiam ea, quæ omnibus in rebus apparet. Quemadmodum enim in omnibus rebus, quæ gignuntur, est aliquid patiens, est etiam agens, & tertium, quod ex utrisq; proficiscitur. Similiter quoq; in sensilibus. Sensorium enim est patiens, agens uero sensile ipsum, quod uero fit est apprehensio, quæ est per sensorium sensilis. Eodẽ ferme mõ existimauit in ĩtellectu oportere eẽ quẽdã actiuũ intellectum,

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

intellectum, qui intellectū in poteſtate & materialē in actum poſſet educere. Eſt autem is actus, ut ſibi omnia entia intelligibilia reddat. Velut enim ſenſilia ſunt, quæ, ut ſenſus ſecundum actum & in actu ſit, faciunt: ita etiam oportet eſſe aliqua, quæ intellectū in actu eſſe faciant, quę ſint ipſa intelligibilia. Neqꝫ enim fieri poteſt, ut aliquid ſit alicuius actiuum, niſi ſit ipſum actu. Actu autē nihil eorum intelligibile eſt, quæ à nobis intelliguntur. Intellectus nanqꝫ noſter intelligit ſenſilia, quę poteſtate intelligibilia ſunt, atq; ea ab intellectu redduntur intelligibilia. Is enim eſt actus ipſius intellectus, ut ea, quę actu ſenſilia ſunt, ſua uiſegreget & auferat abſtrahatq; ab iis, quibus cum donec uerſantur, ſenſilia ſunt, eaq; per ſe definit. Quòd ſi hic intellectus, qui prius poteſtas erat, actus eſt: & oportet id, quod fit & educitur de poteſtate in actum: ab aliquo educi, quod actu exiſtat: oportet igitur eſſe quoq; intellectum quendam actiuū, qui actu exiſtat, faciatq; ut ille, qui tunc poteſtate erat, agere poſſit atque intelligere. Eiuſmodi autē eſt is, qui extrinſecus ingreditur. Atqꝫ hęc quidem ſunt, quæ illum mouerunt. Erit ſane aliquid etiam actu intelligibile ſuapte natura tale exiſtens, quemadmodū etiā ſenſile, quod non à ſenſu tale fit. Id autem eſt intellectus, Natura ſcilicet quædam & ſubſtantia nulli alii nota, niſi intellectui. Non enim eſt ſenſilis. Neqꝫ omnia, quæ à noſtro intellectu intelliguntur, intelligibilia fiūt, niſi ſuapte natura intelligibilia ſint. Sed eſt aliquid etiam per ſe intelligibile ſua natura tale exiſtēs. Hoc ſane ipſum intellectus in poteſtate, ubi perfectus & auctus eſt. intelligit. Quemadmodum enim ambulādi poteſtas, q̄ homo, cum natus eſt, habet, in actum prodit per progreſſum temporis ipſo perfecto atqꝫ adulto, nō affectione aliqua intercedēte: Eodem modo intellectus pfectus, tum quæ natura intelligibilia ſunt, intelligit, tū etiam ea, quę ſenſilia ſunt, intelligibilia ſibi reddit, tanquam exiſtens actiuus.

Intellectum non pati, Cap. decimumnonum.

NOn enim paſſiuus eſt intellectus natura ſua, ut ab alio fiat ac patiatur, quemadmodum ſenſus. Contrario nāque modo ſe habet. Senſus enim p paſſionē fit, paſſiuus enim eſt, & apprehenſio ipſius per paſſionem fit. Intellectus uero actiuus eſt. Cum enim plurimarum rerū intellectiuus ſit, ſimul etiam agens, ut eas intelligat, fit. Niſi quis forte propterea paſſiuum dicere intellectum uelit, quatenus formarum apprehenſiuus eſt. Pati nanque uidetur id, quod recipit atqꝫ apprehēdit. Atque id quidem cum ſenſu commune habet. Verum quoniam quodlibet ipſorum formatur ac finitur, non ab eo, quod commune cum alio habeat, ſed à proprio: & hoc quoque, quod cum ſenſu habet commune, à proprio formabitur. Quapropter ſi commune id cum ſenſu habet, ut formarum ſuſceptiuus ſit, quāquam non ſimiliter, proprium autem eſt, ut actiuus ſit earum formarum, quas excipit, certe ab agendo potius definiri debet. Quocirca intellectus ipſe, actiuus, non paſſiuus erit. Præterea prius in ipſo eſt ut agat, ac ſubſtātiale. Prius enim per abſtractionem rem intelligibilem facit, hinc aliquid eorum ſuſcipit, quod intelligit, & definitur hoc aliquid eſſe. Nam tametſi ſimul abſtrahat ac ſuſcipiat, tamen prius intelligitur abſtractio: Id enim ipſi eſt, ut formę ſuſceptiuus ſit. Quemadmodum autem ignem maxime actiuum uocamus, quoniam omnem materiam, quam occupet, conſumit, ſibiq; pro alimento prębet, cum tamen patiatur, quatenus nutritur: eodem modo intellectus actiuus, qui in nobis exiſtit, exiſtimādus eſt. Ea enim, quę actu intelligibilia nō ſunt, ipſe intelligibilia facit. Quippe nihil aliud intelligibile eſt, quàm intellectus, qui actu eſt & per ſe. Quinetiā ea quoqꝫ, quę ab intelligente intelligibilia fiunt, eiuſq; actus, intellectus ſunt, cum intelliguntur. Quamobrē non extante intellectu, nihil erit intelligibile. Neque naturalis intellectus, ipſe enim ſolus talis eſſet, neque id, quod ab eo gignitur. Cum enim non exiſtat, qui facere poteſt? Erit uero intellectus naturalis, quique extrinſecus aduenit, adiutor rerum, quę in uoluntate noſtra poſitę ſunt. Quoniam neqꝫ alia eſſent intelligibilia, cū ſint poteſtate, niſi eſſet aliquod, quod ſua natura foret intelligibile. Hoc igitur, quod & ſuapte natura intelligibile eſt, & in intelligente procreatur per intellectionem, eſt intellectus genitus in intelligente, & extrinſecus intelligitur, & ſempiternus immortaliſque eſt. Porro adiicit habitū intellectui materiali, ut intelligat ea, quæ poteſtate intelligibilia ſunt. Quemadmodum enim lumen, quod actiuum eſt uiſionis in actu, tum ipſum uidetur, tum ea, quæ cum eo, & per ipſum color: Ita quoqꝫ intellectus extrīſecus cauſa eſt, ut nos intelligamus, cum ipſe quoqꝫ intelligatur, non faciēs ipſum intellectū, ſed intellectum, qui exiſtit, ſua natura perficiens, ac educens in res proprias. Natura igitur intelligibile eſt intellectus, reliqua uero eius arte intelligilia redduntur, & eius actione. Quæ quidem facit intellectus in poteſtate, non quòd patiatur, aut ab altero fiat. (Eſſet enim intellectus antequam ageret) ſed ubi auctus ac perfectus eſt. Simulac uero abſolutus eſt, intelligit ea, q̄ natura intelligibilia ſunt, & quę ad eius actionem & attem ſpectant. Proprium enim intellectus eſt, ut ſit actiuus. Dum uero intelligit, agit, non patitur.

Ariſtotelem ex proprio ingenio hęc de intellectu pronunciaſſe, Cap. vigeſimum.

CVm uellet autem oſtendere intellectum ſempiternum eē, easq; dubitationes, quas in intellectū, qui extrinſecus eſt, adducunt, declinare: cum neceſſarium uideretur, ut locum mutaret, nec tamen poſſet, quandoquidem incorporeus eſt, aut in loco eē, aut migrare, aut alias in alio loco uerſari, ex pprio ingenio, ſuaq; commentatione hęc de intellectu pronūciauit, eſſe. uidelicet in omni corpore, qđ humanū ac mortale uocatur. Et ſane aiebat intellectum in materia uerſari, ceu ſubſtantiam in ſubſtantia, & actu ſemper ſuas actiones peragere.

Quomodo nos intelligamus, Cap. vigeſimumprimum.

QVoties itaque ex corpore temperato ignis genitus fuerit, aut aliquid eiuſmodi ex miſtione procreatum fuerit, ut & organum poſſit huic intellectui ſuppeditare, q eſt in eiuſmodi miſtione (quoniam eſt in omni corpore, corpus autem etiam hoc eſt) id organum intellectus poteſtas dicitur, apta ſcilicet quędam poteſtas ad excipiēdum intellectum, qui in actu eſt. Quoties igitur conſecutus fuerit hoc organum, tunc & tanquam per organum, & tanquam circa materiam, & tanquam per materiam agit, & tunc nos dicimur intelligere.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

Quid sit & ex quo componatur intellectus. noster, Cap. uigesimũ secundũ.

NOster enim intellectus compositus est, tum ex potestate, quę est organum diuini intellectus, quem intellectum in potestate Aristoteles nominat, tum ex illius actu, quorum altero absente, impossibile est, ut intelligamus. Vna enim cum prima seminis emissione, est intellectus in actu, qui per omnia penetrauit, & actu existit. Velut in alio quodam corpore quorũlibet. Postquam uero etiam per nostram potestatem agit, tunc & noster intellectus is nũcupatur, & nos intelligimus. Quemadmodum siquis cogitatione complecteretur artificem, qui nũc sine ferramẽtis ageret ex arte, nunc cum ferramentis, cum etiam actus iuxta artem circa materiam in ipso est. Eadem quoq; ratione diuina mens, semper quidem agit, quãobrem & est actu & per organum etiam, ubi ex collatione corporum ac temperatura factum fuerit, instrumẽtũ eiusmodi. Tũc enim materialẽ quendã actũ agit.

An imortalis sit ĩtellectus, ac separari possit, cap. xxiii.

ATque is noster intellectus est, & secernitur sane, quemadmodum etiã concernit. Neq; enim alio migrat, sed quoniã ubiq; est, manet in corpore, quod ex secretione dissolutũ est, corrupto atq; abolito organico. Velut artifex amissis ferramẽtis, agit quidem etiam tunc, non tamen materialem atq; organicũ actum. Aiẽbat porro, si omnino censendum est iuxta Aristotelis sententiam, intellectum diuinum esse atq; incorruptibilem, hoc certe modo, non alio cẽsendum eẽ. Verba præterea illa, quæ in tertio de anima habentur, his accommodanda esse affirmabat. Quinetiam habitum & lumen ad eum referri, qui ubiq; est. Is autẽ intellectus, siue solus ipse res gubernat, quę in hoc orbe sunt, ad relationem diuinorum, & concernit ac discernit, unde ipse intellectũ in potestate creat: Siue cum ordinato certoque cœlestiũ motu (ab eo enim res huius orbis gignuntur, accessione præsertim & recessione solis) siue ab eo procreantur & ab intellectu nostro. Vel ab his quidem & ab eorum, motu natura ipsa proficiscitur, ipsa autem res singulares una cum intellectu gubernat, reclamare his tunc uidebatur, ut intellectus, cũ diuinus existat, in uilissimis pesimisq; uersetur, id quod Stoici opinati fuerunt, & ut sit omnino in rebus, quę in hoc orbe sunt, intellectus, & prę cipua ac primaria quædam prouidentia. Præterea ut intelligere in nobis non sit, neq; id nostri muneris sit, sed ut nobis, ubi primum in lucem editi simus, naturaliter insit cõstitutio intellectus in potestate & organici, una cum actu per intellectum extrinsecum, qui non mutat locum eum, qui, dum res intelligitur, in aliquo fit. Neque enim sensilium formę, postquam ipsas perceperimus, in sensoriis ceu locis suis fiunt. separabilis uero dicitur intellectus extrinsecus, & separat à nobis, non tanquam aliquo migrans, locumq; commutans, sed separabilis quidem dicitur, tanquam per se existens. & nõ cum meteria, separat aũt à nobis, quoniam non intelligitur, non quòd alio demigret. Ita enim in nobis quoq; gignebatur.

Incorporeã esse aĩam, Cap. uigesimumquartum.

INcorpoream quidem esse animam, satis declarare potest ea ratio, qua animam esse formam Aristoteles ostendit. Nulla enim forma est corpus. Nihilominus ex hisce rationibus incorporea demonstrabitur. Si omnis corporis qualitates sunt sensiles animæ autem qualitates, non sunt sensiles (uirtutes quippe ac uitia non sunt eiusmodi) anima igitur corpus non est. Si anima est corpus, omne autem corpus propria natura, uno saltem sensu percipitur (loquor autẽ de corporibus in actu, & ut ipsi uocant, qualificatis) certe anima quoq; sensilis erit. Non enim corpus qualitatis expers ipsam esse dicent, esset enim materia, sed non est materia, neq; igitur corpus. Non enim ea ratione sensu percipi nequit, ut corpora, quę propter exilitatem insensilia sunt. Pręterea omne corpus uel actu uel potestate sensile ẽ, anima uero neq; actu neq; potestate sensilis est. Quare non est corpus. Ad hæc si anima tãquam rem sensilem, se ipsa sentit, aliam etiam sentiret, sed aliam non sentit, neq; se igitur tanquam sensilem sentit. Adhuc, si anima est corpus, aut animatum aut inanimatum corpus erit: atqui absurdum est, ut sit inanimatum. Si uero animatum, animal igit erit, & rursum illa anima, uel animatum uel inanimatum, atq; id in infinitum progredietur. Verum si reclamantes diuisioni corporeæ dicenti, alia eorum animata, alia inanimata esse, contendant non recte factam esse diuisionem, nam quędam animata, nonnulla inanimata, quædam demum animas esse. Respondendum est, illis, quæ per contradictionẽ diuisa sunt, nunquam contradiuidi id, cuius est negatio, uelut si diuidentes, corporum alia esse dicamus colorata, alia decolorata (in eodem enim genere, quod est habitus susceptiuum, idem, quod negatio, priuatio ualet) non tamen dicimus, alia colores sunt. Differentia enim corporum est, ut colorata uel decolorata sint, sed non colores. Itidem, corporum alia odorata, nonnulla inodora sunt, non amplius dicimus, alia uero sunt odores. Et quædam habent qualitatem, quędam ea carẽt, non amplius, quędam qualitates sunt. Et corporum alia composita, alia incomposita, non amplius autem, alia sunt compositiones. Neque enim compositio est corpus. Similiter aĩalium, alia mortalia, alia immortalia ac sempiterna, non amplius, alia autẽ mortes. Mors enim nõ est animal. Itidem, aĩaliũ alia rationalia, alia irrationalia, nõ autem, alia uero rationes. Eodem modo dicemus corporum alia esse animata, alia inanimata, non amplius autẽ, & animas. Animę enim non sunt corpora. Pręterea si anima est corpus, aut alicuius ope sustentatur, aut per se ipsa. Sed per se ipsam quidẽ impossibile est, cum una sit, & qualibet in parte similis. Impossibile enim est idem secundum idem sustentare & sustẽtari. Reliquũ ẽ igit, ut ps ipsius altera sustẽtet, altera sustẽteť. Quòd si hoc ita se habet, certe aĩa erit pars, quę sustentat, non quæ sustentatur. quę pars, si ipsa quoq; est corpus, aut ab altero sustentatur, aut à se ipsa, idq; in infinitum. Si enim ipsam totam dicant sustentare & sustentari, tanquam unum aliquid & idem existens, poterit ergo aliquid & tenere & teneri à seipso, & agere idem & pati. Neque enim manus, quæ aliquid fricet aut premat, simulq; ex altera parte patiatur, ex eadem potestate & agit & patitur. Et omnino nihil, quod ab aliquo tenetur, ipsum etiã tenet. Neque enim caliditas, neq; dulcedo, nec figura, nec color, nec sanitas, neq; harmonia. Sed neq; uirtus uel scie tia. Eiusmodi autem est anima. Præterea si anima tenue atque exile corpus existens sustentat quidem

corpus

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

corpus ipſa, ex altera autem parte ſuſtentatur ab ipſo, certe hoc corpus craſsisſimum anima erit, ſiquidem id, quod ſuſtẽtat, anima eſt. Quare erit ipſum corpus anima animę ſuſtentans ipſam. Nam nihil poſſe ſe ſuſtentare inde patet, quod ne ea quidem, quæ uidentur hoc facere poſſe, ſint eiuſmodi. Neque enim glutinum ſe ipſum ſuſtinet, & conglutinata. Altera enim glutini pars ſuſtinet, altera ſuſtinetur. Quodcunque enim eſt in eo corporeum & craſſum ſuſtentatur, quod uero ſuſtinet, eſt qualitas & poteſtas, quæ incorporea exiſtit. Corrupta enim tali qualitate, materiale illud & corporeũ, quod reſtat, neq; ſeipſum amplius neque ligna ipſa ſuſtinere poteſt. Præterea, ſi anima eſt corpus, uel ignis uel ſpiritus tenuis eſt per omne corpus animatum tranſiens. Quod ſi ita eſt, patet non otioſe neque temere ſe habere id, ipſos affirmaturos eſſe. Non enim omnis ignis, neq; omnis ſpiritus eandem poteſtatem habet. Erit igitur cum quadam peculiari forma ac ratione & poteſtate, atque, ut ipſi loquuntur, intenſione. Verum ſi ita res habet, non propterea ſpiritus aut ignis erit ipſa anima. Sed potius erit forma, quæ in ipſis eſt, & poteſtas & intenſio, quatenus ab aliis eiuſdem generis differt. Item, quemadmodum corpus informe eſt, ita rationi cõſentaneum eſt, ut forma, immaterialis ſit atq; incorporea. Ex his enim utrunque conſtat. Præterea, ſi corpus eſt inanimatum, cur nõ etiam anima eſt incorporea? Pręterea, ſi anima eſt corpus, uel ſimplex, uel compoſitum erit. Sed ſi ſimplex, uel terra, uel ignis, uel aer, uel demũ aqua erit. Quod ſi aliquod horum anima per ſe eſt, omne igitur tale erit anima, ut omnis ignis, omnis aer, & omne quod hunc circumplectitur, erit corpus animatum. Quapropter ſi aer eſt anima, arteria ergo, & pulmo, atque uter inflatus, & demum omne corpus, quod aerem in ſe contineat, erit animal. Si autem aqua eſt anima, cadus aquę plenus animal erit. Verum hæc abſurda ſunt. Præterea ſi aliquod corporum ſimplicium eſt ipſa anima, omnis compoſitio, in qua etiam hoc corpus inſit, animatũ erit atq; animal. Si autem compoſitio ex ſimplicibus eſt anima, noſtrũ igitur corpus anima erit. Præterea oĩs corporis proprius quidam motus eſt, ceu ſimplex quidem ſimplicis, miſtus uero compoſiti, aut iuxta prædominans, & excedens. Animę autem nullus motus localis proprius eſt. Nec ex ſimplicibus igitur, nec ex compoſitis corporibus erit. Neq; enim motus per ſenſum, aut imaginationem aut affectionem exiſtentes per alterationem, ſunt locales animæ motus per ſe. Sed amborum, corporis uidelicet, atq; animæ. Præterea ſi anima eſt corpus quomodo corpus animæ particeps eſt, & quomodo anima in ipſo eſt? Vel enim tanquam pars erit, atq; ita nulla alia pars corporis animata erit. Aut potius nulla pars ipſius animata erit, ſed anima & corpus ſegregatim ac ſeorſum. Sed neq; anima in corpore erit, ceu in uaſe. Hac enim ratione non totum corpus animatũ eſſet. Sed neq; etiam per ꝓpinquũ ſitũ. Neq; enim hoc etiam pacto totum corpus animatum erit, uel potius omnino non animatum. Non enim in aceruo frumẽtum eſt in hordeo. Quod ſi totum per totũ, quoniã uniuerſum corpus aĩatũ eſt, quomodo corpus ꝑ corpus penetret, oſtendendũ eſt. Nã quoniã ex eorũ ſententia, aĩæ qualitates ſunt corporeę, & q̃litates etiam corporis tales ſunt, multa corpora in eodem & differentia penetrabunt, & in eodem loco. Quod ratione ac demonſtratione indiget. Pręterea, nonne, dum adueniunt & abeunt, augebunt, aut diminuent corpus? Ad hęc itẽ, ubi qualitates abierint primæ ſeparatę, cum corporeę ſint, in non Ens diſſoluẽtur ac corrumpẽtur. Nullibi enim ſunt, atq; ita ex nõ ente erũt. Pręterea ſi ita anima eſt in corpore, ut tota per totum penetret, & temperata ſit cum corpore, non amplius erit animalis, aliud quidẽ anima, aliud uero corpus, ſed ex utriſq; quoddam aliud ſimul corruptum atq; coalteratum conſtabit, ut ipſum melicratum. Neque amplius, hoc principatum tenebit, illud obediet ac ſeruiet. Neq; hoc honorificentius, illud minus, neq; corpus habebit animam, neq; anima erit in corpore. Neq; enim initio pars animalis altera erit corpus, altera anima. Sed ſolum animal erit ex iis horum quoddã temperamentum, & unum quid, totumq; ſibi ſimile, quale eſt ęnomeli. Quod perabſurdũ eſt. Animalis enim altera pars anima, altera corpus ẽ, ut hoc aliud, illud, aliud ſit. Quare etiam ſeparatur. Præterea ſi etiam ipſę uirtutes & artes ſunt corpora, nonne, cũ alicui adueniunt, coarctabunt corpus uel augebunt? Præterea ſi id, cuius gratia aliquid eſſe dicitur, eſt forma, igitur anima, cui animal, ꝙ ſit, acceptum fert, eſt forma. Eſſe autem formam ipſam animã liquet inde, ꝙ nullo alio modo oſtendi poteſt animal ex anima & corpore conſtare. Præterea, ſi corpus, quatenus corpus, à corpore nihil differt, ſed differt, ꝙ animam habeat, non igitur anima eſt corpus. Quæ enim genere eadem ſunt, cõmunem habent naturam, quę uero naturam communem habent, indifferentia ſunt iuxta illud commne: quæ igitur genere eadem ſunt, indifferentia ſunt iuxta genus. Genus autem ipſorum eſt corpus. Quare corpora, quatenus corpora, indifferẽtia ſunt. Corpus igitur, quatenus corpus, ab alio corpore non differt. Quare ea, quibus corpora inter ſe differunt, non ſunt corpora. Cæterum ipſa incorporea genere non ſunt eadem, quare neq; indifferentia ſunt, quatenus incorporea. Ipſum enim incorporeum æquiuocum eſt. Incorporeum enim alia in ſubſtantia ſunt, alia in quantitate, alia in aliis prędicamentis. Si uero qs diceret, corpus à corpore quidem non differre iuxta commune corpus, ſed quatenus utrunque eorum eſt quoddam corpus, differre: reſpondendum eſt, uniuſcuiuſq; corporis eſſentiam conſtare per proprias differentias & proprias formas, quę differentes ſunt, ęe autem ſunt incorporeę. Quare ea quibus à ſe differunt quędam corpora, non ſunt corpora. Pręterea ſi prima anima eſt ſpiritus, uel in ſpiritu, uel demũ in igne, qui in nobis exiſtit, certe poterit in ipſis etiam ſeparatis eſſe. Poſtq̃ enim ſeparata ſunt ab animali, manent etiam & ignis & ſpiritus. Quod ſi ita res habet, ſpiritus igiť & ignis animalia erunt. Verum ſi hoc impoſsibile eſt, impoſsibile quoque eſt, in aliquo horum eſſe animam, ſed in miſto ex quatuor, quod ita miſtum ac cõpoſitum ſit, uelut corpus animalium miſtum eſt.

Quorundam argumentorum dilutio. Cap. xxv.

QVæ uero adducunt, contendentes animam eſſe corporeã, futilia ſunt & leuia. Neq; enim, quoniam ſimile de ipſa prędicatur, propterea eſt corporea, ſimile enim non tm̃ eſt in corporibus. Nã & in lineis & figuris planiſq; eſt. Atq; etiam magis in co-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

loribus & qualitatibus ſimilitudo eſt: Quæ corpora non ſunt. In uniuerſum autem, corpus eſt ſubſtantia, ſubſtantiæ autem propriũ eſt, quod idẽ iuxta ipſam aliquid dicatur, non q; ſimile. Qualitatis autem proprium eſt, ſimile, quæ eſt incorporea. Quare ſi aliud quid ſimile eſſe dicatur, quatenus qualitatis eſt particeps, ſimile dicetur. Animę igitur anima eſt ſimilis, non quatenus anima eſt, ſed quatenus qualitatis cuiuſdã uel diſpoſitionis ſimilis particeps eſt. Falſa quin etiam eſt ratio illa, qua aſſerunt, incorporeũ corporei affectionẽ nõ ſentire, quare non eſſe in corporeã ipſam animam, neq; enim uerum eſt, incorporeum corporis affectu nõ tangi. afficiũtur enim cum corporibus affectis ea, quæ in ipſis incorporea ſunt, plurima quidem per accidens, iam uero quædam etiam ſimpliciter. Ve lut ſuperficies corporis, quod perturbatum ac confuſum ſit. Sed neq; anima affectũ corporis ſentit, tanquã diuerſa exiſtens ac ſeparata, ceu amici affici & con dolore dicuntur. Sed patiens quidem eſt utrũq; corpus ſcilicet cum anima, ideſt animal quod ex anima cõſtat & corpore, quod quidem animal corpore ſecatur, anima uero dolet, quod uero dolet, eſt animal, quemadmodum id, quod ambulat, animal eſt, item quod aſpicit, quod cupit, quod amat, quod demum odit: affectiones autem corporis quidem ſunt peculiares, ceu excalfieri, ſecari, animæ uero, minime. Quare corpus quidem etiam ſine anima ſubſiſtit, anima uero ſine corpore, haudquaquam. Eſt enim ipſius corporis Entelechia & forma. Nec ſolida quidem eſt ea ratio, quę aſſerit, nullum incorporeũ ſeparari à corpore, ſed animam ſeparari à corpore: Quare non eſſe incorpoream. Separari enim duplex eſt, aliud ſubſiſtentia, cum utrunq; ſeparatum remanet, aliud uero alterius corruptione, uelut albũ ſeparatur à corpore nigro facto. Secundo itaq; ſignificatu incorporeum à corpore ſeparat: Sic quoq; anima à corpore. Sunt etiam quędam incorporea ratione ſeparabilia à corporibus, ut forma à materia, ut à loco corpus. Falſum quoq; eſt dicere ea ſeparari à ſe, quę ſe mutuo tangũt. Omnia enim accidentia ſeparari quidem poſſunt, non tamen ſe tangunt. Neq; demum id admittendum eſt, quo reſpiramus, eo ſumus reſpiratiui, ſed anima ſumus animati. Neq; ſi ſine innato ſpiritu non poſſent eſſe animalia, propterea anima eſt ſpiritus. Nam etiam alia quædam ſunt ſine quibus impoſsibile eſt eſſe ipſa animalia, quę ne ipſi quidem animam eſſe dicũt. Neq; ſine ſanguine eſſe poſſunt ipſa ſanguine prædita, nec penitus ſine humiditate.

Plures eſſe animę poteſtates non unam tantum. Cap. uigeſimumſextum.

NOn unam eſſe animę potentiam, ut eadem quodammodo ſe habens, modo cogitet, modo iraſcatur, modo cupiat, ſingillatim oſtendẽdum eſt ex affectionum aduerſus rationem pugna, quę eſt in temperato homine, atque in intemperato. Non ſemper enim in iis idem uincit & uincitur. Deinde, ſi alia quidem animæ pars melior, alia deterior eſt, conſentaneũ rationi eſſe uidetur, ut earum utraq; diuerſa ac diſſimilis ſit. Poſtea demonſtrandum eſt, ſeparatas eſſe potentias, nec omnes in omnibus eſſe. oſtendemus nanq; plantarum potentiam animam eſſe, & animæ partem, ac potentiam, cuius particulę ſunt nutritiua, auctiua, & genitiua poteſtas, non autem plantarum poteſtatę eſſe naturam, ut quidam autumant, quòd non omnia quę naturam habent, & ſecundum naturam ſunt, habeant has poteſtates. Nam ſimplicia corpora naturaliter ſunt, & naturam habẽt, ſed non nutriuntur per ſe, neq; augentur, neq; gignunt. Præterea ſi nutrire, augere, & gignere naturæ eſt, non animę: ſentire autem animę eſt, uel dicendum eſt nos ne uiuere quidem, cũ nõ ſentimus, uel binas animas in nobis exiſtere. Quod perabſurdum eſt. Pręterea, ſi uiuere eſt prętentia animæ, ſed ea, quę ſolam plantalem potentiam habent, uiuunt, plantalis igitur potentia anima erit. Vita enim eſt nutritio per ſe & incrementum. Prętera, ſi natura uti, uiuere eſt, ſimplicia igitur corpora, quæ ſecundũ naturam mouentur, uiuent. Prętera, ſi ea, quæ anima utuntur, uiuunt, quæ uero natura utuntur non uiuunt, natura igitur non eſt anima. Inſuper ſi ea, quę utuntur anima uiuunt, quę uero plantalem & nutritiuam potentiam habent, uiuunt, nutritiua igitur & plantalis potentia anima eſt. Prętera ſi particulam genitiuam animam eſſe aiunt, ea uero eſt ſub plantali, omnis igitur plantalis potentia animalis erit. Confert autem huius rei demonſtratio præſertim ad demonſtrandum, differentias animales non eſſe, circa quas animę actus uerſetur. Sed has animę potentias à ſe mutuo differre. Non enim poſsibile eſt eadem potentia, ceu ſenſitiua intelligere, aut intellectiua ſentire. Si enim plantalis potentia animalis eſt, impoſsibile autẽ eſt eadem potentia ſimul plura ac differentia agere, ſed ſemper in uiuentibus agit nutritiuum, uel nullũ alium actum agemus ſecundum animam, ſi una eſt animalis potentia. Vel ſi alios quoq; actus agimus, ceu ſentimus in eodem & alimur, non una erit potentia. Neq; uis imperans, hoc eſt rationalis, quodammodo ſe habens, circa ſingula agit. Neq; enim artes ex organorum diſſimilitudine differentiam habent, neq; circa quę & quarum rerum artes ſint: ſed eſt differentia ipſarum prius ſecundũ proprias poteſtates. Præterea pluribus ſenſibus ſimul ſentimus. Prętera, ſi operatio eſt actio una cum uſu organicarum corporis partiũ, ut loqui, ut ambulare, & manibus aliquid agere: contẽplari igitur nõ erit agere, neq; intelligere erit agere, quare nec iudicatiuum erit actiuum. Præterea, ſi ſenſitiui finis eſt contemplatiuus, iudicatiuum enim eſt, ꝑ corpus tamẽ: quare etiam cum affectione, motiui autem & impulſiui finis eſt actiuus & actiones, differentes igitur hæc per finem, quod nõ ſe inuicem conſequantur, nec ſimul utraq; adueniant, & quod ſenſitiuum pręeat, & quod non ſemper ſenſum ſequatur impulſio & motus ad illam rem, quam ſenſit, quodq; non ſemper motus, cum fiat, poſt ſenſum accidat. Eſt autẽ appetitiui & motiui, tum cupere, tum iraſci, & uelle, pręterea etiam rationale eſt iudicatiuum, & tanquam princeps quidam. Iudicatiuũ enim pręcedit rationale, quod etiam intellectiuum appellare conſueuimus. Sequitur autem & ſubiectum eſt ſenſitiuum, cuius eſt imaginari, aſſentiri, & recordari. Quod uero ſenſus cõmunis diuerſus ſit à ſingularibus, patet ex eo, quod uiſio quidẽ eſt ſenſile, ſed non uiſile. Similiter quoq; in aliis. Prętera contemplatiuus intellectus non uerſatur circa actiua, neque circa appetenda & fugienda. Prætera liberum quod dicitur arbtrium eſt in agendo & in deliberando, ſed non in uidendo, nec in aſſentiendo

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

assentiẽdo,neque in imaginando,neque in sentiendo. Sed neq; in plantali. Pręterea secundum appetitiuum ab anima mouemur,non secundum ullam aliã potentiam.quare hęc ab illis diuersa est.

Animam in subiecto non esse, Cap. *uigesimũ septimũ.*

AIt etiam Aristoteles in prędicamentis,nullam substantiã in subiecto esse. Quare si anima est substantia, non erit in subiecto. Verũ quoniã huic rationi obiici potest,eum de substantiis locutum fuisse, de hisq; mentionem in prædicamentis fecisse.Hæ autem sunt,tum indiuiduum, tum species,& postremo genus.Non amplius autem de materia, deq; substãtia secundum formam,uerba fecisse.Substantię nanq; ibi dixit nihil contrrarium esse, cum tamen dicat formæ naturali,quæ substantia est, priuationem contrariam esse, sed nulli illarum substantiarum quicquam contrarium esse.Age hoc ipsum singillatim discutiamus,si possibile est,ut in subiecto anima sit,aut omnino forma in materia. Nunquid igitur, locus tanquã formę in materia,eius,quod est in aliquo diuersus est ab eo, quod est tanquam in subiecto? Fieri enim nequit, ut forma sit materia tanquam in subiecto, siquidem in subiecto est id, q; cum sit in aliquo, non tanquam pars,impossibile est esse sine eo, in quo est. oportet enim ut subiectum illi, quod in subiecto est, hoc aliquid sit. Nihil autẽ est,ut sit actu hoc aliquid, & eius,in quo esse dicitur,pręter formam. Propterea igitur neq; materia ipsa per se subsistẽtiam habere potest,quoniam nondum in ipsa est forma. Vnũquodq; enim entium cum forma est hoc aliquid. Secundum formã enim omne est id, quod dicitur. Quare forma naturalis non erit in subiecto,materia uidelicet. Forma quidem,quę arte gignitur, in subiecto est, q; sit hoc aliquid & formam in subiecto habeat. Velut artifex artificialem formam inducit ac circũponit: uerum forma naturalis nõ ita dici potest in materia esse.Neq; enim materia est hoc aliquid, neq; actu subiectũ p se. Si igitur forma naturalis non est in subiecto, anima autem est forma naturalis,neq; igitur anima in subiecto erit.Non enim simpliciter in omni corpore anima gignitur,nam in omni corpore gigneret,quare etiam in simplicibus,igne,aere,aqua,terra. Id quod fieri nõ potest. Sed ipsi subiectũ est & materia ipsum corpus organicum,quod neq; antequam animã habeat,possibile est organicum esse, neq; amissa semel anima amplius organicum est.Nullum enim inanimatum corpus est organicum. Inde igitur colligi non potest, in quo nam sit anima. Cũ hac enim est organicum, ceu plumbum cum grauitate. Sed neq; ignis in carbone est tanquam in subiecto.Ille enim qui primo & proprie ignis uocatur,non uersatur in carbone,neq; in ligni,aut alia eiusmodi materia. Suapte natura enim subsistit,ut aer,terra,& aqua.Ignis uero ministerialis, qui materia,quę apud nos est,indiget,neq; ipse in subiectis materialibus é,uel in carbone.Sed unũquodq; horum est materia igni, cũ enim iam ignis factus est, non amplius est carbo,sed actu quidem est ignis,potẽtia uero carbo. Quoniam si tunc fuisset carbo, certe ignis in eo subiecto esset. Non esse autem carbonem inde colligitur, q; carbonis proprietates non retineat. Id uero, quod aliquid in subiecto habet, propriam substantiam conseruans,hoc habet.Quemadmodum enim aer ex aqua mutatus potestate est aqua,actu minime,propterea aer non est in aqua tanquam in subiecto:ita neq; carbo,qui factus sit ignis, in subiecto semet ignem habebit,cum non amplius carbo maneat. Non enim in hoc in subiecto erit, quod in igne esse tiam habet neq; in illo, quod antea quidem erat: carbo, nunc uero igne in eo iam genito, non amplius est, sed corruptum est. Animaduertendum tamen est, q; Aristoteles Naturam,quę forma est,in subiecto esse affirmat in secundo Physicæ auscultationis. Subiectum enim quoddam & in subiecto est semper ipsa Natura. Ait porro in initio secundi de anima,Corpus enim non est eorum, quæ de subiecto. Vbi pro eo, quod est in subiecto,id quod de subiecto,usurpat.Dicens autem corpus non esse eiusmodi,animam ex consequenti esse affirmat talem. Aut, de subiecto, dicere potest nõ quod in subiecto est, sed cui opus est,ut sit, subiecto aliquo.Ita quoq; se habet forma in materia. Formam uero ita se habere,hinc aliquis ostẽdere posset.Si forma est corpus,uel id corpus erit absq; forma, uel formam habebit.Si igitur sine forma, forma igit erit materia.Si uero forma habebit formam,illa uel ipsa quoq; corpus erit,& eadem denuo ratio in illa erit: aut si incorporea erit,forma etiam illa, quę primo accepta est, incorporea erit.Præterea si forma illa, quæ corporea erat, formam habebit, illa profecto forma, quatenus corporalis forma est anima,uel incorporea, uel corporea erit. Si incorporea,corpus uero essentiã animæ secundum formam habebat, anima igitur incorporea erit.Quòd si hæc quoq; corporea est,in infinitũ oratio progredieť.

Forma & materia an sit substantia, Cap. *uigesimumoctauum.*

QVamobrẽ aĩa, cum entelechia, substãtia sit, uel omniũ naturaliũ substantiarũ,quę proprię substantię sunt:quatenus est unumquodq; ipsorum hoc aliquid,ut terra,ignis.Et animal quidem est naturalis substantia.Et anima est eius forma & entelechia,quatenus animal.Substantia igitur ipsa quoque anima est. Ex substantiis enim substantię. Ex non substantiis substantia nunquam gigni potest. Quare quoniam ex materia & forma constant substantię naturales,materia igitur & forma substantiæ sunt. Prętera ex forma & materia naturalibus naturalis substantia constat. Verum eę,ex quibus substantia naturalis componitur,substantiæ sunt:forma igitur & materia sunt naturales substãtiæ. Præterea, si substantię proprium est,ut contrariorũ per uices susceptiua sit, sed anima est contrariorum susceptiua per uices,uitii enim ac uirtutis,substantia igitur erit.Quomodo igitur, si ex non substantiis impossibile est substantiam gigni,ex non corporibus corpora fiunt? Neq; materia enim neq; forma,ex quibus corpus constat, corpora sunt.Vel si gigneretur corpus,oporteret id ex nõ corpore gigni. Omne enim quod gignitur ex opposito sibi gignitur.Similiter,si substantię esset generatio simpliciter,certe ex non substantia gigneretur.Verũ quoniam nihil horum simpliciter fit, neq; materia ipsa vnquam per se,neq; forma per se existentes ac coeuntes corpus faciunt,sed hęc quidem cogitatione separãtur. Semp uero materia in forma aliqua uersatur, neque vnquam procul à forma est.Generatio autẽ iis,quæ

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

gignunt, nõ est simplr ex materia & forma, sed ex hoc corpore p formę uariationẽ gignit. Quare ex quodam corpore certo, certũ quoddã corpus gignit, nõ simplr corpus gignit ex corpore. Gigneret autẽ simpliciter corpus, si vnquam actu separata forma & materia coirent, atq; ita ex non corporibus gigneretur corpus. Quomodo igitur partes substantię substantiam esse dicimus, & propterea materiam & formam appellamus substantiam, partes autem corporis non amplius corpora? Siquidem etiam hæ sunt partes corporis, forma scilicet & materia. Aut forma & materia non sunt corporis partes. Corporis enim partes sunt, quę corporis completiua sunt. Hæc uero non complent corpus. Sed sunt tanquam substantiæ partes. Propterea, cuius sunt partes, eiusdem naturę cum eo sunt, cuius uero non sunt partes, non eadem sunt cum illo. tanquam substantiæ uero partes esse patet, quòd substantia utraq;, & quatenus subiicitur, substantia uocetur, & quatenus hoc aliquid est forma. Substantia enim subiicitur. Sed nihil subiici potest, nisi sit hoc aliquid. Substãtia igitur, ut sit subiectum, à forma adiuuabitur. Quare ea, quibus acceptum substantia refert, ut subiectum sit, substantię sunt.

Qualitates non esse corpora. Cap. uigesimũnonum.

SI qualitas est corpus naturale, omne autem corpus naturale substantia est, qualitas igitur est substantia. Vel qualitas est diuersa à natura, quæ illi cb iicit ur. Non enim idem est aqua, & frigiditas, quę irc a eã est. Nã hoc pacto oẽ frigidũ esset aq̃. Verũ subiectanatura ipsi qualitati, est substãtia. q̃litas igit substãtia nõ est. Diuersę enim naturæ est. Id quod inductione corroborandum ac confirmandum est. Ab omni quippe substantia diuersa est qualitas, quę circa ipsam uersatur, sed est primum, igitur secundũ quoq;. Qualitas igitur à substantia diuersa est: id quod diuersum à substantia est, non est substantia, qualitas igitur non est substantia. Verum si omne corpus est substantia, qualitas autem non est substantia, qualitas ergo non est corpus. Prętera si albedo est corpus naturale, omne autem corpus naturale, tactile est, albedo igitur tactilis est. Sed non est tactilis, non igitur corpus est. Si enim albedo tactilis foret, certe tactus ab ea afficeret, uerum non afficitur non igitur tactilis est. Præterea si tactus à contrariis cõtrarie afficit ac patit, duro, molli, calido, frigido, quare ab albedine & nigredine, q̃ cõtraria est albedini, cõtrarie afficiet: à dulcedine itidẽ ac amaritudine. Sed non afficitur contrarie, nõ igitur tactilis est albedo. Præterea omne corpus naturale mouens, quatenus corpus, localiter mouet & corporaliter, hoc est, ita ut tangat, uel. n. propellens, uel ꝓiiciẽs, uel trahẽs, uel premens, uel conuoluens, aut uehens, aut portans, uel si quis alius modus motus corporalis existit. Nulla autẽ qualitas localiter mouet per se. Qualitas igitur non est corpus. Si qualitas est corpus, omne autem corpus qualitatem habet, aut saltem qualitatem excipere potest: qualitas igitur uel qualitatem habebit, uel qualitatem recipere poterit. Quod admodum absurdum est Qualitas itaq; non est corpus. Si enim reciperet aliam qualitatem, progressus in infinitum iret. Ptęterea si qualitas est corpus, omne autem corpus, quod actu existit, qualitatem habet (materia enim est corpus potentia) qualitas igitur qualitatem habebit. Quod absurdum est. Prętera, qualitas illa, quam habet, uel corpus est uel incorporea. Si uero est incorporea, qualitas igitur non est corpus. At quonam priuilegio prior quidem qualitas corporea est, hæc uero non item? Quod si ipsa quoq; est corpus, habebit ipsa quoq; qualitatẽ, idq; in infinitum. Præterea fiet, ut multa corpora in eodẽ sint. Quod fieri non posse, alibi à nobis explicatum ac demonstratum est. Prętera si qualitates sunt corpora, cur præsentia earum aut absentia, nõ augentur aut decrescunt corporea? Quod si dicant, propterea quod aliæ adueniant aliis abeuntibus, merito dubitandum est, quomodo pares sint aduenientes ipsis abeuntibus. Præterea unde nam ueniunt uenientes, aut quo abeunt, quę separantur? Oportet enim locum ipsarum esse, si modo sunt corpora. Prętera in iis, quę odorẽ habent, quomodo, cum continue odor abeat atq; effluat, id quod odoratum est, à quo odor abit, non imminuitur? Non enim tũc alius uice abeuntis, odor ingreditur. Prętera nõnulla corpora suscipiunt qualitates, nec tamen eas, quas habẽt, amittunt. Velut aer, qui odore caret, allata aliqua re odorifera, odoratus redditur. Ille quoq;, qui uirtutem aut uitium recipit, cum prius in uitio non esset, quomodo non augetur? Prętera, si qualitas est corpus, ea inquam, quę in malo est, certe qualitas odoris per totum mali corpus transit, atq; ęqualem ipsi locum occupat. Tamen trãslato malo. aer ambiens suaueolentia repletur, cũ, multo maior ac latior sit. Quare per eum quoq; eadẽ qualitas transiuit, & æqualem ipsi locum occupauit. Et si rursum alium in locum traducatur malũ, denuo aliũ aerem replebit. Quomodo igitur ęquale corpus manens & per malum penetrans, & illum locum occupat cum malo, & simul alium multo mãiorem: atq; alias alium? Neq; enim eadem suaueolentia in primo aere, una circunfertur cum malo, neq; ex malo semper alia atq; alia beneolentia gignitur. Qui enim fieri potest ut ex corpore exili, aliud longe maius exeat, cum ipsi nihil accedat atq; adiiciatur? Præterea nullum corpus in non ens corrumpitur, sed qualitates in non ens corrumpuntur, qualitates igitur non sunt corpora. neq; enim ipsa albedo manens facta est nigredo. Prętera si qualitas est corpus, omne autem corpus, uel materia est, uel ex materia & qualitate cõstat, erit qualitas aliquid horum. Vt sit autem materia impossibile est. Reliquũ est igitur, ut dicamus ex materia & qualitate constare ipsam qualitatem. Quod si hoc ita habet, primo q̃litas nõ erit qualitas, Sed materia & qualitas. Diuersa enĩ interse hęc sunt. Prętera ipsa quoq; qualitas cum materia iuncta, rursum erit qualitas & materia, si modo est corpus: Atq; hoc pacto in infinitum. Atq; infinitę materiæ erunt in unaquaq; qualitate. Si enim ipsa materia est qualitas, omne corpus actu existẽs constabit, nõ ex materia & qualitate, sed ex qualitate & qualitate, hoc est ex materia & materia. Quandoquidem idem est materia & qualitas. Nec quicquã differet materia à corpore in actu. Quod si id ita est, materia uero qualitate caret, corpus igitur in actu qualitate itidem carebit. Et uel penitus non erit qualitas, uel nullũ aliud corpus erit, pręter qualitatẽ. Prętera si qualitates corporeæ sunt, & lumen quoq; qualitas est, atq; ut ipsis uidetur, corpus est, quomodo à lucerna, corpore tam paruo, tantũ corpus egreditur,

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ut aeri ambienti adæquetur, qui tantus est: & transilato iterum in alium aerem, aliud rursum tantuudem exit? Aut qui fieri potest, ut non crescat aer, cum tantum corpus ipsi accesserit? Vel quoná pacto lumen transit per ipsum aerem, qui plenus est, cumq; ipso téperatur? Vel si hoc quoq; una circunfertur, quomodo lumen id, quod foris ab ea gignitur, cum lucerna unitum ac cõiunctum esse potest? Præterea quo pacto aer ille, qui intra cubiculum est, ubi multas exceperit qualitates, non augeť? In ęquali enim eodem, & lumé, & calor, & odor, colorq; ac sonus. Hæc igitur omnia, cum corpora sint, & per totum cubiculi aerem uersentur, quomodo ipsum non augent: aut cur domum nõ rumpũt? Aer enim qui in utre est, si paululum augeatur, utrem diffringit. Aliud enim esse qualitaté, aliud esse corpus qualitatem habens ac qualificatum, tum intellectu cum etiam ratione hinc perspicuum est. Vel idem est corpus, & quale corpus, uel diuersum. Si diuersum, certe adiectione quadam ac differentia quale corpus, à corpore diuersum est. Perspicuum uero est, ipsum esse diuersum. Nam & definitiones ipsorum & rationes differunt. Id sane, quo quale corpus à corpore differt, Qualitas est. Quare corpus qualitatis præsentia & adiectione quale corpus factum est. Sed id, quod alicuius rei factum est particeps, diuersum est ab eo, quod erat antequam particeps esset. Diuersum item é, quod participat, ab eo, quod participať. Id igitur, quo quale corpus à corpore differt, est qualitas, quæ uidelicet corpus non est. Corpus enim commune est corpori, & quali corpori. Neq; uero quale corpus à corpore differt per quale corpus, sed p qualitaté Definientes igitur quale corpus & corpus, differétiã ipsorum, non per quale corpus, sed per qualitatem facimus. Quòd si quis asserat idem esse corpus & quale corpus, primo rationes ipsorum eædem erunt. Quare erit albi corporis, & corporis rursum, & nigri corporis eadem ratio. Quod si hoc ita est, albi corporis & nigri eadem ratio erit. Vtraq; enim earum est eadé. quãtum ad corpus attinet. Præterea si eadem est corporis & qualis corporis essentia, idem erit corpus subiectũ albo, & corpus quod iam ante albedinem receperit, & albũ. Atq; altero corrupto, corrumpetur una corpus, quod albo subiicitur. Id quod fieri non uidemus. Manens enim hoc, quod tunc album fuit, idem numero, contraria suscipit.

Aduersus eos, qui nullum ex quatuor corporibus, quę elemẽta uocamus, suapte natura subsistere asserunt.

Cap. trigesimum.

SI quatuor illa corpora semper inuicem mista sunt, & unumquoq; ipsorum uocatur hoc aliquid à redundante ac excedente in ipso nec potest aliquid eorum per se, seu seiunctim deprehendi: Propterea q;, terræ quidem propria est repercussio, ignis autem uisile: Aliorum demum aliud quid, & idcirco unumquodque, ipsorum pluribus sensibus sensile est, quatenus aliorum quoq; particeps est. Nam etiam ignis tactilis est & reuerberatiuus, quoniam terrã in se habet. Et terra uisilis est, quoniam ignis in ipsa inest. Quidnam proprium corporis esse dicent, & quamnã rationem adducent communis & naturalis corporis, quatenus corpus est? Si enim non est omnis corporis repcussio, neq; est ratio eius, ut sit trifariã distans una cum repercussione (Hoc enim terrę proprium esse dicunt) quęnam est communis corporis ratio? oportet enim aliquam esse, si modo generum ratio ulla est, & diuersa à ratione uniuscuiusq; speciei. Eatenus nanq; genus ab iis, quę æquiuoce dicuntur differt. Preterea si idcirco aer tactilis est, quoniam terrę particeps est, & propterea repercussionem nõ admodũ habet, quoniam minus terrę habet: Cur nam, ubi utré flatu quispiam complerit, tunc magis reuerberat? Cogentur enim dicere, spiritum plus terræ tunc accepisse, siquidem à terra est reuerberatio. Quòd si, quoniam diffundi nõ possunt, quę concluśa sunt, idcirco repcussionem habet: non igitur, quod minus aut plus terræ habeat, in eo est repercussio, sed propter propriam naturam. Idem enim manens, modo magis, modo minus repercutit. Quare propter aliud quid est reuerberatio. Præterea si hæc corpora in se mutuo mutantur, communi ipsis subiecta materia, & per formam inter se contrarietatem habent, semperque id, quod potẽtius fit, in suam naturam conuertit superatum, cur nam in aliis separatis, quę prope apposita ac sita sunt, minora à pluribus corrumpuntur, si fuerint contraria, cumq; minora in unoquoq; maiorum existãt, quę idcirco hoc aliquid esse dicuntur, cur inquam ab excedente non corrumpitur eorum natura? His enim qui ita asserunt continget secundum similares Anaxagorępartes generationem per congregationé & disgregationem esse dicere, non autem per trãsmutationem. Preterea, si omnis res accepta illa quatuor in se habet, nec possibile est deprehendi aut reperiri aliquid segregatum, purum ac simplex, in infinitum progressio ibit semper eius, quod sumitur & aufertur, cum quatuor particeps sit. Si enim cum sensum fugiunt propter exilitatem, tunc simplicia ac uera ipsa deprehendi asserent, non erunt igitur omnia mista. Præterea, si id, quod non amplius uidetur, adhuc igni mistum est, non propterea quòd uisile est, ignis particeps est. Nam etiam cum non amplius uisile est, nec uidetur amplius, particeps ignis tunc est. Preterea quonam pacto ex compositiõe talium ipsum uisile erit? Non enim compositio ex impermistis mistionem alicuius aliorũ faciet. Quod si talium rerum compositio inuisilis erit, quod ununquodq; ipsorum igni impermistũ sit, poterit aliquod sic compositum corpus, in infinitum adauctũ, inuisile manere, similiter quoque, intactile, si ex purioribus terræ partibus componatur. Præterea, utrum dicunt, imposibile ne esse, ut materia caliditatem & siccitatem suscipiat, & ignis gignať sine frigiditate & siccitate, ex quibus terrę essentia constat: An uero potest sine frigiditate caliditaté suscipere? Si enim imposibile esse dicent, nonne absurdũ est eãdem dicere secundum idem frigiditatis & siccitatis esse susceptiuam, quę contraria sunt? Quorum alterum seiunctim suscipere non potest. Secundum idem enim imposibile est. quomodo igitur subiectum, quod caliditatem ac siccitatem habet, tactile non erit? Hac enim ratione calidum iuxta ipsos sensile non erit ex sua netura. Quod si imposibile est, ut ipsum subsistens actu subsensum cadat, nisi aliquid frigiditatis in eo mistũ fuerit. In hoc enim terrę essentia uersatur, & hoc ab igne differt. Quare sensile, à contrario ipsius erit. Itidemq; in aliis. Atq; ita, cum nihil sit impermistum contrario, & purum sensile esse poterit.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

Aerem natura calidum esse. Cap. trigesimũprimũ.

SI ignis, qui calidus & siccus naturaliter existit, leuis est, certe id, quod post ipsum leue erit, communicabit cũ ipso in illo, quatenus leue est. Verum ignis leuis est & calidus. Siccum igitur, naturaliter in terra ineſt, quę grauis est. Aer igitur, qui secundo leuis est, calidus existit. Pręterea si reliqua elementa, quæ sibi proxima ac finitima sunt, in communi aliquo finitima ac uicina sunt: consentaneum est rationi, ut aer cum igne aliquam communem notam habeat. Cum autẽ humidus sit, quid nam aliud cum ipso commune habeat, q̃ ut calidus sit? Terrę nanq; atq; aquæ cõmune ipsum frigidum. Aquæ uero & aeri ipsum humidum. Aeri demum atq; igni reliquum est calidũ. Præterea si simplicia sunt, calidum, frigidum, siccum & humidum: atq; hæc sunt, quę elementa informant, certe specie different, quæ tactili simplici differentia distant. Quare si aqua & aer specie differunt, aliqua profecto simplici differentia discriminabuntur. Verum humidum in ipsis idem est. Reliquum est igitur, ut per frigidum & calidum sit differentia in ipsis. Præterea, si ea, quæ secundum magis & minus differunt, specie nõ differũt: aer igiť, qui est frigidus & humidus, ab aqua nihil differet. Nam illa frigida & humida est. Nam & si hanc magis, illum minus quispiam esse dicat, non tamen specie distabunt. Vtraque igitur unum erunt. Neq; amplius quatuor erunt elementa. Præterea, si cum quatuor sint complicationes seu coniugationes ex sicco, humido, calido, & frigido: tres quidem alia elementa informant ac specificant, par est, ut reliqua cõiugatio aeré specificet. Calidum enim & siccum specificant ignem. Siccum uero & fridum, terram. Frigidũ & humidum, aquam. Calidum igitur & humidum aerem informabunt. Præterea, id cuius generatio per calidum conficitur, calidum est natura sua. Sed aeris generatio ex aqua per calidum fit (excalfacta nanq; aqua in aerem transmutatur: Quin omne, quodcũq; ex terra in aerem transit, excalfacta terra, mutatur) Quare aer natura sua calidus est. Præterea si elementorum transmutatio facilius fit per notam illam, quã σύμβολον uocant, & est tribus cõmunis quędam nota, sed nihil aliud esse potest, q̃ calidũ: calidus igitur aer est. Commune autem symbolum terræ & aquæ est frigidum: ignis & terrę, siccum: Aquę & aeris humidũ: ignis demum & aeris, calidum.

Aduersus eos, qui per radios uisionem fieri affirmãt, Cap. trigesimum secundum.

SI per radiorum fluxum uisio fit, certe ipsi radii corpora sunt. Non enim fieri potest, ut alio modo moueãtur atq; progrediantur. Hoc igitur corpus radiorum, utrum aer est, an lumen, an ignis: & utrum cõtinuum est, an discretum? Quòd si continuum est, utrum effunditur ac exit tale, an potius exit discretũ, ubi uero elapsum fuerit, conglutinatur & continuum efficitur? Hæc enim omnia absurda sunt. Si aer est, quid opus est, ut effluat, cũ etiam foris sit aer? Quod si lumen est, & ceu aer lucidus, tale enim esse lumen ipsum arbitramur: uel hoc quoq; pacto superflua est effusio, cum lumen extrinsecus quoq; existat. Nam sine extrinseco lumine impossibile est, ut quisquam uideat. Præterea, cur noctu & in tenebris non uidemus? Ipsum enim lumen, quod per oculos effluit, satis esset ad illuminandum aerem extrinsecum: quod quidẽ lumen etiam usq; ad astra pertendere potest, adeo ualidum est ac prępotens. Verum si est diurno lumine infirmius, par erat ut noctu tanto magis & in tenebris uideremus: Interdiu autem, minime. Quandoquidẽ lumen minus à clariore lumine retunditur. Sic igitur nonnulla noctu splędent: Interdiu autem eorum splędor obscuratur uelut ossa quędam, et piscium capita, & insecta quędam cùm cauda ignita, quæ cicindelę à nostris uocitantur. Præterea si imbecillum est id lumen, quod emittitur, cum multa simul in tenebris conueniant ac iungantur, cur nam id, quod ex cunctis mistum est, nõ sufficit? Velut lumen à pluribus lucernis emissum plus illuminat, q̃ singula per se illuminare potuissent. Prętera, si lumen est uisile, cur aliorum uisus non uidemus, neq; interdiu neq; in tenebris? Verum si id, quod emittitur, nec aer est, nec lumen, reliquum est, ut ignis sit. Si igitur ignis est, erit certe calidum & ustiuum, sed tamen non est. Quare ne ignis quidem est. Si enim non est urens, iterum lumen esse asserent. Quidnam est hoc lumen? Ignis certe defluxus non est, ut ipsi opinantur. Nam alia quoq; nonnulla illuminat, quę ignis nõ sunt. Prętera id, quod emittitur, nonne in aqua extinguetur? Videmus tamen etiam in aqua. Vident quinetiã animalia, quę in aquis degunt. Præterea, si ignis est id, quod emittitur, certe naturale ipsi erit, ut sursum moueatur. Quare oportebat nos nõ similiter uidere, cũ sursum & deorsum aspicimus. Sed par erat ut sursum quidem facilius, deorsum coacti & uix aspiceremus. Præterea, si uisio est per radios, certe uisus erit tactus quidam, & per tactum radiorum apprehensio fiet. Atqui, si uisus extensi sensitiui sunt, cur nam calidum etiam & frigidum non percipiũt? Potius enim tactiles differentias, quam colores percipient. Prętera, si uisus corpus continue exit, primum oportebit, ut uniuersa pupilla meatus quidam existat. Quod non ita se habere patet. Prętera, si continue emittitur, quonam modo non dispergitur, hic fluxus ipsius uisus, cum scindatur circa aeré extrinsecum, sitq; eo tenuius atq; exilius? Aut si non dispergitur, cur, cum progressum est, in angustum non redigitur? Id enim alia corpora progredietia pati uidemus. Quemadmodum aqua exiens uel acceleratur, uel coarctatur, ut ea, quę è fontibus fluit, cum tamen aqua radiis solidior ac firmior sit. Flamma autem in acumẽ desinit. Corpus uero uisus, cur in conum dilatatur, atq; in tanto maiorem, quãto magis progrediatur, cũ tamen neq; crassa neq; tenuiora corpora id patiantur? Prętera, si corpus est, locum occupat, uel igitur corpus penetrat per corpus: aut uacuum est. separatum? aut demum antiperistasis fit, si in aerem emittatur, aeris, si in aquam, aquę. Sed absurdum est, si quis dicat, aquam in pupillam commigrare. Quærendum autẽ est in quid. Non enim in respirationem. nam ea, quæ in aqua uident, non respirant, nec penitus ulla aquatilia, quibusdam exceptis. Præterea, si in pupillam demigrat, non emittemus: tota pupilla, nec uidebimus: uerum erit locus quidam latus, in quo id, quod commigrat, locum habebit. In qua igitur ipsius parte uidebimus, aut in qua minime? Prętera, cur ea animalia quę non conniuent, in dormiendo non uidebunt, siquidem plenos habent corporis meatus? Quod si non continuum exit hoc pupillæ corpus, sed diuisum

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ac diſcretum, uel exiens conglobatur, & continuum redditur, aut manet diſcretum. Si compaginatur, quo modo rurſum, cum conglobatur in conum, extenuatur atq; explicatur tantum, ut unius coni baſi maxima cœli pars complectatur? Oportebat enim ut ab initio ſemel conglobaret ac coiret. hinc ab ambiente magis coarctaret, atq; in anguſtum redigeret. Pręterea ſi conus à radiis circundatur, qui diuiſi & ſeparati ſunt, ſi id ſpatium, quod eſt in medio radiorum, maius fuerit, plus erit id, quod nō uidetur, quàm quod uidet. Ac uidebitur quidem, quod utrinq; eſt, quatenus rectæ lineæ tendunt, medium autem non uidebitur. Si uero ſpatium illud æquale ſit, æquale non uidebitur ac tantundem: minus autem quodammodo erit ſpatium rectarum, cum rectę in medio tantam baſin efficiant. Pręterea, qui fieri poteſt, ut radii tam craſſa corpora ſint, quæ à pupilla tā exiguo corpore emittantur? Præterea, radii illi egredientes, cur neq; à uentis neq; ab imbribus, quæ cientur, circunferuntur ac conturbantur: Sed ſemper in rectum tendunt? atq; his exiſtentibus tamen uidemus, ſi aquæ ſuperficies in eodem ſtatu permaneat? Præterea, quonam modo radii per ſolida perſpicua tranſeunt? Si enim dicant, hæc corpora habere meatus, uel meatus uacuos habebūt, atq; ita erit quoddam uacuū ſeparatum, aut plenum aeris, aut alterius cuiuſdam corporis. Et ubi nā hoc manebit? Quomodo item plures per idem perſpicuum uidebunt? Plura nanq; corpora hoc modo per eoſdem meatus trāſibunt. Deinde, cur continua ipſa perſpicua uidentur? Oportebat enim ut ſoli eorum meatus uiderentur, aut deficeret ipſorum ſuperficies, ut in cribris uidemus. Similiter ea quæ per ipſa corpora perſpicua uidentur, obſcurari oporteret, in quo loco perſpicua meatibus carent. Vnde etiam tantum corpus in nobis exiſtit, ut uel uſque ad aſtra pertingat? Idq; in nobis exiſtit, ante etiam quam uideamus. Pręterea, quomodo fieri poteſt, ut tam uelociter hoc corpus moueatur, ut ſimulac aſpexerimus, cœlū uideamus? Prętera, quo pacto illi, q ex aduerſo ſe aſpiciunt, uideri poterūt, ſi in eodem radii ſibi occurrāt? Vel enim in medio ſtabunt, nec alter alterum uidebit, aut radii per ſe mutuo tranſibunt, atq; ita rurſum corpus tranſit per corpus. Vel alter è radiis ſuperabit, & alter alterū uidebit duntaxat. Præterea omne quod mouetur localiter, in tempore mouetur, & īpoſſibile eſt, ut aliquid ſecundum idē eadem uelocitate utens, duplum in eodem tempore moueatur. Verum ſimul uidemus & proxima, & quę multo maiore diſtant interuallo. Stellas nanq;, quę plurimum diſtant, eodem tempore uidemus cū iis, quę proxima ſunt. Viſio igit ſecundum aliquem motum non eſt. Si aūt non eſt ſecūdum motum, nec igitur per radiorum prolationē, neq; per ſimulacroꝝ defluxus, neq; demum p utraq; efficietur.

Aduerſus eos, qui per aeris intenſionem, uiſionem faciunt, Cap. trigeſimumtertium

SVnt nonnulli, qui per aeris intenſionem, uiſionem fieri autumant: aerem enim, qui pupillæ cōtiguus eſt, à uiſu ictum, figurari in conum, hoc uero tanquam percuſſo in baſi à uiſilibus, ſenſationem fieri: Velut tactu per baculum. Multa equidem ſunt eorū, quę aduerſus facientes uiſionē per radios, dicta ſunt, quę aduerſus hos quoq; adduci poſſent. Priuatim uero aliquis quęreret tum de intenſione aeris, qui contiguus eſt pupillæ, quæ ab uiſibus gignitur, tum etiā de figuratione ex altera parte, à re, quę uidetur, tum demum de niſu, quomodo excipere poteſt, cum rarus ſit ipſe aer. Alioqui ſi eiuſmodi eēt aer, certe aliquē reniſum ſentiremus. Verum etiam retro ambulantes nihilominus uidemus. Cū tamē, dū initeremur, oporteret nos uidere, dū recederemus, minime. Quis enim tunc niſus per nos ipſos exiſtit? Aut quem nam fieri dicent? Verum cum uiſus à principali ſit, quanquam in hoc motus intenſiuus uerſetur, ut ipſi affirmāt, cur non fiunt quidam defectus uidendi, tanquam non cōtinua facta intenſione uſq; ad terminos, & propterea ne niſu quidem exiſtente continuo? Quod aliquis de tactu quoq; quęrere poſſet, quo alia corpora tangimus. Neq; enim in hoc defectus apprehenſionis fiunt, Cum oporteret tamen: Eiuſmodi nanq; iuxta ipſos, motus intenſiuus eſt. Quòd ſi ſpiritus is, quem uocāt uiſum ſolum mouetur prædicto motu, quem intenſiuum appellant, abſurdum eſt, ut de hoc ſolo id dicatur. Atqui non dicunt. In uniuerſum autem multas dubitatiōes habet opinio de motu intēſiuo. Primo. n. aliquid, qd conforme fuerit, ſe ipſum mouebit. Quod impoſſibile eſſe oſtenditur, ſi particulares ac ſingulos motus percurramus. Pręterea, ſi quid eſt, quod contineat & ſuſtentet mūdum uniuerſum una cum ſingulis particularibus corporibus, quę in eo ſunt, nonne neceſſe erit, ut idem ſimul contrariis motibus moueatur? Quoties enim motus ipſius inſequentis atq; impellentis ſpiritus à medio mundi ad terminos fuerit, tunc neceſſe eſt, ut unicuiq; particulari corpori, uel à medio, vel ad medium motus, per particulam ſpiritus uniuerſi, qui per ſingula penetrauit, fiat. Nihil autem differt, ex utra nā parte fieri dicatur. Si igitur hic ſpiritus à medio moueatur, ſpiritus inquam, qui eſt in aliquo particulari corpore, ſimul ſurſum & deorſum mouebitur is ſpiritus, qui per inferiores medii partes habitus ipſius penetrat. Quatenus enim totum ſurſum mouetur, cuius hic etiam eſt pars, mouebitur ſurſum: quatenus uero à medio in quo eſt, ad terminos mouetur, qui ſunt inferiores medio, deorſum uidelicet mouebitur. Quare idem ſimul ſurſum & deorſum. Quòd ſi à terminis ad medium moueatur, idem cōtinget, cum ſpiritus circa partes inferiores medii ipſius penetrarit. Quin ſi admittatur per niſum medii aeris uiſionem fieri quomodocūq;, par certe erat, ut duritiæ, mollitiæ, aſperitatis, ac leuitatis potius apprehenſio ita fieret, q̄ coloris. Horum enim aliquid etiam baculo dignoſcere poſſumus, ſed non colores, neq; figuras, aut quantum, aut aliquid cum magnitudine, quę proprie ſub uiſum cadunt. Colores enim & figurę, & magnitudines ſunt, quorum apprehēſio per uiſum fit. Et omnio ipſe uiſus hac ratione tactus quidam erit. Sub tactum enim tactilia cadunt. Quare uel corpora quatenus corpora uiſilia erunt, aut ſaltem ipſa paſilia per accidens. Præterea curnam ea, quæ in tenebris ſunt, è lumine non uidemus, quę uero in luce è tenebris uidemus? Dicere enim id propterea fieri, quòd illuminatus aer, quia diſcretus eſt, maiorem uim habeat, poſitque niſu ſenſum cieret: obſcurus autem, quoniam remiſſus, ſit, non poſſit à uiſu intendi, cum tamen denſior ſit illuminato, qui

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

uerisimile esse potest? Contrarium enim rationi magis consentaneum est, ut densior facilius intendatur. Cum id presertim ipsi accidere soleat, cum à tenebroso ea, quę in luce sunt, contemplamur. Quod si contiguus ille aer pupillę obscurus existens intendi nō potest, sed tantum illuminatus, quid refert, hinc an inde fit aeris remissio ac depressio, ex parte inquam rei uisę, an ex parte uidentis. Rationabile enim est, ut cum aer proximus pupillę obscurus est, qui uero cōtiguus est rei uisæ illuminatus, intensio iterum remittatur, quę à uisu primum it per aerem lumine carentem, qui difficulter dimoueri potest: ubi uero remissus fuerit, ut non amplius intendere possit illuminatus ea, quę sunt apud rem, quę uidetur. Nihilo enim magis oporteret, ut ea, quę in luce sunt, ab iis qui in tenebris manent uiderentur, q̄ è contrario. Pręterea fit interdum, ut duabus ex aduerso sitis ædibus, lumenq; habentibus, id quod in medio est, non uideatur, atqui, cum aer medius non intēdat, quo pacto id contingere potest? Pręterea Astra ipsa cur interdiu non uidemus, nocte uidemus? Posse.n. hic videmur tenebrosum aerem & compactum usq; ad astra intendere, aerem uero discretum serenum ac clariorem, & propterea plus uirtū habentem, ut aiunt, neq; intendere, neq; sustentare aut erigere possumus eo usq;, sed neq; usq; ad rem magis propinquam? Sed ubi luna subter solē iuerit, atq; eius deliquium integrum effecerit, tamen possumus aerem densum, compactumq; ac obscuratum usq; ad astra intendere, cum antea non possemus. Quinetiam in sylua ualde umbrosa manentes, aut in alto puteo, idem facimus. Nam ex eiusmodi locis astra nobis etiā interdiu apparent. Præterea, cū in humido uidemus, aut aqua cum aere intenditur, aut non. Si enim non intenditur, non igitur hoc modo uisio fit. Videntur enim ea quoq;, quę in aqua sunt. Quod si simul intenditur etiā aqua, multo rationabilius est, ut aer obscurus intendatur. Aqua enim longe densior est aere obscuro. Si igitur rarus existens tenebrosus aer non intenditur, multo magis, q̄ aqua, aer rarus illuminatus intendetur. Præterea in ipsa aqua existentes, uidemus quandoq; quæ in fundo sunt, cum tamen nullus aer contiguus sit pupillę. Quare hoc falsum est affirmare, per intermedii aeris intensionem uisionem fieri. Pręterea quomodo posibile est, ut aquatilia uideant, si in aq̄ aer nō est? Q̄d si affirmabūt in illis eć aeré, nōne expelletur ex aqua, cum supra ipsam manere naturaliter soleat? Pręterea si lumé corpus existés etiá p aquá & p alia penetrare dicant, certe, si apparebit lumen corpus non esse, inanis ratio erit. Si enim, quoniam corpus est, nisus in eo fit, si corpus non fuerit, certe in eo nihil inniti poterit. Pręterea, cur hoc lumen non concernit cum frigiditate aquę, & desinit esse lumen? Siquidem per discretionem lumen est. pręterea in glacie concreta par esset minus lumen fieri, quemadmodum etiam teporem. Non concerni enim spiritum, cum aqua concernatur, & fiat crystallus, à ratione alienum est, si modo lumen est aer discretus. Cum enim aqua concernatur & conglacietur, dicere aerem, qui multo magis affectionibus obnoxius est, nō cōcerni, à ratione dissentaneum est. Videmus etiam flāmam aliquid pati à cōgelationibus. Et aduersus eos, qui aiunt in niue aliquid lumini simile relictum esse, idq; albedinis causam esse, dicendum est, quomodo hoc lumen à frigiditate non concernitur? Præterea, quomodo post refractionem uel à speculo uel à corporibus transparentibus, adhuc nisus cōseruatur? Neq; enim id fieri potest in baculo. omnia enim refracta, quemadmodum corpora manca ad actiones, ita illa ad nisus, deficiunt, ac debilitantur. Prætere a, cum in puteum profundum & obscurum despicimus, cur aquam nō uidemus, sed ipsius apparentiam uidemus? Ridiculum enim est dicere, in aqua non fieri nisum, fracto autem eo, quod aquę non innititur, nisum quendam post refractionē fieri in refracto. Simile enim é, ut siqs assereret, rupto baculo, ac duplicato, eam partem, quę in fractione est, nisum sensilem nobis non prębere, sed p fractionem in altero terminorum inniti posse. Pręterea, si per omnia penetrat spiritus, certe etiam per parietes transibit, quemadmodum per transparentia. Cur igitur aerem, qui est in transparētibus, intendimus ac uidemus per ipsa: eum uero qui est in non transparentibus neq; intendimus neq; uidemus per ipsa? Quod si dicant, soliditatem impedimento esse, solidum etiam est uitrū, & cornu, & lapilli translucidi. Si enim hęc negent soluda esse, quòd facile frangantur, & propterea nos per ipsa uidere, facile etiam franguntur uasa figlina. Quare opus esset, ut per ea quoq; uideremus. Quid igitur est, quod talibus impediméto sit, & cur aer per omnia transit, lumen autem, quod eo tenuius est, non trāsit? Par enim esset. Quod si fieret, certe nullibi fieret umbra, cum per omnia penetraret ipsum lumen, ceu aer quoq;. Quomodo autem dicunt circa terminum formari atq; imprimi aerem, qui accidit rebus uisis? Corpora enim quæ tenuissima atq; humidissima sunt nō possunt impressionem aut notā excipere, uelut aqua & lutus propter humitatem, uel aer humidus. Pręterea etiā si detur formari atq; excipere emollitum, quomodo quicquam aliud potest, quàm figuram excipere? Color enim neq; in ulla re imprimi naturaliter solet, neq; in impressis permanere: Quare oporteret nos figuram tātum uidere, coloré minime. Aut etiam ne figuram quidem. Nunc enim baculo quasdam figuras cognoscimus, uelut rotundas ac gybbosas, q; baculus circa ipsas lubrice dilabitur. concauas autem, quoniam in eminentias eius, quę utrinq; sunt, incidit. Rectas demum, quoniam horum neutrum accidit. Quę certe non dignosceremus p baculum, si contingeret, ut terminus extremitasve baculi transformaretur, dum aliquod corpus tangit, tanquam effictus atq; figuratus. Circa aerem autem hoc fit. Quare ne figurā quidem ita per ipsum apprehensio fiet. Pręterea impressio & formatio fit ad extremitatem. Quomodo igitur uidemus per alterā extremitatem? Neq; enim in aliis formationes & impressiones per tota fiunt. Quòd si respondeant, quoniam aer translucidus sit, & propterea per totū impressus sit, atq; ita uideamus: certe aliam quandam causam uidendi esse asserent, ipsam scilicet superficiem, non nisum. Præterea mirandū est, cur his, quę maxime imprimi possunt, non contingit ut profunde imprimantur: in aere autem, qui minime est eiusmodi, per totum impresso maneat. Præterea, si naturaliter aptus est aer, ut ita imprimatur, cur nam abeunte eo, quod imprimit, non manet adhuc in ipso impressio, ut in aliis fieri consueuit? Quare etiam absentia uisilia oporteret adhuc nos uidere. Pręterea, quo pacto non confunduntur eiusmodi impressiones:

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ꝛ resſiones, poſtꝙ pluit, aut uẽtus uehemẽs in aere fue rit? Pręterea q̃dã uiſilia cõtrario modo apparẽt, q̃ ſe ha beãt, curua apparẽt caua, caua curua, & ſimplr, q̃ in an terioré parté tẽdũt, introrſum tẽdere uidẽtur, q̃ intror ſum, cõtrario mõ. ita.n. ipreſſio fit. Quod ſi dicant ex cauitate baſis ipus coni, curuitaté iudicari, ex curuita te, cauitaté. quẽadmodũ in tactu manuũ, ea, q̃ in pictu ra cõtingũt, hęc maxime coarguũt ac cõuincũt. Cũ.n. ipſa plana ſit, alia caua, alia curua apparẽt. Cũ tñ plana ipſius coni baſi iudicent. Pręterea de iis, q̃ p refractio nẽ fiũt, quid dicẽt? Terminus nãqꝫ in iis à ſpeculi ſup ficie iprimit. Qui etiã poſſet cõtrario mõ, quã ſit id, qđ apparet, figurari, & nõ ſiꝛ, ceu, exẽpli cauſa, curuo exi ſtẽti ipſo apparẽte, aut recto, cõcauũ eé ſpeculũ. Admi randũ quoꝙ é, cur impreſſio ab ipſo ſpeculo nõ occur rat illi, q̃ ab apparẽte fit, aut ꝓhibeat illius formã appa rere. Pręterea dubitãdũ eſt, de refractione, q̃ à ſpeculo ad rẽ uiſam fit, & de aeris intẽſione, ut paulo ante dixi mus. Quomõ.n. poſt refractioné poſſe eſt, ut niſus fiat. Præterea, cur ea, quę proxima pupillę ſunt, non uide mus, cum tamen oporteret? Nam niſus etiam per bre ue ſpatium eſt. Et impreſſio quoꝙ prope fit.

Aduerſus eos, qui per ſimulacrorũ incurſum, uiſionẽ fieri uolunt, Cap. trigeſimumquartum.

ADuerſus eos uero, qui per ſimulacra uiſionem fieri dicunt, primo addubitaret quiſpiã, quomo/ do unũquodꝙ eoꝝ quę uidẽtur, non breui cõ ſumatur, tot fluẽtibus. Quod ſi dicant alia in ipſis lo/ cõ effluẽtiũ aduenire, tñ cũ ea, q̃ fluũt, & ea q̃ aduenĩũt & cõcernunt cõformia nõ ſint, imagines qdẽ defluen/ tes, cõformes ſunt, aduenientes aũt nõ ita cõcernunt, nõ oportet ſubiectas res ac uiſas cõformes manere, ſed alias diuerſam hꝛe figurã. Pręterea, qũo, cũ continuus defluxus ſit, & ubiꝙ & undecũꝙ põt cõcretio fieri? Nã quę diſcedũt mutuo ipediẽt ea, q̃ adueniẽt, cũ in deficiens in utriſꝙ fluxus ſit. Præterea, quomodo poſ ſibile é, ut interualli apprehẽſio fiat, ſi imagines ſunt, quę uidẽtur? Aer.n. quẽ ante occurrere aiũt, inſenſilis eſt, cuius quãtitate interuallũ metimur. At quid eſt, quod aerẽ hunc metit, & quomodo? Præterea ſimul ac aſpexerimus, etiã lõginqua uident. Quomodo au/ tem poſsibile eſt, ut figuraꝝ & magnitudinũ p imagi nes apprehẽſio fiat? Quę tueri uolentes, imagines fa/ ciũt. ſiquidem breui occurſus eoꝝ in oculũ fit. Nõ.n. maior eſt pupillę magnitudo, q̃ imago, quã, iuxta eoꝝ ſentẽtiã, in pupillam admittimus. Et ſi.n. aliquis ipſis cõdonet, pp uelocitatẽ cõtinue aliã atꝙ aliã imaginẽ recipere: Veꝝ quonã modo ordinẽ imaginis recipiet, & ſepe eãdem, aut aliã quãdã particulã longæ ab hoc poſitã & diſperſam, deinde cõpoſitã, quomodo inquã posſibile eſt, ut corpus rei uiſæ cõſeruet? Quomodo itẽ, ut magnitudo ꝓpria uniuſcuiuſꝙ? Poſſunt.n. alio rũ imagines primis adiici & miſceri, nec quodlibet ex propria circũſcriptione uideri, nec ſignũ aliquod eſſe, ut hæ quidẽ ſint huius imagines, hæ uero huius non ſint, ſed alterius? Præterea quidnã fiunt, q̃ adueniunt? Dicere.n. eas demerſas cõſeruari ac cõponi in oculo, nimis fabuloſum é. Vbi.n. mergunt, aut manẽt? Quis uero ea extruit ſolide atꝙ cõponit? Aut quomodo, cũ quælibet ipſaꝝ ſeiũctim ſita ſit, continuitas & ma/ gnitudo & figura apparet? Quomodo itẽ, ſi tã facile patiunt imagines, illapſu eaꝝ in oculũ, manet ipſaꝝ fi gura, & cauitas aut curuitas nõ cõfundit? Quomodo item à leuibus parietibus tanq̃ figuratas recipit imagi nes, cum tñ nec cauitatẽ habeãt nec curuitatẽ? Quo/ modo uero à ſpeculis imagines apparẽt, cum figura le uia ſint? Quomodo itidem, cum imago ſit in ſpe/ culo, imagines rurſum tot defluũt? Et cur imagines quę in ſpeculis apparẽt, tam craſſę ſunt, ut tãtus deflu xus fiat? Cur autẽ hæ manẽt nec mouẽtur? Cur itẽ, cũ maneãt, abeũte eo, qui ipſas uidet, ne breui qdẽ ma/ nẽt? Cur demũ nõ in ſupficie ſpeculoꝝ ſunt imagines, ſed in ꝓfundo? Quomodo etiã, ſi adeo ſunt affectioni bus obnoxię & mutabiles, flãte uẽto, nõ diſpgunt vna cũ aere in quo uerſant? Si quis.n. dicat, pręterlabi atꝙ ſubterfugere p ipſas, alias imagines, q̃ ferunt, certe ima ginis cõtinuitatẽ non tuebit. Cũ etiã ſoliditatẽ quãdã, ac repcuſsionẽ relinquãt. Ita.n. ipſæ manẽt. Eę aũt, quę ferunt, p uacua dilabunt. Quòd ſi facilis eſt eaꝝ mo/ tus ex corticoſis ac chartilaginoſis, ut aiũt, & oẽ mo/ mẽtũ ac leuis impulſus ipſas diſpgere põt, oporteret, ut illi qui aduerſus uẽtũ aſpiciũt, nõ uiderẽt. Pręterea ſi imagines eæ ſunt, quæ uident, atꝙ occurrũt, curnã res uiſę etiã ſi lõge poſitæ fuerint, apparẽt? Si quis di/ cat. n. ferri uiſum ab imaginibus, nõ efficiet ut uiſio ſit imaginũ, ſed oportebit aliũ quẽdã modũ inueſtiga re, quo pcuſſus uiſus, rem uiſilẽ uideat, illamq; feriat. Quomodo. n. imago uiſilis fit, ſi ſolũ ad ꝓparãdum ui ſum ipſum atꝙ excitandũ, cõducit? Dicere autẽ p quã titatẽ aeris, qui é iter rẽ uiſam, a qua imagines ueniũt, & inter oculũ, apprehenſionẽ fieri interualli, ipſum.n. aerẽ ab imagine ꝓpulſum in pupillã incidere ante ima ginẽ, abſurdiſsimũ eſt. Qui.n. imago põt aerẽ, qui ante ſe eſt, ꝓpellere, cũ ſit adeo affectioni obnoxia? Et quo hũc recipit pupilla? Pręterea ſępe tãtundẽ excipiet. Vi ſio.n. p unius imaginis illapſum nõ fit. Vnaqueꝙ igit imago incidẽs tãtundẽ aerẽ præmittet in pupillã, niſi forte imagines delatę à re uiſa, nõ cũ quis aſpicit, ferun tur, ſed uicinę ſunt oculo. Neq;.n. cũ uidet oculus, tũc defluunt imagines. Quomodo igit, quę uicina ſunt ac ꝓxima, aerẽ mediũ propellẽt? Pręterea, ſi à uẽtis nõ di ſipant imagines, q̃ ſint debiliores ac tenuiores, tenerio reſq; natura, q̃ aer, qui à uẽtis fert, quomodo ſimul poſ ſibile erit, hũc aerẽ ꝓpellere? Pręterea, ſi imagines colo re carẽt, & tales excipit uiſus, quomodo colores appre hendit? Qũo itẽ figuras ꝓcipiet, cum fere nunq̃ eas ex cipiat? Quare neꝙ coloꝝ, neꝙ figuraꝝ uiſus erit, ſiqs diligẽtius diſcuſſerit, atꝙ perpẽderit, nec oĩa ipſis pe/ tentibus condonet. Cuius igitur rei uiſus erit?

Aduerſus eos, qui ex defluxu ꝙ à uiſu ꝙ à re uiſa, uiſionem fieri affirmant, Cap. trigeſimũquintũ.

ADuerſus eos autẽ, qui aſſerũt, ex utriuſꝙ deflu/ xu uiſionẽ fieri, à uiſu inq̃ & à re uiſa, & per hoꝝ miſtionẽ apprehẽſionẽ in uiſu fieri, Lumen enim quoddã emitti à noſtro uiſu, quod cũ defluxu rei ui/ ſę miſtũ, qui defluxus formã rei uiſę cõtinet, excipiens atꝙ cõmiſcẽs formã, quę ab illa proficiſcit, nuntiare ui ſui: aduerſus hos igit dicẽdum eſt, primo qdẽ, ſi ut ab alterutro aliquod corpus ſeiũctim emittat, uel à uiſu uel à re uiſa, abſurdũ eſt, certe abſurdũ quoꝙ erit, ut ab utriſꝙ eoꝝ defluxũ aliquis faciat. Occurrẽt.n. his oĩa abſurda, q̃ alterutro illoꝝ occurrebant. In tẽpore enim differenti rerum proximarũ aut longinquarum apprehenſionem fieri oportere, & cõſumi, cum res ui dentes, tũ uiſas, & decreſcere in hoc actu utrũq; ipſoꝝ, cum tantus fiat ab ipſis defluxus. Pręterea quoꝙ quo

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

usq; abit quod emittitur, hinc cõmiscetur eũ eo, quod à re uisa defluit, definiẽdũ est. Si enim analogiam collegerint, oportebit in longiore tempore res lõginquas uidere, q̃ proximas, tanquã maiorem motum faciente eo, quod à nobis emittitur, dum ad illa tẽdit. Maiorẽ autem motum in longiore tempore fieri. Neq; enim quod defluit, celerius ad uisum ꝓuenire potest, ne latius dispergat̃ à rebus longinque uisis id, quod à uisu emittitur. In iis enim quę de proximo uidentur, si id, quod magis ferit, propius ponat̃, ut ignis: id uero, quod nõ similiter ferit, lõgius, ut homo (minus enim ferit ipsius homines color) ita ut ille quidem cubito uno distet, hic tribus aut quatuor, deide aspiciamus, uno tẽpore ambo uidebimus, non prius, id quod ferit, quanquam uicine positum. Quare, feriat necne, ut minor aut maior progressus à uisu fiat, nihil refert. Pręterea, si utraque ea, quę emittuntur, recta feruntur, quę necessitas est, ut ab utroq; emittat̃? Poterat enim uel à re uisa ad uisum peruenire, uel à uisu in rem uisam. Præterea quęnam est imistio formæ? Et quomodo in eo, quod à uisu emittitur, à defluẽte à re uisa fit impressio, nõ alteratio? Id enim est quoq; definiẽdum. Pręterea quale est id, quod à re uisa fert̃? Si enim figuram & colorem simile habet illi, à quo fertur, nihil nisi imago erit, aut quid plus habebit? Illam enim carere colore affirmãt. Quod si colorem habet, figura uero caret, quomodo sit figurarum apprehensio, dicẽdum fuerat. At si figuram habet, colorem nõ habet, uisus non amplius colorum apprehensiuus erit. Quis item modus est, ut postquam affectum fuerit, quod à uisu emittit̃, indicatio uisui fiat? Prętercа si lumẽ est, qđ à uisu emittit̃, certe uisile est. Cur igit̃ in tenebris aspicientes alter alterum nõ uidemus? Velut enim in tenebrosis ædibus, si lumẽ uel per angustã rimam ingrediatur, uisile fit, & statim uidet̃: Ita oporteret, ut lumẽ, cum ab oculis discedit, uideretur, quando in tenebris aspicimus. Præterea ex horũ sententia lumen corpus erit.

Lumen non esse corpus. Cap. trigesimũ sextum

SI lumẽ est corpus, vel ignis erit, aut ignis defluxus, quem splẽdorem uocant, & tertiam ignis speciem.

Ignis quidẽ esse nõ potest. Lumẽ nãq; est magis & minus, ignis uero magis & minus nõ est: lumẽ igit̃ nõ est ignis. Vel si magis esset ipse ignis, magis quoq; eẽt lumẽ, simõ idẽ est ignis & lumẽ. Flãmã aũt magis ignẽ esse, quã lumen, in confesso est. Neq; est magis lumen. Pręterea ignis excalfacit & urit, lumen uero neutrum facit. Item, lumen in aqua quoq; est. ignem autem in aqua esse impossibile est. Et lumen quidem in glacie est, ignẽ impossibile est, si in excellẽtia frigiditatis glacies fuerit. Præterea si ignis est lumen, præter naturã ipsi est, motus deorsum uersus, & uiolentus. Cum tamen uideamus lumen, & sursum uersus & deorsum ferri secundum naturam. Quòd si quis dicat eẽ ignis defluxũ, cur etiã ab eo, qđ nõ est ignis, lumẽ gignit̃? Multa. n. illuminãt, nõ talia, ut Lampyris. Pręterea si est defluxus, cur ne breui quidem manet, dum deferuntur ea à quibus defluit? In quibus enim defluxus sunt, in his manet aliquãtisper, uel ubi discesserint, id quod defluxit. Quòd si adeo facile corrũpitur, ut nullo pacto maneat, sed ut sit, continua indiget suppeditatione, cur celeriter non consumuntur ea quæ illuminant, cum tantus ab ipsis defluxus fiat? Quanta enim est adiectio ex alimento? Quomodo autem lapides, qui non nutriuntur, & illuminant, non consumuntur? Quanta item suffectione & alimento indigerent cicindelæ? Oino autẽ, si lumẽ est corpus, locum certe occupabit, & ubinam est? Quis ue est luminis locus? Vel enim idẽ locus erit luminis & ꝓspicuorum, & uel illa non sunt corpora, uel corpus penetrabit per corpus. Atque ita duo corpora eũdẽ locum tenebunt, uel si hæc absurda sunt, lumen igitur corpus non est. Ridiculum quippe est, lapidem translucidum, aut uitrum negare esse corpus, lumen autem asserere. Præterea tenebras quoq; corpus esse dicent, aut incorporeas. Verũ absurdum est, si umbram tenebras esse dicũt, eas corpus esse affirmare. Si uero incorporeę sunt, rationi consentaneum est, ut lumẽ quoq; incorporeũ esse fateantur, quod tenebris cõtrarium est. Prętерea, si tenebrę corpus sunt, utrum manentes suscipiunt lumen, aut per antiperistasin cedunt. Si manent, erũt nõ duo solum corpora in eodẽ, uerum etiam tria. Nam & aer, & tenebrę, & lumen. si uero per antiperistasin cedit, quonam cedet, aut refugiet? Aut certe illucrescet, unde egreditur lumen. Tenebræ igitur in solerunt, & in astris & in igne. Id quod penitus absurdũ est. Prętерea, si tenebræ corpus existẽtes, manentes excipiunt lumen, contrariũm profecto erit contrarii susceptiuum. Id quod imposſibile est. Si enim quis asserat subiectum alterari, neq; lumẽ erit corpus, neq; tenebræ. Præterea si tenebræ corpus sunt, aer in quo fit lumẽ, uel per totum, cum corpus sit, excipiet lumen, atq; ita corpus ꝑ corpus penetrabit: aut habebit meatus, per quos lumen egreditur. Hi uero meatus, uel cum non fuerit lumen, erunt alicuius alterius corporis pleni. Quodnam esse dicẽt, aut quo migrare? oportebit enim ipsum corpus aere tenuius esse, quinetiam ipso lumine, siquidem huic cedit, ac demigrat. Quodnam corpus iuxta ipsos lumine tenuius esse potest? Quod si dicãt id esse ignem, ignis igitur plenę erunt, quod perabsurdum est. Si modo ignis est, & illumina re & excalfacere. Quorum neutrum est in tenebris. Quod si aeris meatus uacui manent existentibus tenebris, primo quidem erit aliquod actu uacuũ in mũdo ex eorum sententia, quod negant. Prętерea aer noctis rarior erit, tanquam in se uacua habens. Videtur tamẽ tũc densior fieri. Præterea lumen non erit disgregatiuum & attenuatiuum aeris, ut aiunt, sed cõtrario modo. Præterea quomodo ęquale erit ac planum lumen in aere, cum soli meatus ipsum habeant? Siquidẽ in quo est lumen, id illuminatũ est, ii uero sunt meatus. Vbi uero est aer, aut aliquod corpus ꝓspicuum, illuminatum non est. Præterea si corpus est ipsum lumen, cur si per angustam rimam in domum aliquam ingrediatur existẽtibus tenebris ab aliquo illuminãte, clausa extemplo ipsa rima, non remanet, cũ tamen aliũ exitum non habeat? Prętерea, si lumen est corpus, qui fieri potest, ut simul illuminentur & longinqua & proxima, quæ possunt ab eodem interuallo illuminari? opus enim esset, ut in longiori tempore illuminarentur, quæ longius distant, si modo omnis corporis motus localis in tempore fit. Simul uero lumen & in proximo & in lõginquo interuallo fieri, quod potest illuminari, manẽte in eodẽ ipso illuminãte, ꝓspicuum est. Prętera si lumẽ corpus exñs est in meatibus aeris, aut aquę, quomõ uel aq̃ fluẽte, uel aere dimoto, nõ si-

mul

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

mul mouetur ac fertur ipſum quoq;,ſed ſemper in eo dem manet,cum ea,in quibus eſt,non maneant.

Corpus per corpus tranſire impoſſibile eſſe, Cap. trigeſimumſeptimum.

CORpus per corpus penetrare,ſi id fit, tanq̃ corpo/ribus uacua habẽtibus,& p hæc uacua altero per alterꝫ penetrãte,alius eſt hic ſermo. Abſurditates tamẽ habet. Et ſimul nõ corpus p corpus , ſed corpus per uacuũ tranſit. Si uero non per uacua(negant.n.in mundo aliquid actu eſſe uacuũ, qbus hoc placet) ſed medium quoddã exiſtens ipſius corpus , quod aliud corpus capiat, atq; illud ſimiliter in ſe plenũ exiſtens, nihil auctum eſt,ſed manſit in eodẽ loco,curnam hoc corpus potius aliud corpus ĩ ſe recipiet, q̃ hoc? Siqdẽ corpus recipiet,dilatabit atq; ęquabit ipſi,velut ignis, aquã autem nõ recipiet. Nõ.n.quoniam aqua tenuior eſt ignis,propterea ille quidẽ manẽs, ſubſtantiam reci piet,aqua autem,quæ craſſior eſt,nõ recipiet. Simili/ter enim plenum eſt tenuius corpus ęque ac craſſius. Si nullibi locus eſt uacui corporis. Præterea,ſi ęs aqua craſſius eſt,cur cũ auro æs miſcet, cera autẽ minime? Quãtum enim ad rationẽ ſpectat,aut omne cũ omni miſceri oporteret,aut hęc magis,q̃ illa:aut,quod ratio ni cõſentaneũ eſt,nihil cũ nullo. Si enim meatibus cau ſam adſcribunt , nõ amplius omne fit omni extẽſum, ſed erit proximus ſitus. Atq; hoc cõſtituto,uacuũ cau ſam eſſe dicẽt. Præterea tota totis extẽduntur,& mini ma cũ maximis uſq; ad extremã ſuperficiem, quem lo cum una res occupat , utraq; occupabit ſimul. Partes enim totius,donec in toto fuerint,terminis ꝓpriis nõ circũſcriptæ,merito p ſe in loco non ſunt . Vtrúq; au/tem miſtorꝫ,ceu totum,ſimul à terminis circũſcribit, ſi modo p ſe tota penetrauerũt. Vtrunq; enim ipſorũ uniuerſum locum tenebit , quẽ alterum tenebat ante miſtionẽ,& poſt miſtionem utrúq; ſimul. Nã id,quod cũ altero miſtũ eſt,ęquale ipſi factũ,neceſſe eſt,ut ęqua lem atq; eundẽ locum cum illo occupet. Erunt igitur in eodem loco plura corpora,& unũquodq; ipſorꝫ to tum locũ tenebit. Quod ſi ea, quorꝫ locus ęqualis eſt, ipſa quoq; æqualia ſunt,ea,ex quibus utrunq; cõſtat, ęqualia erunt,utrunq; alterutro ipſorꝫ . Cyathus igit uini in mare effuſus,æqualis erit mari,& mare una cũ cyatho,cyatho ſolum ęq̃le erit. Dicere.n.poteſtate ęq̃le non eſſe,nihil ad rem. ſufficit.n.ad demõſtrationẽ pro poſiti,ea ſecũdum locũ ęqualia ſibi eſſe. Pręterea,nihi/lo magis ignis p ferrum , q̃ ferrũ p ignẽ. Nam & aĩa p corpus,& natura p plantas,& habitus p alia corpora, & ecõuerſo hæc p illa. Nihil.n.ut aliquid tenuius aut craſſius ſit,ad hoc cõducit,ſiquidẽ ambo ſimiliter ple na ſunt. Quod ſi id concedat in uino & aqua,utrũ per utrum tranſibit? Pręterea,quænam cauſa eſt,p quam ex quibuſdam miſtis,moles fit & tumiditas maior,ex quibuſdam autem,eadẽ maneat? Dicere.n.ferrũ craſ/ſius factum eſſe miſtione ignis , præter rationem eſt. Quæ enim craſſeſcunt,cõgregant, ferrũ uero ab igne diſgregatur. Pręterea ferrum ab igne attenuari perſpi cuum eſt. Excalfactũ enim deduci atq; diſtẽdi poteſt, cũ prius nõ poſſet. Pręterea,ſi quod fundit ab aliquo, attenuat magis,ſed diffundũtur ab igne,quę diffundi poſſunt,certe ignis nõ craſſefaciet . Conſequẽs autem erit dicere,carbonem ligno craſſiorem , & aerẽ illumi natum nõ illuminato. Cum tamen tenuior uideatur aer à ſole illuſtratus,q̃ qui illuminatus nõ eſt . Pręter ea,ſi in parua domo multas faces quiſpiam cõſtituat, aut lucernas accẽdat , certe aer denigratus denſior ac craſſior reddet,& quoteũq; illuminãtia , totidẽ ſimul corpora p ſe mutuo trãſibunt,ęqualemq; locum tene bunt. Hęc uero abſurda ſunt. Præterea,ſi æqualẽ locũ occupat aĩa & corpus una cũ aĩa, eaq; ſeparata corpus nihil minus eſt,quiſnã erit aĩæ locus? Aut.n.uacuum erit,quod occupabit,aut aliud quoddã erit aĩalis cor/pus,in quod trãſmigrabit,atq; ita nunq̃ aĩa extra cor/pus & aĩal erit. Eadẽ ratio eſt in igne, qui eſt in ferro. Pręterea,quoties uini hemina cũ duabus aquę hemi/nis miſta fuerit,fit totũ tẽperamẽtum & miſtio trium heminarꝫ . Quomodo uero iuxta ipſos poſſibile eſt. Si enim uini hemina p totam aquã penetrauit,atque ipſi ęquata fuerit,uel quatuor erũt uini heminæ oẽs. Nam uinũ aquę factũ eſt ęquale quãtitate,quare duo rum heminarꝫ erit. Non enim, ſi adæquatũ ſit hemi/nis duabus,unius heminæ erit,impoſſibile enim erat, ut duplũ dimidio æquale eſſeta. ut ecõuerſo,aqua ui no ęqualis erit,atq; erit unius heminæ . Atq; ita rur/ſum totum tẽperamẽtum duarum heminarꝫ erit. Di/cere enim uinum quidẽ extendi,aquã uero contrahi, atq; ita in mediũ uenire,aqua amittẽte dimidiã hemi/nam,uino autem acquirẽte, Eiuſmodi poſtulatum ni mis abſurdũ eſt. Ná & gutta miſta cũ mari, ipſa ęqua/lis quantitate erit uniuerſo mari,aut uniuerſum ma/re guttę adęquabitur . Aliter.n.impoſſibile eſt , ut ad ęquentur,& miſceant inter ſe , iuxta eorꝫ ſententiam. Præterea,quomõ gutta aquę , quæ cũ mari extendit, cum tantum attenuetur, aqua adhuc manere poteſt? Diſgregata enim atq; intenſa eo uſq;,certe prius ignis fieret. Multo minor enim diſgregatio,quàm hæc,aerẽ ex aqua,& ex aere ignẽ facit. Præterea , perabſurdum eſt,ut ex iis, quæ magnitudine carẽt , magnitudinem faciãt,quod conſequens eſt eorꝫ , qui duo corpora in eodem loco conſtituunt. Magnitudines enim exiſten/tes nihil augebunt.

Quomodo iuxta Ariſtotelẽ uiſio fiat, Cap. xxxviii.

VIdetur igitur Ariſtoteli,quẽadmodum alię ſenſa tiones fiunt,patiẽtibus aliquid ipſis ſenſoriis , ita quoq; uiſionem patiẽte uiſu fieri. Sed nõ eo emit tẽte aliquid,niſi aliquis pati dicat eſſe agere. Patit au/tem,non ꝓ defluentia quędam à rebus uiſis excipiat, ſed perſpicuo,quod inter uiſum & rem uiſam eſt, al/terato quodammodo à uiſili,& formam à re uiſili ui/ſui repræſentante . Omne enim translucidũ , quoties actu tale fuerit(lumen enim eſt actus perſpicui,quate nus perſpicuum eſt)perſpicuum igitur actu, uertitur ac commutatur, patiturque à coloribus eodem mo/do , quo perſpicuum in poteſtate per præſentiam eius , quod ad illuminandum natura aptum eſt , mutatum illuminatur . Id uero , quod ad illumi/nandum natura aptum eſt , aſtrorum corpus eſt, at/que ignis,aut ſi quę alia eſt eiuſmodi natura cõis in diſ ferẽtibus corporibus,quæ id præſtare poſſit. Per præ/ſentiam nanq; horꝫ in perſpicuo,lumẽ eſt. Atq; id eſt, quod actu perſpicuum eſt. Tunc.n.perſpicuum ſuam perfectionẽ habet(de ꝓſpicuo poteſtate loquor) poſtq̃ illuminatum fuerit. Et eſt proprie perſpicuum, quod illuminatum eſt . Quẽadmodũ igitur preſentia eorꝫ quæ ad illuminandum natura apta ſunt,faciunt per/

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ſpicuum poteſtate eſſe perſpicuum actu, ita contra quod actu perſpicuum eſt, colorem rerum uiſarum, tanquam ſecundum quoddam lumen, præſentia eorum capit, quendam ſecundum actum ab hoc recipiens. Color enim perſpicui actu motiuum eſt, ceu lumẽ perſpicui poteſtate eſt motiuũ, omni eo repente mutato ac colorato quodámodo, ab eiuſmodi præſentia coloris, quod poteſt mutari. In numerum autẽ perſpicuorũ pupilla quoq; collocat. Atq; ea ſane una cũ intermedio aere illuminato, nec ipſa minus, q̃ ille, lumen excipiens, quãdoquidem ipſa quoq; tráſparens expoſita eſt, per mutationẽ, quæ à coloribus fit, à quibus ipſa quodámodo mutata nõ ſecus ac perſpicuum extrinſecum, uiſiua & ſenſitiua anima fit. Color autẽ in aere quidem eſſe non apparet, ſed in pupilla. quoniã ex perſpicuis, quædam ſolum perſpicua ſunt, quædã non ſolum tranſparentia, ſed apparentia quoq; ſunt, quę propter leuitatem ac denſitatẽ, retinere & colligere apparentiam poſſunt. Quæ itaq; perſpicua tantum ſunt, non ſic rem uiſam in ſe ipſa conſeruant, ut in ipſis appareat, cuiuſmodi ſunt ꝓſpicua tenuia atq; exilia, ceu aer. Quæcunq; autem ſoliditatẽ aliquam ac denſitatẽ habent, ea in ſe oſtẽdunt ac præ ſe ferunt, conſeruãtq; imaginem & umbram à re uiſa, cuiuſmodi perſpicua ſunt, ſpecula, uitrea uaſa, & tráslucidi lapilli. Atq; etiã aqua ipſa. Ea enim eſt ſolidior ac craſſior aere, quę q; magis poteſt excipere ac colligere, & continere imagines, & umbras à rebus uiſis. Pupillam autem aqueam eſſe demonſtratum eſt. Et meatus, qui ab ea tranſit ad primum ſenſitiuum, aqueus ipſe quoq; exiſtens, formam & coloré à re uiſa ſenſitiuo repręſentat. Quod ſenſitiuum, per ictum atq; impreſſionem, quæ ab his rebus proficiſcitur, occurrentem colorem iudicat. Hęc enim eſt ſenſus natura, ut per ſenſoria repręſentatas iudicet affectiones. Nõ eſt autem eiuſmodi ea mutatio, quæ in aere & in corpore ꝓſpicuo poteſtate & ab igne & à coloribus fit, qualem dicimus in rebus alteratis fieri. Alteratio enim eſt motus, & in tempore fit, & per tranſmutationem. Perſpicuum autẽ non ſic lumen & colores excipit, ut ipſa quoq; alterentur. Verũ ita pati dicitur ipſum ꝓſpicuũ, uelut ſiquis eum, qui à dextra alicuius fuerit, pati diceret, cum nec motus ipſe eſſet, nec affectionem ullam in ſe accepiſſet. Talis enim eſt perſpicui quoq; mutatio, per lumen & colores. Præſentia enim illuminantis aut colorati, tale reddit̃ perſpicuum, quẽadmodũ ex habitudine eius, qui adſtat ad ſiniſtram, fit dexter. Fieri autem hoc modo inde colligitur, ꝙ dexter deſinit eſſe dexter, ubi tranſmigrarit ſiniſter, ita quoq; lumen ceſſat, translato illuminante. Similiter, id quod uideri poteſt, deſinit tale eſſe, tanq̃ nullam excipiat affectionem per tranſmutationẽ, quę in ipſo fit: ſed facta in ipſo ea, quæ alteratio uidetur, ex habitudine. Et uidentur lumen & colores in perſpicuo fieri, uelut umbra quodãmodo. Velut enim umbra per præſentiam eius, quod obtenebrare poteſt, in obtenebratis fit: ſic quoq; lumen & colores. Cõfeſtim igit̃ hæc tantum & ſic aerem capiunt, quantũ poſſunt ex tanto interuallo cõplecti, uelut umbra quoq;. Et quod maximum ſignum eſt, non alterationem neque motũ perſpicui fieri. Omne enim quod mouetur, in tẽpore mouet̃, & primo ad ꝓpiora accedit, & breuiori tẽpore: deinde ita ad ea, quę magis longinqua ſunt, & longiori tẽpore. Lumen uero & ſpecies ueras uiſarũ ſubito & ſimiliter in omni ꝓſpicuo fiũt, uelut umbra quoq; & tenebræ. Ná eodem tẽpore ex omni ꝓſpicuo lumen diſcedit, ſimulq; in omni fit. Propterea igit̃ Ariſtoteles uiſioné non in tẽpore fieri oſtẽdit. Tẽpore.n. in quo quis uidet, huius in quacũq; particula & qualibet hoc uidet. Quæ uero tẽpore non indigẽt, ut pficiant̃ arq; abſoluant̃, hęc citra tẽpus fiũt. Nõ.n. qđ ſit, ſed qđ indigeat tẽporali interuallo, ut cõpleat̃, ꝓficiat̃, ac fiat integrũ. Ita neq; ipſa delectatio in tẽpore fit. Ex ꝓſpicuis autem nõnulla ſunt actu perſpicua, quædam poteſtate. Actu quidem res diuinę & ſempiternæ ꝓſpicuę ſunt. Diuina.n. ut poteſtate ſint, fieri nõ poteſt. Poteſtate autẽ ꝓſpicua ſunt, quę gignunt̃. Hæc igit̃, ceu alia quoq;, quę gignũtur, de poteſtate ĩ actũ emergũt. Atq; eſt aer, & quędã apud nos ſunt, ante q̃ adſit id, quod illuminare naturaliter aptũ eſt, materia ꝓſpicui in actu hoc eſt, luminis. Preſentia autẽ illuminatis, perſpicuũ ipſum facit, & colorat quodãmodo. Lumen.n. tanq̃ color ꝓſpicui eſt. Perſpicuum uero eſt, neq; aer, quatenus aer, neq; aqua, quatenus aqua. Sunt.n. plura corpora ſpecie inter ſe differẽtia, quę cõem quandã tranſparentiæ affectionem habẽt. Nam corpus ſempiternã, & aer, aqua, uitrum, & lapides quidam huius naturæ participes ſunt. Corpus igit̃ ſempiternũ ſemp actu ꝓſpicuum eſt, ut dictũ eſt. alia uero, modo poteſtate, modo actu perſpicua ſunt. Atq; eiuſmodi quidẽ natura luminis ſuſceptiua eſt. Quæcũq; uero talis naturæ expertia ſunt, hoc ſuſcipere nequeũt. Neq; lumẽ ꝓ parietem, aut aliud corpus non ꝓſpicuum, tranſit. Quoniam ſola ꝓſpicui natura hoc quodámodo pati poteſt, ut diximus, tanq̃ proprium coloré, lumen excipiens. Colorant̃ autẽ hęc atq; illuminant̃, non ꝙ corpus aliquod ꝓ ipſa penetret, ſed neq; ipſa ꝓ tranſmutationẽ, quæ in ipſis fit, alterata, lumen recipiũt. Sed pręſentia ignis aut eiuſmodi alicuius in ꝓſpicuo eſt cauſa ipſius. Neq; .n. pręſentia ſolũ ignis illuminat ꝓſpicuũ, ſed eſt corpus quoq; ætherium tale, & quędã alię animaliũ partes maritimorũ, & terreſtriũ, & uolatiliũ, & lapidum quorũdam genera. Quæ oĩa, quatenus talia ſunt, nõ facile eſt uno nomine cõplecti. Quare dicendum eſt lumẽ, aut ignis aut ſimilis cuiuſdã pręſentia in ꝓſpicuo fieri. Pręterea ſi tenebrę, quæ ſunt priuatio luminis, horum abſentia ſunt aut fiunt, ſaltem horum abſentia, rationi conſentaneum eſt, ut lumen horum pręſentiam eſſe dicamus. uel enim hoc eſt, lumẽ & tenebrę, aut hęc horũ cauſę exiſtũt. Non.n. omne ab omni pati & affici naturaliter põt. Sed alia ab aliis paſſiua ſunt, uelut ꝓſpicuũ à prędictis. Quòd ſi lumẽ, eſt perſpicui actus, certe incorporeũ erit. Cõius autem lumen dicimus id, quod illuminatũ eſt, quod iã eſt corpus. Demõſtratum item eſt lumẽ ꝓſpicui affectionem nõ eſſe, ſed ne color quidẽ ipſe affectio eſt, ſed ꝓ habitudinem quãdã præſentia horũ in ꝓſpicuo eſt, neq; diuinũ corpus paſſibile eſt, ꝓptereaquod ꝓ ipſum aſtra uidẽtur. Perſpicuũ nanq; à uiſilibus nõ patitur, quemadmodũ neq; à lumine. Neq;.n. patimur, cũ in lumine ſumus. Sed illuminatio & coloratio in ꝓſpicuis eodẽ modo, quo cõtemplatio, fieri uidet̃. Quã ſimul ac inuenit, qui quęrit, ſciens fit, tanq̃ tangẽte intellectu, & per pręſentiam ſcibilis, facto ſciente. Ita quoq; perſpicuum in poteſtate, per pręſentiam ignis aut ſimilis alicuius ſubito illuminatur. Id uero quod rurſum illuminatum eſt, & perſpicuũ actu, à pręſentia colorum

formatur

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

formatur ac ſpecificatur quodammodo, coloribus in ipſo, ut lumine, aduenientibus. Sic igitur neque Lunam, quáquam à Sole illuminetur, pati dicere poſſumus. Velut enim id, quod obtenebratur, non patitur, ita neque id, quod illuminatur. Quòd uero, ubi etiam res uiſæ ſeceſſerint, adhuc quidam colores in oculis relinqui uideantur eorum, qui uiderit, non eſt alterationis indicium. Id enim nõ patitur, quatenus nõ perſpicuũ eſt, ſed quatenus animatũ eſt, atq; imaginari poteſt. Propterea enim poteſt uſq; ad certũ tempus eos motus, qui à rebus externis in ſenſoriis fiunt, adhuc conſeruare. Nam animata etiam poſterio re tẽpore poſſunt eas imaginationes, quę in ipſis fiũt, ſibi ob oculos ponere. Specula enim, quãuis leuia ac polita ſint & lucida, nullum ex apparentibus coloribus in ſe conſeruant, ſi uel lumen, uel illuminantia, uel res uiſiles diſcedant. Quoniam neq; patiunt neq; animata ſunt. Præterea uero uiſus & pupilla translucida exiſtens ut à lumine afficitur, ſic quoq; à coloribus qui motiui ſunt ꝑſpicui actu & illuminati recta: ita quoq; uiſio fit. Verum non ꝙ aliquid à uiſu ad rẽ uiſam emittatur. Cuius rei indicio eſt, ꝙ oculi eorũ, qui res plus nimio ſplendidas aſpiciunt, mordentur atq; læduntur, quẽadmodum auditus ab ingentibus ſonis. Putare enim, quoniam diſtantes ſentimus rem uiſam, ibi apprehenſionem quoq; fieri, uanum eſt. Nã in aliis ſenſibus, cum tamen per affectionem propria ſenſilia apprehendant, diſtantibus tamen apprehenſio fit. Verum apparent quidam colores in intermedio ꝑſpicuo, tanquam ipſum excipiat formas ac ſuppediret. Quędam nempe ſunt, quę ex appoſitarum rerum coloribus, colorari uidentur. Puniceum igitur, quod eſt in hoc colore, aut purpureũ uideť, ſi tales appoſiti fuerint colores, tanq̃ transmiſſis coloribus per aerẽ, ſed ibi tamen non uiſis. Pręterea, colores obſcuriores, minus: ſplendidiores autem, magis ac uehemẽtius uiſum mouent. Pręterea, ex diuerſis ſplendoribus, & diuerſo lumine, ex ſitu ad uidentes, cum ad lumen, alteræ ac diuerſæ ipſę res uiſæ apparẽt. Quin idẽ quoq; color, ſi prope & longe appareat, diuerſus uideť. Non enim ſimiliter album eſt, quod è longinquo uidetur. Ex his igitur differentiis uiſus uiſas figuras apprehendit: extrinſecum enim ambitum rerum uiſarum ex differentia coloris ad cõtinẽs iudicat. Quare facile uel difficulter uidentur per ſe, quibus unius coloris eſt continens. Superficiem uero, quæ eſt inter extrinſecũ ambitum, ſi unius coloris & plana ſit, talem quoque uidet. Eodem ſimiliter moto ab ipſo colore, & ſimiliter moto per medium. Verum ſi medium planũ non fuerit, ſed inęquale, quanquam non diſſimilis coloris, ex diſſimilitudine apprehenſionis coloris, iudicat. Neque enim lumen ſimiliter in omnes partes rei inęqualis incidit, propterea quod, quædam cõcauę, quædam curuę ſint, & quædam ex obliquo illuminãtis, quædã ex aduerſo. Propter has differentias enim etiamſi eiuſdem coloris fuerit res uiſa, quædã partes magis alteratę ac diuerſæ, quædam clariores apparent. Ita quoq;, quædã introſpiciẽtia, quædã proſpiciẽtia uidebũtur. Quod imitantes ipſi Pictores, cum uolũt rem, quæ in eodem plano eſt, inæqualem efficere atq; oſtendere, quædã illuſtrant, quędã obſcurãt, atq; obtenebrãt. Ita enim quædã introſpicere, quædã proſpicere uidenť: atq; proſpicere quidẽ, quę magis illuſtrata ſunt, intro ſpicere, quę obſcurata. Magnitudinẽ autem uidet ac iudicat, ex angulo coni, qui iuxta uiſum cõſtituitur. Per conum quippe uidet res uiſas, quæ pro ſummitate ac uertice hñt ipſam pupillam: pro baſi lineã, quæ rem uiſam ſenſilis corporis & non ſenſilis, definit ac terminat. Fit uero is conus, nõ per radiorũ effuſionẽ, ſed à re uiſa. Cum color enim motiuus ſit perſpicui in actu, & eius, quę in ipſo fit, ceu coloratonis, per rectam lineam, ceu lumen ipſum: cũq; is in omni re aduerſa inſideat, præſertim uero cum in leuibus ac ſplẽdidis inſideat & refulgeat (eiuſmodi autem eſt pupilla) conſtituuntur quidam apud ipſam coni à re uiſa, qui apparẽtiam ab ipſa ſuſcipere poſſunt. Per conum enim uniuſcuiusq; rei uiſæ ꝑ rectam lineã, forma rei uiſilis apparet, ex quoꝝ conoꝝ angulis, maiora & minora & æqualia iudicat: quę æqualibus angulis uidẽtur, æqualia: quæ maioribus, maiora uidet. Diſtãtiam porro à ſe ipſo ad rẽ uiſam, & interuallũ, quod eſt inter res uiſas, uiſus apprehendit: interuallũ quidem ex coni angulo, qui conus inter res uiſas & ipſum conſtituiť apud pupillã. Ex magnitudine igiť huius anguli, interuallũ rerũ uiſaꝝ iudicat. Tũc.n. à ſe diſtare quędam uidẽtur, cum inter ipſa, uiſile quoddã fuerit. Diſtantiã uero à ſe ꝑcipit ex conſuetudine quadã. Quoniam reꝝ uiſarum qũę longinquę ſunt, ſenſim ac paulatim nos ciẽt, uehemẽter aũt proximę mouẽt. ꝑ hanc itaq; cõſuetudinẽ, ea, quę obſcuriora apparẽt, multum diſtare putat, quę uero illuſtriora ac magis ꝑſpicua, proxima eſſe exiſtimat. Idẽ quoq; accidit circa uocem atq; auditũ. Quare, qui imitanť eos, qui lõge diſtant, uocẽ quandã infirmã atq; exilẽ ſimul & obſcurã emittunt. Motũ uero ſentit, ex ꝑceptione diſtãtię atq; interualli. Quoties.n. uel ad rem quãdam terminatã ac certam fuerit, non idem habere interſtitiũ uideť, aut ad ipſum uiſum nõ eandẽ diſtãtiam, aut producto uidente, aut cũ ipſum latet ꝙ mouet, tunc tanq̃ moueri uidet rẽ uiſam. Penitus enim rem, quę mouet, percipit, ex collatione ad rem manẽtem ac ſtabilem. Propterea, ea, q̃ in locis latiſſimis mouẽtur, minime ꝑcipit moueri. Ea uero, quæ in anguſtis & apud aliquẽ, maxime percipit. Hic enim facilius ꝑmutari uideť. Quietẽ uero & numerum ꝑcipit: quietẽ quidem ex negatione motus, numerum uero ex continuitatis priuatione. Quæ enim diſcreta ſunt interuallo corporꝝ ſpecie diuerſoꝝ, plura eſſe dicit. Cum igiť ſic fiat uiſio, nõ per affectionẽ & alterationẽ medii, ſed per habitudinẽ, diluitur dubitatio illa, quam nõnulli adducunt, atque obiiciunt. Qui fieri poſſit, ut qui differentia aut contraria uidẽt, diagonia poſita uideãt? Aer enĩ medius, quatenus cõcurrũt inter ſe colores, hoc eſt, quatenus ſe mutuo ſecant, ipſis diagonia uidẽtibus ſimul, uidebitur cõtrarios ſuſcipere colores. Hoc itaq; diluitur, propterea quod aer nõ coloratur, ſed per habitudinẽ rei uiſę ad ipſum, apparet recta rei uiſæ color. Nihil enim uetat, ut idem ad aliud atq; aliud, nõ eandem habitudinem conſeruet: ceu quoq; nihil impedimento eſt, ut aliquid huius rei ſit dimidiũ, illius duplũ.

Colorem eſſe terminũ perſpicui, Cap. xxxviiii.

TRanſparentia uel perſpicuitas, communis quædam natura & communis affectio eſt uniuerſoꝝ corporum. Veꝝ nõnulla magis, nõnulla minus eã hñt. Ignis q̃dẽ, aer, & aqua, magis: minus uero, ipſa

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

terra. In omnibus certe corporibus existit. Transparentia enim quodammodo coloris materia est, uelut enim magni & parui materia quędá est: leuis item & grauis, & aliarum contrarietatū similiter, quorum quodlibet ipsorum inuicem & alternatim susceptiuū est: ita quoq; contrarietatis, quæ in coloribus existit, perspicuitas materia est. Si igitur omne corpus coloris susceptiuum est, omne itaq; corpus pellucidū est. Id enim est corporibus subiectum. Atque in termino atq; extremitate finiti pellucidi, clara est colorum natura. Imperspicuorum enim corporum, quę finita ac solida sunt, sola extremitas apta & manifesta est, idest color. Perspicuorum autem euidentissima & clarissima ea existit, quæ ex diuersitate ac dissimilitudine ad continens iudicatur. Pellucida uero ex corporibus sola uocātur, quæ translucida ac perspicua sunt, quoniam uisu apprehendi potest eorum color. Id autem per quod is color apparere natura potest, quod ipsius formam excipere potest, proprie pellucidum & uocatur & est. Cur igitur, si in omnibus corporibus perspicuitas est, non omnia sunt perspicua? uel enim corpora differunt, q; magis aut minus hanc naturam habeant: magis autem & minus ex mistione oppositi dicitur. Contrarium uero est, quod minime perspicuum est, id uero est terra. Cōtrarium enim maxime perspicuo, terra est. Quod hinc colligi facile potest. Dicimus enim id, quod potestate pspicuum dicitur, actu fieri perspicuum, per ignis aut alterius simílis præsentiam. Merito igitur prope accipiemus & naturam ignis, & situm, qui maxime ac celerrime repletur lumine, atq; is est maxime perspicuus. Quod uero longissime, minime. Aliorum autem, aliud alio magis, ut magis recedet ab igne, aliisq;, quæ ad illuminandum natura apta sunt. Proximum igitur igni est, qui illuminare potest, corpus generationi subiectū, id quod sub lunam est, quod sufflammationē uocamus: postea aer: Tertio aqua: longissime, terra. Propterea illa corpora maxime rei uisilis, luminis inquam, susceptiua sunt, cum maxime pspicua sint. Terra autem nō similiter. Ipsa enim contraria est & illuminationi, & illi, quod maxime illuminari potest, quam materiam vocamus. Velut. n. in oibus, q̄ in aliis fieri possunt, est quoddam subiectum, quod aptitudinē habet, ut per ipsum formetur ac specificetur, quę est materia ipsorū, nam in leui & graui, magno & paruo, calido, & frigido, & in aliis, quę eandem rationem habēt, subiicitur: ita quoq; coloribus & cōtrarietati, quę in ipsis existit, materia quędam est, quæ est corpus perspicuum. omne enim tale, secundum potestatem, per quam perspicuum est, susceptiuum colorum est. Erit porro ea potestas, ipsa perspicuitas. Et est quidem hæc potestas in omnibus corporibus, sed in his magis, minus in illis. Quatenus autem unumquodq; ipsorum particeps est, eatenus coloris quoq; susceptiuū est. Sed sunt contraria inter se non p potestates tactiles. Nā aqua hac ratione & his potestatibus magis contraria igni foret. Is enim calidus est & siccus, aqua uero frigida & humida, uerum non iuxta hoc illuminatio in igne est. Nā alia quoq;, quę huius naturę non sunt, illuminant: sed tanquam contraria terra igni est, & propter motum seu impetum, & propter proprium naturalemq; locū & per rarū & densum, hoc est tenue & crassum. Ita & per luminis potestatem, & per perspicuitatem lumēq; terra igni contraria est. Nam profecto aer ipse igni domesticus est, quare etiam cito incenditur. Aqua uero etiam alimētum igni esse uidetur. Nam in lignis, quæ comburūtur, humiditas est, quę in ipsis comburitur. Fumus enim eiusmodi est. Terra uero ab ipso longissime distat. Propterea sane id, quod potestate ignis é, maxime luminis susceptiuum est. Id autem est sufflámatio, hoc est æther. Secundo aer: tertio aqua. Terra autē cum plurimum ab igne distet, & à natura luminis susceptiua, luminis minime est particeps. Hęc autem est perspicuitas. Alterum enim cōtrariorum priuatio est. Contrarium autem est, quod plurimum distat. Plurimum distat id, post quod transgressus in aliud nō est. Eiusmodi autem terra est. Postremum enim subsistentium, & ultimum transgressus in hæc. Iure igitur locum priuationis luminis habet, cum nec ipsa in se lumen recipiat, & prohibeat ac obturet id, cui mista fuerit, ne ubiq; illuminetur. Indicio autem est aer fumi plenus. Minus enim admittit lumen, propter terrestris corporis mistionem. Talis uero est puluis. Quin propter eandem causam neq; flāma perspicua ac translucida est, quoniam terrestre in ipsa mistum est, si modo flamma est fumus ardens. Vitrum autē, & perspicua, quibus ędes ac fenestras pręcludere ac munire solent, aquea sunt, ut patet ex ipsorum generatione, propterea pspicua sunt. Quinetiam cornu & integmentū testudinis plurimum aquę habent, quare quodámodo elaborata atq; excalpta, redduntur perspicua. Esse enim aquea indicat id, quod emolliunt. Ea uero perspicua, quæ plurimum terrę habent, minus esse perspicua, indicio est ipsum etiam mustum. Est enim magis terrestre, quàm coctum & cōstans uinum. Propterea, neq; ipsa terra perspicua est, neq; ea, cum quibus admista fuerit. Perspicua igitur & translucida id, quod maxime uisile est, habent & recipiunt colorem, idest lumen, & prętерea aliis coloribus, ut uideantur, causam prębent. Visio enim est perspicui in actu, huius enim colores motiui sunt. Corpora uero solida, & certa finitaq; & terrestria, aut plus terræ habentia, nō amplius sunt translucida. Neq; enim adeo perspicua: Neq; lumen tanquam proprium colorē, ea suscipiūt. Propriū autem uniuscuiusq; ipsorum est color, & eatenus uisile est, quatenus perspicuitatis, quę coloribus subiicit, particeps est. Quantum enim ad mistionem naturæ terrestris attinet, perspicuitate priuata sunt. Prima enim ex corporibus hoc patitur. Quatenus autē perspicuitatis particeps est, eatenus sic quoque colorata est. Quæ enim magis perspicua sunt, colorem habent lumini conformem. Proxima his, album. Et oportet, ut quę magis uisilem colorem habent, magis etiam perspicuitatem habeāt. Magis autem uisilia sunt lumini conformia, & alba. Secundo, quæ his consequenter proxima sunt. Minime autem, nigra. Sensilia quidem sunt hæc quoq;, nō tamē præcipue uisilia. Quoq; maior aut minor participatio, differētes quoque colores in corporibus facit. Peculiare autē id terræ est. Quoniam uero omne perspicuum uisile est, omne autem uisile uidetur in termino aut extremitate, omne igitur perspicuum uisile est in termino. Sed color est, per quem uisile est: color igitur est, per quem perspicuum uisile est. Visile autem est, ut diximus, in proprio termino, color igitur est perspicui terminus. Solus enim is actu uisilis est.

De primo

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

De primo familiari ex Sententia Aristotelis, Cap. quadragesimum.

QVoniam uero est quoddam appetendum & appetitiuum, & ultimum quoddam expetendum, ceu felicitas, quod uero primo ultimum est, alicuius ultimum est, certe aliquod erit primum appetendum. In quo enim continuo existenti, aliquod ultimum est, in hoc necesse est principium quoq; esse, à quo progressus per media usq; ad finem & ultimum fit. Quare si est aliquod ultimum appetendū, aliquod profecto principium eius est, quod primum domesticum seu familiare appellant. Hoc igitur primum domesticum, quęsitum est, quid nam sit, apud philosophos, neq; idē oībus uisum fuit. Sed ferme, iuxta differētiā ultimi appetēdi, differētia quoq; ac cōtrouersia inter eos, qui de ipso loquūtur, exoritur. Stoici igit, & si non omnes, aiunt primum domesticum esse animal ipsum sibi. Vnunquodq; enim animal, ubi natū est, sibi domesticum fieri, & ipsum quoq; hominem. Qui uero probabilius atq; commodius, quam ipsi, dicere uidentur, atq; exactius, aiunt ad constitutionem ac conseruationem nostram nos, ubi in lucem editi sumus, accōmodari. Epicuris uero, uoluptas primum domesticum uisa fuit simpliciter, sed progressu temporis hanc uoluptatem corrigi exactius atq; emendari. Quibusdam, uacatio à perturbationibus ac molestiis, ut Megaricis. Academicis autem, uacatio lapsus & erroris. Ad hanc primam enim nos aiunt accommodari, ne labamur aut erremus. Et omnino consequentia ad finalia appetenda principia, ut diximus, singuli supponunt. Ex sententia uero Aristotelis, quidam aiunt, primum domesticū nos ipsos nobis esse, si enim res amāda est appetenda: nullos autē præ nobis amamus, neq; ad ullam aliam rem adeo accommodamur (alia enim affectamus & amamus aliquem per relationem ad nos) primū igitur domesticū erit unusquisq; sibi secundum hoc. Huius sententiæ sunt Xenarchus & Boethus, qui a rebus de amicitia dictis ansam cepērūt. Id autem est in nono Moralium ad Nicomachū, cuius orationis initium est, Fortasse autem ea declarabuntur, si quid sit amandum, cognitum atq; expositū fuerit. Donec uero dubium erit, nihil. Erit enim aliquod amandum apparens. In decimo item, similiter ait, His uero rationibus opera perspicua sunt, quatenus amādum maxime seipsum est. Sed male perpēsa est sententia. Nos enim amamus, uel tanquam res appetendæ existentes, uelut rem quandam aliam sepatā à nobis, quam appetimus. Nihil enim seipsum appetit neq; id, quod ipsi adest, quatenus præsens: Aut, ut simul nos ipsi, appetimus. Quoniam illa imposibile est appetere. neq; enim nos à nobis alii aut diuersi sumus. Et laboriose igitur & molestе. Nam cum in his uersamur, sumus tamen. Sunt uero, qui asserant, primum domesticum iuxta Aristotelem, Voluptatem esse, moti ipsi quoque & adducti iis, quę in Moralibus ad Nicomachum ait. Tria enim esse ait appetenda, Honestum, utile, suaue. Appetendum aūt quoddā est id, cui accōmodamur. Verę honestū & utile, apprehēdimus progressu ætatis. Suaue autem, statim. Si igit sola hæc sunt appetenda ac domestica: Primum autem horum est suaue ipsum: Primum igitur nobis appetendum erit. Præterea, si omnis appetitus est boni, aut apparentis boni, sed quod uere est bonum, finale est. Quod uero est apparens, haud est eiusmodi. Sed suaue est bonum apparens, primum igitur nobis id appetendum secundum naturā erit. Atq; id quoq; non nimis diligenter atq; exacte pronunciatur. Suaue enim appetimus, aut simpliciter, aut quodammodo, quod secundum quid suaue est. Simpliciter nihil habentes familiare erga ipsum, ut nobis accedat, Virginius uero Rufus, & ante ipsum Socrates ait, Vnumquodq; appetere perfectionem, & ut actu sit, & sine impedimento uide licet suas functiones exequatur. Quare nobis quoq; inquit appetendum esse, ut simus actu, hoc est uiuamus, & actiones, quæ à uita proficiscuntur, nobis suaues esse. Tales enim actiones secundum naturam, donec sine impedimento fuerint, suaues sunt: Sed unicuiq; perfectio bonū est. Perfectio autē omnis, quod potestate est, eē actu id, quod erat potestate. Et est animal non in agendo, sed in eo, q; potest. Nam dormientes uiuunt. Qui igitur appetit esse actu, appetet propriam perfectionem. Bonum autem unicuiq; id est. Quare hoc appetimus. Consequens autem est, ut illi, qui statuunt primum domesticū, esse & uiuere actu, uoluptatem esse dicant primum domesticū, & ipsum bonū. Quin finis quoq; huic respondet. Agere enim iuxta intellectum, & actu intelligibile esse, finis est, qui pendet ex eo, quod nos accommodemur ad id, quod potestas est. Sed homo perfectus, in eo essentiam habet, quod intellectiuus est. Verum hæc sententia correctione quadam & determinatione indiget. Vtrum enim ceu omnem functionem, quæ à uita oritur, suauem existentem appetimus, an non omnem? Fortasse enim non optimam. Hæc enim est ultima ac suprema. Vel eā actionē dicūt, quatenus sumus. Sumus aūt tūc sensitiui. Quare eam, quæ secundum ipsos sensus. Postea uero, rationales. In uigesimo autem Moralium ad Nicomachum inquit, Vnicuiq; actus secundum proprium habitum, summopere eligēdus est. Atq; hę quidem sunt de primo domestico opiniones, ex sententia peripateticorum. Sed locus exactiore quadam inuestigatione indiget. Quoniam enim Finis, ut inquit Aristoteles, duplex est, qđ, & cui. Quod, ut felicitas. Hoc enim est omnium bonorum maximum & ultimum, & scopus. Cui autem, nobis. Perfectissimum enim nobis id est, ut nobis beatitudo accedat. Et quantum ad res spectat, felicitas est finis & scopus: quātum ad nos, nos beatam uitam ducētes. Cum duplex igitur finis sit, necesse est ut circa ipsa principia duplex quædam natura existat, cum unūquodq; principium ex continuitate appetendorum ad proprium finem perducat. Est igitur, ut dicimus, primum appetendū duplex. Nos etenim nobis ipsis familiarissimi sumus, nec simpliciter nobis ipsi familiares sumus, sed ut nobis bona suppetant. Id igitur est primum familiare, nostrum scilicet bonum, idq; appetimus. Verum quoniā ubi primū nati sumus, imposibile est, ut ueri boni apprehēsionē habeamus, bonū saltē apparēs appetimus. Apparens autem bonum est ipsa uoluptas. Voluptas igitur nostra, primum domesticum est, hoc est apparens bonum. Quod & si aliis, qui dixerunt primum familiare, consequens est, propter necesitatem, quæ ex oratiōibus sequitur, sed tamē, nulla facta distinctione aut discrimine, nos ipsos nobis primū familiare esse pronunciarunt. Alii rem externam suauem, primum

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

domeſticum. Nullus autē ex ipſis totum coniungens perfecit. Ambo igitur ſimul recte dicunt. Sed uterq; ſeiunctim non recte. Aut qui ait unicuiq; familiare eſſe, ut actu ſit & uiuat, & quatenus ipſius eſſentia eſt in continuitate. Id enim quod ſecundum naturam eſt, quatenus eſſentia unicuiq; eſt, ſuaue eſt & familiare & primum appetendum, exacte ac diligenter dicit. Infans enim, cum adhuc rationalis non ſit, non erit primo accommodatus ad actum ſecundum hoc. Sed ubi ſenſitiuus eſt, actibus ſecundum ſenſus accommodatus erit, & præterea, ipſi alimento. Cum igitur appetat actionem non impeditam, quatenus eſt certe propriū bonum & uoluptatem appetet, ſi modo uoluptas eſt actus non interruptus naturalis habitus. Atq; etiam ut ipſis ea adueniat. Proprium enim actum appetunt. Qui.n. propriū actum quatenus eſt, poteſtate appetit, appetit certe non impeditū. Quod enim prohibere ac impedire poteſt actum, fugiendum eſt ii, qui ipſum actū appetit. Simul uero eiuſmodi actus ſuauis quoq; eſt. Appetit uero actum non ſimpliciter, ſed ut ipſe exequatur: familiarem igitur, ut ipſe declectetur, appetet. Magis autem, quoniam uoluptas talem actum ſequitur, ad quā primū domeſtice affectus eſt: Nō enim proſcopo appetitus, ſibi uoluptatem proponit: ſed habet eam, quæ ſequitur ipſum actum. Omne enim ſecundum naturam exiſtens, ſuaue eſt. Non enim primo delectat, hinc ita appetit id, p quod delectationem cepit. Natura enim ratione propria non indiget. Sed in iis, quę naturaliter fiunt, eiuſmodi principium ſequunt omnino illa, quæ poſt ipſum ſunt, & talis finis, ſi nihil impedimento ſit, quanquā ſine præmeditarione, ut in artibus: uerum ita paratus ac cōfectus. Conſentaneus autem eſt eiuſmodi principio ipſe finis, ex ſentētia Ariſtotelis, qui eſt actus ſecundum uirtutem. Ait porro in decimo Moralium ad Nicomachum de eo hunc in modum, Omnes appetere uoluptatem exiſtimaret aliquis, quoniam uiuere omnes appetunt. Vita autem actus quidam eſt. Quodlibet autē circa ea & iis agit, quæ maxime amat. Voluptas uero actus perficit ipſos, & uitam quoq;, quam appetunt. Merito igitur Voluptatem appetunt. Perficit nanq; unicuiq; ipſam uitam, quæ eligenda atq; expetenda eſt.

Virtutes mutuo uinculo nexas eſſe, ſeq; inuicem ſequi.

Cap. quadrageſimumprimum.

VIrtutum alteram alteri nexam ac iunctam eſſe inde maxime colligi poteſt, quòd impoſſibile eſt unam ex ipſis integram habere, niſi alias quoq; teneat. Neq; enim poſſibile eſt Iuſtitiam ſolam habere, ſiquidem Iuſti eſt, ut in omnibus rebus, quę uirtutē uirtutem poſtulant, iuſte agat. Sed intemperans nunquam iuſte aget, ubi aliqua uoluptas eum trahat. Timidus itē, cum periculum imminet illi, qui iura exequatur. Auarus, ubi lucri aut muneris ſpes ulla affulſerit. Et demum omne uitium actu ſuo aliquam iuſtię partem uiolat atq; labefactat. Quin, ut intemperans aut iniuſtus, fortis ſit, fieri nequit: aut eum, qui alio uitio imbutus fuerit. Intemperans quidem actui uirili ac forti Voluptatem anteponet. Iniuſtus malet potiorem partē habere, quàm fortiter ſe gerere. Quin etiam proditores his uitiis ſubiectos eſſe, uidere licet. Qui uero fieri poteſt, ut Timidus aut iniuſtus ſecundum modeſtiam ac modeſte agat? Iniuſtus enim ſibi maiorem uoluptatum partem uindicat: Timidus autem quandoq; cedet ac ſuperabitur, minis Tyranni perterritus, ab inhoneſtis quibuſdam uoluptatibus: Aut initio eius gratiam inire affectans, timiditate delectari iiſdem uoluptatibus aſſueſcet. Et penitus impoſſibile eſt, ut aliquis, uel quocunq; uitio prędituſ, uirtutis actionem ſecundum id non labefactet ac contaminet. Quare neq; eā uirtutē aliquis, quam putat, habebit, niſi poſſit in oībus occaſionibus, & ad oīa ipſa uti, ad q̄ tēdit actio uirtutis. p̄terea, ſi per ipſam differunt, qui preſentia uirtutis boni uocantur ab illis, qui per artē aut ſcientiam boni appellantur: quòd hi quidem cum additamento boni uocant. bonus enim faber, bonus cerdo, & bonus geometra uocatur id totum. Qui uero uirtute prędituſ eſt, ſimpliciter & ſine additamento bonus nuncupatur. Impoſſibile autē eſt, ut aliquis ſimpliciter bonus ſit, niſi in omnibus bonus fuerit. Impoſſibile igitur eſt unam duntaxat uirtutem tenere. Prēterea ex ipſo uitio idem quoq; demonſtrari poteſt. Si enim qui uitium habet, ſimpliciter malus eſt, qui uero ſimpliciter malus eſt, nunquam erit ſimpliciter bonus. Nam ſimul in eodem ſecundum idem contraria haberet. Impoſſibile igitur eſt, ut qui uitium aliquod habet, uirtutem ſimul habeat. Præterea, ſi non mutuo ſe ſequuntur uitia, quo enim modo, cum ſint inter ſe contraria, quando hæc in exceſſu, illa in defectu uerſantur: & eſt ſufficiens ipſum uitium ad infelicitatem. Qui uero infelix eſt, qui dici poteſt ullam tenere uirtutem? Prēterea, ſi Virtus honeſti gratia, quatenus honeſtum eſt, omnia agit (uirtus enim actiua eſt honeſtatis rerū, quę in actiuis ſunt) qui igit uirtutē habet, honeſtatis ſtudioſus erit. Studioſus autē honeſti, quod in omnibus honeſtū eſt, amat atq; amplectit: ſed qui quod in omnibus rebus honeſtum eſt, amplectitur, omnem uirtutem habet. Si quis enim honeſtū, quod in fortitudine eſt, complectitur, ſed nō amplius id honeſtum, quod in Iuſtitia eſt, certe ne honeſtum quidem, quod in fortitudine eſt, quatenus honeſtum ſectabitur. Quod ſi hoc ita eſt, non igitur fortis erit. Omne.n. honeſtū, q̄tenus honeſtū, indifferēs ē. Siue.n. nō cognoſcit omne honeſtum, ne hoc aliquid quidē, tanquām honeſtum cognoſcet. Vna enim eſt honeſti cognitio, quatenus honeſtum eſt. Quemadmodum enim ebrius omne uinum amat, ita quoq; ſtudioſus honeſti, omne honeſtum eligit atq; exoſculatur. Prēterea, ſi uirtutes inter ſe differunt non ſcopo, ſed eo, circa quod differūt. Scopus enim idem omnibus propoſitus eſt, ipſa uidelicet honeſtas. Differentia autem ipſarum eſt, quatenus hęc circa has affectiones uerſat, ceu exempli gratia, circa confidentiam & timorem, illa uero circa uoluptates tactiles. Alia item, circa quædam alia. Qui unam habet uirtutem, & communem omnis uirtutis ſcopum, ipſum honeſtum tenet. Qui uero id habet, ſcopum ſcilicet rerum, quę ab eo geruntur, omnia eius ſcopi gratia aget. Atq; ita omnes uirtutes habet, pro ſcopo omnium rerum, quas gerit, honeſtum ſibi proponens. Præterea, ſi omnis uirtus alicuius, ſumma & extremitas naturæ illius eſt, certe hominis uirtus, ſumma erit naturę atq; aīę hominis. Aīa aūt hoīs rationis cōpos eſt, nō ſimpliciter tñ, ſed habēs poteſtates plures. Rationalem quidem proprie, aliam, ceu rationi parentem. uirtus igitur erit ſingularum rationalis animæ poteſtatum ſumma. Quare una

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

quædam ex ipsis non erit hominis uirtus per se acce/pta. Non enim, quod separari & per se subsistere pos/sint, uirtutes omnes singillatim uocátur ac seiunctim: Sed quod alterius potestatis sint, & circa aliam mate/riam uersentur, atq; agant. Integrum enim quoddam est ipsa uirtus absoluta ac perfecta, cuius partes sunt, Fortitudo, continentia, Iustitia, & reliquę omnes, quę non simpliciter uirtutes sunt, sed circa hæc & cum ad ditamento. Simpliciter enim est illa Integra. Velut igi tur in aliis partibus in toto partes sumptę, tunc sunt partes, ubi complent totum: separatę uero ac seiun/ctæ, non amplius partes sunt, nisi æquiuoce, ipsas apti tudines & dexteritates solemus appellare uirtutes, Velut enim qui unam actionem iuste egerit, non est idcirco iustus, nisi similis in omnibus sit: Ita neq; is, qui honesti alicuius gratia aliquam actionem egerit circa aliquam materiá, Virtute prędituś esse dicetur, nisi ubiq; & in omnibus rebus similiter honesto in/cumbat, idq; sequatur. Prętera, si uirtus rationalis est scientia, & cognitio bonorum: passiui autem, actio bo/norum, sed impossibile est bona agere, nisi cognoscat ipsa & norit: igitur impossibile est, ut aliquis bona co/gnoscat, q; bona sint, nisi ipsa eligat, & procliuis ad ea fuerit. Signum huius rei est, q; qui aliqua eligit, ea etiá bona esse præsenserit, neq; Virtutem rationalis sine passiuo habere possibile est, neq; harum aliquam sine illa, & mutuo. Præterea, si postquam bona cognita sint esse bona, sequitur electio (propterea enim intempe/rantem, non proprie, nec simpliciter cognoscere dici/mus) Et cognitio quidem est prudentiæ, electio autę, moralium uirtutum, certe uirtutes morales ipsam prudentiam sequentur, & eas quoq; prudentia uicis/sim. Quando quæq; ipsarum uirtus est, in agendo ex recta ratione, hoc est, prudentia. Quin morales quoq; se mutuo sequuntur, siquidem qui unam harum ha/bet, habet etiam prudentiam & morales. Prętera, si omnis actio uirtuti consentiens tum ex eo, q; scopum talem hebeat, tum q; ita agatur, composita est, & si mo ralis uirtutis est, ut rectus scopus proponatur: ipsius autem prudętię, ut cognoscantur ea, quę eo tendunt, quomodo separata ac seiuncta esse potest? Prętera, si impossibile est habere prudentiam, nisi qui sit circa omnes res prudens, certe qui prudentia præditus sit, omnia, quæ agenda sint, cognoscet. sed impossibile est, ut prudentia, quę possit ea, quæ ad eum scopum ten/dunt, cognoscere, existat, nisi cõueniens scopus sit pro positus. Neq; enim amplius prudens, ea, quæ agenda sint, iudicabit & cognoscet. Verum ea, quæ agenda sunt, iudicat, & cognoscit, & exequitur ipse prudens: in omnibus igitur, quę agenda sunt, rectum scopum propositum habebit. Atq; ita omnem uirtutę habet, quando uirtutum moralium finem & scopum opti/mum rerum agendarum definit. Sed prudẽs in omni bus rebus agendis optimum scopum statutũ ac fixum habet. Periti enim uiri est, ut ea, quę ad scopũ spectát ac perducunt, perspiciat: Prudentis autę, ut ea uideat, quę ad optimum scopum ducunt. Si igitur fieri non potest, ut iuxta aliquam moralium uirtutum opere/mur citra prudentiam, ipsa autem prudentia circa omnia agenda uersans, cogit secum omnes morales uirtutes, siquidem est habitus cum ratione agens cir/ca omnia bona hominis, quatenus homo est, certe omnes uirtutes prudętiã ipsam comitabuntur. Haud enim facile est, ut inquit Theophrastus, uirtutis diffe/rentias sic deprehendere ac discernere, ut non inter se aliqua saltem in re consentiant atque conueniant. Appellationes uero ipsarum sunt, ut communis usus appellat.

Ius naturale esse, Cap. quadragesimum secundum.

IVs naturale esse, inde colligitur, q; homo natura so/ciabilis est & cõmunicabilis. Nec potest societas du/rare citra iustitiá. Esse autem communicabilem pa/tet ex actione. Homo enim nõ est is, ut solus & p se ui uere possit. Velut enim alia animalia, quæ naturaliter cõgregantur, dicimus id naturaliter habere: ita homo quoq; naturaliter habet, ut communicabilis sit in so/cietate ac communicatione aliorũ semper uitã agens. Prætetea ex animalibus, quæ naturaliter congregan/tur, & si id naturaliter habeant (Id enim ad quod ali/quid impellitur ac mouetur, neq; ex doctrina, neq; ex consuetudine, neq; necessitate ductum, hoc inquam ipsi naturaliter inditum est. Ita quoq; animalia, quæ congregantur, ut mutuo secum uersentur, ex natura li impulsu habent) Sed tamen, quanquàm ea naturam hãc habeant, licet separatum unum aliquod ab alioq; conuictu, educare perse. Quinetiam nonnulla diutis/sime superfuerunt ex iis, quę naturaliter ut congregẽ tur apta sunt, etiam si priuata essent societate ac conui ctu aliorum. Homo autem nullus superuiueret diu/tius, qui ab aliis hominibus seiunctus esset. Indicium autem maximum est, hominem natura communicabi lem esse, atq; etiá multo magis, quàm reliqua omnia animalia, q; solus rationalis est homo, & solus ratione uti potest. Ipsa uero ratio ad id spectat, ut proprias co/gitationes & spectacula iis indicemus, quibus cũ uer/samur. Quoties igitur nemo nobis præsto est, aut no/lumus alicui præsentium res nostras indicare, uel di/scere aliquid ab illo, quiescimus sola cogitatione con tenti. Quare si ad aliquam rem hac ratione sola, quam nobis natura elargita est, utimur, Et natura nihil fru/stra aut facit aut largitur, certe nobis tanquam com/municabilibus rationem impertita erit. Præterea, etiã si dicamus ipsum Ius cõstitutione eé, comprobabitur hominem natura communicabilem esse. Si enim iure indigẽt & hac constitutiõe oẽs homines naturaliter, nõ enim hic indiget, ille minime, id uero tanquam so/cietatem conseruans assumunt, certe omnes homines socialitaté natura habebũt. Non enim dici potest, indi gere ipsos iure, sed ius natura non esse. Id enim, sine quo impossibile est esse aliquid eòrum, quę in nobis insunt, necesse est esse natura, uelut impossibile est ui/dere sine oculis. quare cũ uisio sit natura, ipsi quoq; oculi natura erũt. Similiter aures quoq; natura. Neq; enim sine iis audire possibile est, & auditus natura est. Et penitus omnia sensoria in nobis naturaliter insunt, propterea quod actiones, quę per ipsas fiunt, naturali ter nobis adsunt. Si igitur sociales ac communicabiles natura sumus, impossibile autem est durare societatẽ sine iustitia, necesse est ius quoq; natura esse. Quòd si quoniam apud alios aliud ius est, propterea negent ipsum esse natura, certe id natura dicent esse, quod apud omnes idẽ est. Et si ius scriptum, quoniá scriptũ est, per constitutionem & non natura esse dicẽt, certe necesse erit, ut natura, non positione fateantur id, quod non in scripto uim habet. Suntq; eiusmodi ple/

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

raqꝫ, quę appellare ſolemus ex ipſo affectu, leges non ſcriptas, quę cõmunes omnibus hominibus ſunt, niſi ſint excęcati. Reuereri enim ſeniores, colere Deum, honorare atqꝫ obſeruare parentes, & pręſtantiores uiros, ſunt iura quędam nõ ſcripta & communia, quę naturaliter apud uniuerſos homines retinentur. De his enim neqꝫ paciſcuntur ſecum, neqꝫ leges ſanciunt, ſed retinent tanquam ſtatutas & confirmatas ab ipſa natura. Sed de modo honoris leges ferunt, alii hoc modo, alii illo: & ii per hos, alii per illos, ea quenqꝫ facturum eſſe putantes, in quibus prius uerſatus fuerit. Quibus in rebus poſtea ius per conſtitutionem, quod ius gentium uocant, uim habet. Hoc enim modo colere Deũ, uel obſeruare parẽtes, ius per conſtitutionem & lege le definit ac præſcribit. Quare alias id ius apud alios diuerſum eſt. Sed tamen apud omnes & ſemper, ut colatur deus, in hominũ natura inditum eſt, atqꝫ inſperſum. Quare ſi quis hæc iura ſemper & apud omnes uniuerſaliter naturalia eſſe dicat, à uero non aberrabit, ſine quibus communitas ac ſocietas permanere nõ poteſt. Non enim dicendum eſt, communitaté natura eſſe, ea uero, quibus cõmunitas cõſeruatur, naturalia non eſſe. Sed neceſſe eſt, ſi naturalis eſt ipſa communitas, naturalia quoqꝫ eſſe iura, quibus conſtat communitas. Ius enim conſeruare ac fulcire ipſam communitatem ac ſocietatem, patet in iis qui iniquiſſimi atqꝫ iniuſtiſſimi eẽ uidentur. Hi uero ſunt ipſi prędones. Quoꝝ ſocietas ex iuſtitia, qua alter erga alteꝝ vtiť, cõſeruať. Quia.n. alter potiorem partem ſibi non uendicat, quia nõ mentitur ullus, quia obſeruant eum, qui aliis præſtantior uideatur, quia conuentiones ac pacta ſeruant, quia demum imbecillioribus opem ferũt, propterea illorum ſocietas mutua cõſeruatur, ac perdurat. Quorum contrariis omnibus aduerſus eos, quos iniuria afficiunt, utuntur. Hæc enim naturalia eſſe iura, argumentum maximum eſt, ꝙ ne ſi paciſcantur quidem contraria his inter ſe tanquam iuſta, permanere ullo modo poteſt eorum ſocietas. Atqui conſequens foret ut quodlibet ſimiliter ſocietatem conſeruaret, quod pacto & conſtitutione factũ eſſet. Quòd ſi hæc quidem, pacti uel non pacti fuerint, ſocietatem conſeruant, oppoſita autem iis, etiamſi pacti fuerint, labefactant atque euertunt: Certe, ea, quæ conſeruant, naturalia ſunt, quãquam ex conuentione fiant. Ipſa enim conuentio ac conſtitntio uidetur eſſe quędam iuris naturalis inueſtigatio, & conſenſus cõmunis rerum inuentarum. Verum ex quęrentibus, nonnulli res quęſitam inueniunt, nõnulli fruſtrãtur. Quemadmodũ ſane in aliis omnibus, quę per inueſtigationem inueniri poſſunt. Pręterea, qui ſtatuerũt atqꝫ decreuerunt iniuriam inferre & prædari, non expenſis latis legibus ex earum trasgreſſione, prędantur atqꝫ graſſantur, ſed tanquam crimina aperta ſint, per quæ prædationem ad id ferunt. Si uero ſunt quædã iniuſta naturaliter, & non cõſtituti iuris transgreſſione, neceſſe eſt, ut naturalia quædam iura ſint, quæ illis ſint contraria. Eſſe autem quædam iniuſta natura patet, ꝙ apud omnes, & qui ualde cõtrariis legibus utuntur, communia quędam ſint, quibus q ſibi propoſuerunt, ut iniuſti eſſent, utuntur in eos, quos iniuria afficiũt, oĩa enĩ p̃dones ferre eadẽ apud oẽs faciunt, quos iniuria afficiũt. Qđ ſi ita habet, certe ea, q̃ his, q iniuſti ſunt natura, cõtraria ſunt, iura naturalia ſunt Nam nihil aliud eſt iniuria, q̃ trãſgreſſio iuris. Quare ſi natura eſt trãgreſſio quędã iuris, certe ius erit multo prius, cuius trangreſſio iniuſta eſt natura. Poſterius enim eſt transgreſio alicuius, quàm illud, cuius eſt trãsgreſſio. Nihil enim aliud eſt iniuſtum natura, quam tranſgreſſio & contrarietas naturalis iuris. Prętera, quemadmodũ in aliis uirtutibus habet, ita par eſt, ut ſe habeat res in ipſa iuſtitia. Verum in aliis ſingulis, naturaliter ea, quę geruntur ab ipſis, talia ſunt. Natura enim forrtitudinem, qui fortitudine prędituseſt, exercet. Et naturaliter continentia ea, quę à continentia geruntur. Ita quoqꝫ in aliis. Sunt igitur etiam iura natura, quæ aguntur, & iuſtitia.

Non ſufficere uirtutem ad felicitatem.

Cap. quadrageſimumtertium.

SI qui uirtute prędituseſt, felix eſt, qui uero felix eſt, feliciter uiuit, felicitas enim in uita uerſatur, qui igitur uirtute prædituseſt uitam felicem uiuit. Sed uita felix eligenda eſt, non prętermittenda aut refutanda, uita igitur felix non prętermittenda eſt. Vita itaqꝫ, quam aliquis uolens deſerat, felix non eſt. Sed, qui uirtutem habet, deſerere quandoqꝫ poſſet uitam cum uirtute, idqꝫ uolens, propter diſceſſionem cõſentaueam rationi. Vita igitur uirtute prędita & ſecundum uirtutem, non eſt felix. Virtus igitur non ſufficiens eſt ad felicitatem. Prętera, qui quærit, an uirtus ad felicitatem ſufficiat, nihil abſurdum quęrit: qui uero quærit, an uirtus ad uirtutem ſufficiens ſit, rem abſurdam quęrit, non igitur eadem eſt utriuſqꝫ ipſorum quęſtio. Quòd ſi hę quęſtiones eędem non ſunt, nõ igitur idem eſt uirtus & felicitas. Sed eſt primum, ergo ſecundũ. Si itaque aliud eſt uirtus quàm felicitas. non igitur in poſſeſſione uirtutis felicitas conſiſtit, uelut neque in habendo tibicinis artem conſiſtit tibia canere. Non igitur in habitu ſolo & poſſeſſione uirtutis eſt felicitas. Præterea ſi diuerſum eſt id, quod ab aliquo gignitur, ab eo, quod ipſum gignit: ſed felicitas ex eorum ſententia à uirtute gignitur, certe felicitas à uirtute diuerſa eſt. Sed eſt primum, ſecundum ergo. Prętera, ſi felicitas in uita atqꝫ in actione uerſatur, ipſa autem uirtus eſt habitus, non igitur idé felicitas eſt qđ uirtus. Prętera ſi oĩs ars, aliquid à ſe diuerſum efficit, nõ ſe ipſa: ipſa ãt uirtus iuxta ipſos é ars felicitas effectiua, certe felicitas à uirtute diuerſa erit, cũ ab ea fiat. Prętera ſi actio cũ uirtute felicitaté efficit, & ad actioné cum uirtute uirtus nõ ſufficit, uirtus igitur ad felicitatem non ſufficit. Aut enim circa electionem rerum ſuauium, ex ſententia Epicuri, aut circa electionem rerum naturalium uerſatur, ut Stoicis uidetur. Aut aliorũ quoquo modo domeſticorum, quæ oportet eius actionibus ſubiecta eſſe, ut ęrarię es, ferrum, ignis, carbones, quorum nullum ars ęraria facit. Si igitur circa ſubiecta quędam eius actus uerſat, quorum ipſa effectiua non eſt, non igitur ſufficit uirtus ad proprias actiones, nam indiget quoqꝫ illis, circa quę actio uerſatur, quę ſunt externa. Neqꝫ enim (ut aiũt) hęc ſine ratione tenoré hñt, ſed ſunt motiua uirtutis, & cauſę, vt ipſa agat & operetur. Ea enim ſectať, uelut propriam materiam ipſi artifices. Aiunt igitur tollẽdas eſſe ipſis actiones, niſi hęc comitentur, & ſuis differentiis uirtutes moueant. Neqꝫ enim tibię, ſi ad eſſentiam nobis conducerent, propterea ad tibia ſonan

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

dum conferrent, ſed tenorem ſine ratione haberent. Non enim ſi neceſſario homini ea ad ſunt, quibus uti tur Virtus & ſine ipſis nō eſt, propterea ad actionem uirtuti conferunt, cum ſint diuerſa ab ipſa uirtute. Præterea ſi ad rerum naturalium electionem, opus eſt corpore ualido & ſenſibus, quæ ſunt extra uirtutē (quomodo enim recte ſine iis rerum naturalium ele/ ctionem facere poſſent?) hæc uero ſunt extra uirtutē, non igitur ſufficit uirtus. Præterea, ſi uirtutis actio circa rerum naturalium ac peculiarum electionem uerſatur, & circa fugam ac declinationem contrariorū certe oportet ea adeſſe, quę ipſa electura ſit. Neq; enī ſemper homini hæc pręſto ſunt. Propter defectum igi tur harum rerum, ille qui uirtute præditus eſt, ſeipſe quādoq; eximit ac retrahit. Neq; enim quod nō poſſit ea eligere, eductio eſt uirtutis opus, ſed q; nō adſint ea, quæ in ipſa non ſunt. Si igitur in ipſa uirtute non eſt horum præſentia, actio autem ipſius circa horum electionem uerſatur, non igitur ſufficit uirtus ad pro priam actionem. Præterea, cum duplex ſit actio in ſin gulis artibus, quędam in principalibus & pręcipuis, vt Tibicini, ſi ualeat corpore, & tibias quales uult ha/ beat, & nihil extrinſecum ab ipſis perturbet, quædam in inconſideratis, & contrariis illis prędictis, quemad modum in aliis artibus, finis in actionibus circa conſe deratas res & principales. Ita quoq; in uirtute, ſimodo ipſa quoq; ars eſt. Præterea ſi nulla ars ſufficiens eſt ad propriam actionem, quod indigeat iis, per quę & circa quę actura ſit. Sed uirtus quoq; ars eſt, nec ipſa igitur ſufficiet ad actionem ſuam. Præterea ſi uirtus circa rerum naturalium electionem uerſatur, ſed im/ poſſibile eſt, ut alicuius rei fiat electio & iudicium, niſi prius imaginationem illius ſumpſerimus, quam impoſſibile eſt adeſſe non ſentienti, & ſane ſentientem oportet ſanum quoq; ſenſum ad agendū circa has res habere. ueq; huius cōpos nō eſt, ne cōſtitutiōis quidē igitur compos erit. Velut enim non exiſtentibus ipſis ſubiectis, impoſſibile erat operari, quorum ipſa com/ pos non erat. Ita quanquam adſint ſubiecta, ſed non pręat imaginatio, impulſum fieri impoſſibile eſt. Ima/ ginatio uero ſenſu quodammodo affecto, niſi ipſorū imaginationes mentiantur. Si igitur neq; ad ſubſiſten tiam eorum, circa quæ actus uerſatur, neq; ad imagi/ nationē & ſenſum ſufficit uirtus, ſine quibus operari non poteſt, ne ad ſuam quidem actionem ſufficiet. Prętera ſi poſſibile eſt, ut præditus uirtute in lethar/ gum, in melancholiam, in uertiginem, in delirium in cidat, in quibus qui fuerit impoſſibile eſt ut ſecun/ dum uirtutem operetur, non igitur ad ſuas actiones uirtus ſufficit. Quomodo enim dici poteſt eum, qui delirio correptus ſit, & uinculis indigeat, & idcirco amicorum ope, prudenter operari tunc, niſi mordicus ſuam poſitionem tueri uelint? Præterea, ſi uirtus quę dam repellit ac declinat ex rebus indifferentibus, iux/ ta hoq; ſententiā, q̄dā eligit & cōplectit, certe ad felici/ tatē nō ſufficiet. Quomodo enim felix eſt ille, qui in iis uerſatur, quę uirtus reiicit? Aut enim non recte facit ea reiiciens, aut impoſſibile eſt felicem eſſe, his pręſentibus, quę repellere ad uirtutem pertinebat. Senſus quinetiam, ſi ad hominis eſſentiam neceſſarii ſunt, ſed ad uirtutis actiones non conducunt, certe ſi/ ne ratione erunt. Quòd ſi non ſolum homini neceſſa rii ſunt, ſed conducunt quoq; ad agendum, & utitur ipſis uirtus ad proprias actiones (imaginatio enim actionum ſecundum uirtutem baſis ac fundamentū eſt) non igitur ſine ratione ad eius actiones conducūt, ut ſe habet cœlum, terra, locus, & tempus. Si enim iuxta uirtutem operabimur, quocunq; modo affectis ſenſibus, uel etiam falſis imaginationibus, quę ex hu/ iuſmodi ſenſibus naſcuntur, aſſentiemur, & iis conſen tanea agemus, id quomodo uiri ſtudioſi aut boni eſſe poterit? Aut ſi ambigemus, neq; aſſentiemur, & ni hil eorum, quę ab ipſis proficiſcuntur, agemus, certe nihil operabimur. Quòd ſi alia quædam operentur, de iis autem ambigant, non igitur ad omnia, quę in ui ta ſunt, ex hoc iuxta uirtutem operabitur is, qui Vir/ tute prędituſ eſt. Quare non eſt ſufficiens ad proprias actiones, quas propter quarundum rerum peculiariū abſentiam non peragit. Si quis enim dicat dormientes operari, q; aliquorum memoriam teneant, & experre cti eam nō omittant, ſimile eſt ac ſiquis aſſerat, dormi/ entes uidere, quoniam experrecti quoq; uident, nec amittunt poteſtatem uiſiuam. Præterea, ſi non animæ felicitas quęritur, ſed hominis: inconfeſſo autem eſt hominem ex anima conſtare & corpore, quorum utriuſq; ſunt peculiaria bona, & mala differentia in/ ter ſe. Velut igitur ea interſe diuerſa ſunt, nonne cōſe/ quēs eſt, ut finis eius, qui ab utriſq; agitur, & bonum, indigeat utroq; horum, ex quibus eſt, bono? q; ſi ita res habet, non ſufficit igitur bonum animæ ad finem hominis, ſed indiget etiam rebus corporis. Corporis autem bonum eſt, ualetudo bona, quę circa primorū corporum, ex quibus hoc conſtat, temperaturam uer ſatur. Robur, quod eſt in firmitate atq; agilitate ſecun dorum, & quę ex illis componuntur, corporum. Pul/ chritudo, quę eſt in bona habitudine & commenſura tione tertiorum iam & diſſimilarium corporū, quas partes corporis contiguas & proximas uocamus. Quē admodum enim in anima omnibus uirtutibus per ſingulas poteſtates opus ē ad hominis finē, ita quoq; in corpore. Præterea, ſi ea, quibus homo naturaliter familiaris eſt & accommodatur, uult ſe bene habere uirtus, & pręter eius uoluntatem eſt, ut hęc non bene habeant: Sed homo naturaliter uelut ipſe ſibi amicus eſt ac familiaris, & partibus ſuis poteſtatibus, & extre mitatibus, ita quoq; proximis, parentibus ſcilicet & amicis, & propriis ciuibus. Sociabile enim & ci/ uile animal eſt. Iam liquet igitur, hęc bene habentia & ſalua, ipſi aliquid ad proprium bonum & finem conducere & ea, quibus opus habebat, ut ſe ipſe cōſer uare queat, & unūquodq; eorum, quibus naturaliter familiaris eſt. Quare bonis quoq; utilibus opus ha/ bet, quæ uel actiua fiunt eligendorum per ſe homini, ea uero ſunt, ad quę naturaliter accomodatur, aut cō/ ſeruatiua ipſorum, aut contrariorum ipſis auerſiua. Præterea, felicitas eſt bonorum completio, cuiuſq; au/ tem eorum, quibus naturaliter accommodamur, bo/ num aliquod eſt. omnibus iis ergo opus erit ad bono rum completionem. Si quis enim dicat nos quidem pluribus familiares eſſe atq; accommodari, noſtra ta/ men nihil referre, quo modo ipſa ſe habeant, pugnan/ tia profecto dicet. Si uero iis indigemus, quomodo quiſquam felix eſſe dicetur, cum ipſi deſint ea, quibus opus habet? Siquidem nulla re indiget felicitas, ſed perfecta atq; abſoluta eſt. Præterea, ſi communes de fe licitate notiones, ipſam eſſe uitam ſua ſorte contentā

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

& nihil amplius appetentem. Nulla enim re indigere felicem præsumpserunt,& felicitatem ultimum expe/tendorum esse existimant. Quin & uiuere secundum naturam,& uitam secundum naturam felicitatem uocant.Preterea,bene niuere ac degere uitam,& bonam uitam,felicitatem esse dicunt. Si igitur felicitas eiusmodi esse præsumpta est, sed uirtus ad nihil horum sufficit, non igitur ad felicitatem sufficiens erit. Vtrū ne igitur qui uirtute prędituś est,omnia habet,& nulla re indiget in uita, an multa sunt, quibus uirtute præditus indiget,bona ualetudine,robore,diuitiis,& pluribus aliis? Atq; id etiam ex eorum sententia, qui uirtutem ad felicitatem sufficere statuūt. Aiunt enim esse quædam precipua sapienti,ut quæ dignitatem habent,& peculiaria quędam & curanda. Quin si seiunctim uirtus unà cum iis poneretur,& seorsum uirtus sola,nunquam ipsum sapientem solam uirtutem electurum,si posit uirtutem,quæ cum aliis est, sumere. Quòd si hoc,sapiens igitur his opus habebit. Deridiculus enim foret,si ea quidem eligeret,ad nihil tamē eorum electionem referret. Quomodo igitur ultimū expetendum esse uirtus potest,et quo comparato, nihil aliud amplius appetimus, & sufficiens est ad uitā? Quòd si non ad hæc,ne ad felicitatem quidem.Statuitur enim talis res esse felicitas. Quòd si uita secundū naturam felix esse statuatur, quomodo uirtus ad hoc sufficiens est? Natura enim quæ nobis animam dedit, corpus quoq; largita est,& ad utriusq; horum perfectiones,& comparationes nos accommodauit: quare qui alterutrius horum perfectione naturaliter priuatus est,ne secundum naturam quidem uiuit. Secundū naturā enim, secundū consilium ac uoluntatem nature intelligitur.Quòd si non hoc, non igitur feliciter.Preterea,si corpus organum existens nobis à natura datum est ad functiones naturales: In omni autē organo indigēte,cuius gratia organum est,ad id conducit quoq; organi uirtus:corporis igitur uirtus ad functiones naturales & uitam secundum naturam cōducet.Non igitur sine, corporis uirtutibus licet secūdum naturam uiuere.Quod si hoc, ne felicem quidē esse.Preterea,si Natura nihil frustra facit, nulla enim alia ars quicquam eorum,quæ ab ea fiunt, frustra facit,sed unūquodq; quod ab arte fit,ad proprium eius finem conducit: Sed Natura quoq; est ars quędam diuina,q̄re q̄ ab ea siunt,ad proprium eius,in quo fit, finem conducent. Accommodabunt autem nos ad id, bona corporis & externa.Conferunt igitur hęc quoq; ad naturalem nostrum finem, neq; frustra est accommodatio ad eas res.Non sufficit igitur uirtus ad naturalem hominis finem, quando neq; ad comparanda neq; ad conseruanda ea,quibus naturaliter accommodamur,sufficit.Præterea,si hæc sub electionem uirtutis cadunt,& natura electionis horū gratia est, si sint uirtuti familiaria,admittere: si sint oppositа, repellere ac declinare. nū eligere igit' oportet bona corporis & externa,sed eorum curam non habere? Nonne etiam possidere ipsa? Quid autem possidere ipsa,nōne etiam usum ad aliquid eorum conferre? Ad quid igitur,nisi ad finem? Neq; enim natura uellet, neq; uirtus iuberet,neq; sapiens eligeret,si nihil referret,ea habere, an non. Neq; enim ulla ars alia eligit aliquid, gratia eligendi solum, sed omnium electio ad finem refertur. In usu enim electorum,non in electione subiectorum finis est.Et uniuersaliter nonne absurdum, ut uirtus dicatur ad id solum esse,ut uidelicet eligat? Si enim indifferens est usus electorum, nec ad finem conducit, certe uana ac temeraria electio erit.Quinetiam si felicitas in bene uiuendo sit,neq; ad hoc sufficit uirtus. Bene uiuere quippe dicitur,qui uirtute utitur,& secundum uirtutem uiuit, & agit aliquid. In quali enim actione bona hoīs uita consistit.Actionum autem aliæ ad possessionem, aliæ ad usum referuntur possidentium.In possessiuis igitur,finis esse nō potest, nam ipsæ sunt gratia alterius.Sed in iis, quę ad usum spectant finis est. Neq; artificum finis est in possessione earum rerum,quibus usuri sint,sed in earum usu,qui est secundum artem.Et uirtutis sane ultimum & finis,cū ipsa quoq; sit ars, nō in electiōe & acquisitione quarundam rerum,sed in usu acquisitorum. Quòd si in functionibus & actibus,quæ ad usum pertinent, est felicitas,& bona uita: Hæ uero non sine corporis bonis,& externis & peculiaribus naturalibus q̄, quorum uirtus electiua est,uirtus igitur ad felicitatem & bonam uitam non sufficiet.Preterea,si à natura corpus quod organum est, homini ad proprias functiones datum est,& ad eius bona,certe corpus cōferet ad bonum hominis,quod est in actionibus,& ad finem. Ceu quoq; in artibus. Nam bonum tibiarum est ad bene canendū tibia. Quòd si ita est, nō sufficit uirtus ad felicitatem.Si hęc enim nihil ad uitæ actionem & felicitatem & finem conferrent, certe frustra nobis à natura corpus datum esset. Non enim,quæ prędentia iuuant, hęc absentia,non diminuunt opus,quod iuuant. Preterea,si omnia,quæ medicinę causa sunt, ea sunt sanitatis quoq; gratia,quæ ab ea fit: & quæcunq; artis gubernandi nauem ad feliciter nauigandū,quod ipsa efficit: quęcūq; igitur uirtutis sunt,felicitatis quoq; erunt, si modo eius opus est ipsa felicitas. Corporalia autē & externa ipsi quoq; fatent' uirtutis causa eē, ut eligat ipsa,& cōparet, q̄re ad finē quoq; hęc utilia sunt. Quòd si hoc ita est, nō sufficiēs ē uirtus ad finē. Preterea, q̄cūq; sunt medici gratia,quatenus medicus ē,ea sunt quoq; sanitatis, & q̄cunq; sunt gratia gubernatoris, sunt felicis nanigationis quoq;, qui est finis gubernatoris. Et quęcunq; demum sunt hominis causa, quatenus est, ea finis quoq; ipsius causa sunt, ideſt felicitatis. Non sufficit igitur uirtus ad finē. Preterea,si uelut aliquem dicimus secūdum intellectum agere, non q̄ intellectū habens agat,sed q̄ ita agit,ut intellectus uult: & secundum animam, non q̄ animam habens,sed q̄ ut anima uult,& in quibus & per quę. Felicitas autem est in actione secundum uirtutem.Felicitas igitur est in eo, quod est secundum uoluntatem uirtutis. Sed secundum uoluntatem uirtutis est, esse cum electis ipsi & peculiaribus,& eius gratia pręparatis. Conferunt igitur hæc quoq; ad actionem secundū uirtutem, hoc est,felicitatem.Quod si id ita est, non sufficit igitur uirtus.Preterea, ceu Tibicini ad bene tibia canendū, in canendo tibia,nec est indifferens tibicini ad bene canendum tibia & proprium finem,tibię cantus.Similiter quoq;,in aliis artibus.Ita si illi, qui felicem uitam agit,in bene uiuendo est felicitas, non erit igitur indifferens ipsi uiuere & bene uiuere, sed conferens ad bene uiuēdum.Quòd si ita habet,non sufficit uirtus ad finem,quando per hanc non ut uiuamus, sed ut bene uiuamus,à nobis acquiritur duntaxat.Preterea si uirtute

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

si uirtute præditus, maxime sibi & corporalia & externa bona cupiat, & pręsentia conseruet, & absentia eligat tunc, & possideat, & pro ipsis Deos precet, certe destitutus ad propositum ipsorum, nisi ea adsint, cupiet ipsa. Quòd si destituitur, præsentibus ipsi contrariis horũ, qui potest esse felix? Præterea, si qui uirtute prędituS est, contingit in furorem cadere, & morbo corripi, cum tamen nullus sit, qui furiosum, cum furit, aut ęgrotantem, aut dormiẽtem, felicem dicat: certe felicitas in possessione atq; habitu uirtutis nõ erit. Prętereа si uirtus, ut sit, & quoquo modo operetur, quibusdã opus habet, & in actione secũdũ ipsam ẽ felicitas, quo mõ satis erit ad felicitatem, cum indigeat quibusdam externis ad agendum, in quo est felicitas? Prętereа, si naturalia sapiẽti appetenda sunt, & nihil frustra sapiẽs appetit, hęc certe, quæ ipse appetit, ad finem proprium ipsius relationẽ habebũt, & cõferent ipsi nõnihil ad felicitatem. Prętereа, aut cum usu quorundã uirtus finẽ assequitur, aut oĩno ipsa per se. Si quidẽ utẽs aliis, sufficiens non erit ad finẽ: si uero per se, idem erit uirtus & felicitas. Sed uidemus id in artibus impossibile esse. Tribus. n. opus est singulis ad finẽ, fine, consequẽte finẽ, & inducẽte finẽ. Cõsequẽs quidẽ, est medicus, uel gubernator. Finis, felix nauigatio, & sanitas. Inducẽs autẽ hæc, medicina, ars gubernãdi. Et in felicitate porro, consequẽs est sapiens, finis felicitas, inducẽs uirtus. Velut igit medicina non est sanitas, sed sanitatis effectrix, & ars gubernãdi existens bonæ nauigationis effectrix, non est bona nauigatio: ita neq; uirtus, quæ est felicitatis effectiua, erit felicitas. Nihil. n. eorũ, q̃ aliquid efficiunt, sui effectiuũ est. Quare nõ sufficit uirtus ad felicitatẽ, q̃ ab ipa fit. Prętereа, si qlibet artifex ea q̃ ex arte eligit, habet cõducẽtia ad artis finẽ: ille etiã, q uirtute p̃ditus ẽ, ea q̃ eligit secũdũ uirtutẽ, tanquam sibi ad finem cõducentia habebit. Sed eligit corporalia & externa bona, siquidẽ oĩno gratia electiõis horũ uirtus accesit. Non. n. cũ uirtus sit, frustra q̃dã eligit. Non igit sufficiẽs. Si uero quoniã etiã alię oẽs artes eligunt quoq; corporalia & externa bona, negẽt ipsa organa fieri uirtutis, dicendum est, primo quidẽ, nihil absurdum esse, ut eadem pluribus artibus utilia sint. Deinde nullus ex illis, quatenus est artifex huius alicuius artis, eligit ipsa, sed p accidens. Non. n. quatenus tibicen aliquis est aut gubernator, eligit diuitias, aut gloriã, sed quatenus homo. Sanitas autem, si esset illis quoq; organũ. uirtuti autẽ principaliter horũ electio, id. n. est ipsius opus, electiua. n. horũ est, & probatiua. Quare erunt etiã organa ipsius, & cõducentia ad finẽ, qui ex ea nascitur. Prętereа, si quo uidemus, uirtute eius bene uidemus, & quo audimus uirtute eius bene audimus, & propterea, quo uiuimus, eius uirtute bene uiuimus, quare aĩæ uirtus felicitas erit. Aĩa enim uiuimus. Nõ propterea tñ nullo alio extrinseco indigemus, prætер animę uirtutẽ, ad bene uiuẽdum. Nã ob oculũ, oculo uidemus, & eius uirtute bene uidemus. Sed tamen ad bene uiuendum, & lumine indigemus, & aliis quibusdã. Primo, ut nihil obtenebret, & ut interuallũ conueniens sit, & magnitudo quanti, & uidendi coloris. Ita sane etiã bene uiuimus, aĩæ uirtute. Indigemus tñ etiam quibusdam aliis ad id cõducentibus, & organis. Nam secundum artes quoque & uirtutibus secundum ipsas, bene agimus, quæ ex arte sunt: Tamen ad fines secũdum artes, etiam quibusdam aliis indigemus, quę diuersa sunt ab artibus. Et uirtus sane, ceu ars felicitatis effectiua erit, non propterea tamen sine materia & propriis organis. Prętereа si ita dicatur uirtus sufficere ad felicitatem, ut quęlibet ars ad proprium opus, quoniam non alia arte indigent, ut recte functiones suas exequantur. Neq; enim ipsa uirtus alia quadam facultate & arte indiget, ut una cum illa felicitatem efficiat: indigebit tamen eatenus uelut artes, etiam aliis quibusdam, ut proprium finem efficiat. Quòd siquis dicat uirtutes ita sufficere ad felicitatẽ, quoniã nullo extrinseco indigent, non recte dicet. multis enim extrinsecis quemadmodum ipsæ artes, sic uirtus quoq; indiget, ut demonstratum ẽst, ad consequendum finem. Quòd si quis dicat, uelut ars tibiarum omni data modulatione recte uti potest, ita uirtus quoq; omni re ac negotio. Rectũ quidem est. Sed distinguendum diligentius, quòd uelut neq; ars tibiarum sine propriis organis potest id præstare, neq; uirtus. Sed solius quidem eius id opus est. non tamen sine conducentibus ad hoc. Prętereа, non quia omnibus rebus recte utitur, idcirco omnis rei usus felicitatem facit: sed rerum uoluntariarum talis usus: sunt tamen quędam quæ inopinato accidunt ipsi studioso, quibus bene utitur, non tamen eius actio circa hęc uersatur, & talis horum usus felicitatis effectiuus est. Prætereа propria, si præcipua & utilia sunt & dignitatem habentia, cur nam eiusmodi appellationes sortita sunt, si nihil conferunt ad felicitatem? omne enim prędipuum ad aliquid præcipuum est. Et quod conferẽs sit ad propositũ magis, quàm aliud, propterea dicitur quoq; prędipuum ad finem. Et promotio ipsorum certe ad felicitatem conducit. Si uero ad hoc non confert, sed ad uitam secundum naturam, percontari eos oporteret de uita secundum naturam, utrumne ipsa quoque sit bonum, aut non bonũ, sed peculiare & ipsum prędipuum, an alienum & non prędipuum? aut omnino anceps, & neutra ex parte pendens? Pręter hęc enim nihil responderi potest. Non enim dicent esse malum ipsam uitam. Si igitur bonũ, primo, nonne completiua ipsius & effectiua, bona ipsa quoq; erunt? Quare ipsa prędipua bona sunt. Prætereа non solum ipsum honestum erit bonum. Nam uita secũdũ naturã, si mõ bonũ est, ad felicitatẽ quoq; cõducet, si modo felicitas est cõpletio bonorũ. Quare non satis est ad felicitatem ipsa uirtus. Si uero alienũ & non prędipuũ, uel anceps, nonne ridiculum est, effectiua ipsius, præcipua esse dicere? Quid magis enim q̃ ad hoc ferũt, p̃cipua sunt, q̃ quę ad oppositũ ipsi? Si uero ipsa uita p̃cipua ẽ, & dignitatẽ habet, uelut illa, & pp hũc talia erũt quoq; effectiua ip̃us, cur p̃cipua ẽ & dignitatem habet, eos inrerrogabimus, quẽadmodũ de huius effectiuis. Qm̃ oẽ p̃cedẽs & p̃cipuũ ad aliqd p̃cipuũ est. Si ad felicitatẽ dicẽt, ergo uita secundũ naturã conferet ad felicitatem. Atq; ita effectiua quoq; ipsius, neq; sufficit uirtus ad ip̃am. Si uero ad aliud qd dicãt, eadẽ etiã de illo ratio erit, atq; id in infinitũ. Vniuersaliter autẽ, si uirtus sufficit ad efficiendam uitam nostrã summe felicem & beatã, quomodo esse potest rationabilis discessus aut eductio illi, qui uirtute prędituS est, cũ in beata uita sit? Ceu enĩ absurdũ est dicere Iouẽ uelle mori, ita quoq; absurdũ est, ut is q nõ secus ac Iũpiter beatã uitã agat, seipsum eximere atq; educere possit rationabiliter ex hac uita, cum corpo-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ralia & externa indifferentia sint, neque felicitatem efficiãt, neq; tollant. Cumq; ipsa uirtus, quæ sola & cõ parat beatam uitam & conseruat stabilẽ sua prẽsentia, nunquã deserat sapientem. Quoties.n. nullum malũ adest, aut expectatur iminetq;, sed summa felicitas circa ipsum uersat, uitã relinquere, & ipsam uirtutẽ uelle, admirandum est, & rationi repugnat. Quomõ.n. cõsentaneũ rationi est, ut uirtus id suadeat sapienti? Nõ enim ceu in aliquo alioꝛ, sic quoq; in felicitate ratiõnabile est, satietatem capere. Nulla.n. satietas felicitatis & uirtutis est. In infinitum.n. uadit finium appetitus. Neq; ad aliud quid est eoꝛ relatio. Auocationẽ.n. rationabilem siquis esse statuat, certe fatet impossibile esse sine corporalibus & externis felicẽ fieri uitã. Præterea, si rationabilis est discessus, sed ab aliquo prohiheamur nos ipsos abducere, nonne in talibus misera uita est propter quã rationabile est, eximere seipsum? Si uero misera uita ẽ, certe nõ amplius felix est. Quare neq; nõ abiicienda erit felicitas, q̃tũ qđ ad hoc attinet.

Non esse feminã & marẽ specie diuersos. Cap. xliii.

FOeminam & marẽ negat Aristoteles specificas animalium differentias esse. Quoniam uniuersaliter eæ sunt differentię diuisiuę generum in species, quæ hñt cõtrarietatẽ & oppositionẽ iuxta rationem. Sed differẽtię materiales, & subiecti affectiones non faciunt diuersa specie. Propterea album & nigrũ, quanq̃ contraria sint, nõ tamen faciunt corporis specialẽ diuisionem & differentiam. Sũt enim affectiones subiecti. Sed nõ cõmunis speciei & rationis corporis diuisio. Quoniã igitur & fœmina & mas p affectionem materialem differũt, non faciunt animalia specie differẽtia. Coctione.n. & cruditate: caliditate, & frigiditate subiectę materię differẽtia eoꝛ est. Hę.n. affectiones nõ sunt aialis proprię secũdum substãtiam & rationẽ: Sed secũdum subiectum, & materiam, & corpus. Quare ex semine eodem & fœmina & mas fieri potest, sed non rationale, aut irrationale: uel uolatile, uel terrestræ. Propter eãdem quoq; causam singulares quoq; homines, quãquam inter se differant, nõ sunt tamẽ specie diuersi, specialibus quippe affectionibus inter se differunt, non tamen secundum rationem, & differentiam, quę in ea est. Qualitate.n. carniũ & quãtitate, & aliis eiusmodi. Differẽs profecto est ęneus circulus & ligneus, nõ tamen sunt specie diuersi, q; eoꝛ differentia, in subiecto, nõ in ratione uersat: Sic quoq; in indiuiduis hominibus. Cõtrarietas.n. quę secũdum rationẽ spectat, species differẽtes gignit, nõ affectiones secũdum materiã. Mas itaq; & fœmina, quoniã non ratione, sed materiali affectione differunt, non sunt specię diuersi. Nõ esse autẽ marẽ & fœminã diuisiuas ac specificas differẽtias, hinc quoq; colligi potest. Aut.n. sunt hominis differẽtię, aut alterius alicuius speciei, in quibus est mas & fœmina: aut aialis, quod eoꝛ ẽ genus. Sed hois certe diuisiua differẽtia nõ est. Propriæ.n. alicuius diuisiuę differẽtię, nõ latius patẽt, q̃ id, cuius differẽtię sunt, ceu ex differẽtiis, q̃ aial diuidũt, nulla extra aial cadit, neq; in ullo est, quod aial non sit. Cõtineri.n. ac cõprehẽdi oportet differẽtias eas, q̃ pprie aliqd secãt, in eo, quod ab ipsis secat. Si.n. quædã uident longius se extendere, q̃ quod secat ab ipsis, quoniã nõ hoꝛ proprie sint, sed superioꝛ ipsis geneꝛ, idcirco ea trãsilire uidẽtur ac transgredi, nõ amplius ab illis excidẽtes, uelu siquis pedestre & aial mihi bipedi: Videt bipedis differẽtia in omni aiali esse. est etiã in uolatili, aialis.n. prõprie diuisiua est, quod nõ amplius transgredi potest. Nihil.n. quod non sit aial, est bipes. Mas itaq; & fœmina, nõ erunt hominis diuisiuæ differẽtię, quoniam in aliis etiã aialibus sunt, non in hominibus solis. Propterea q; nullius alterius aialium speciei differẽtiæ erunt, sed ne aialis quidẽ dici potest eas diuisiuas differẽtias esse, & speciei effectiuas. Differẽtię.n. quę inter se contra diuiduntur, non possunt simul in eadẽ specie manere. Neq;.n. rationale & irrationale in eadem specie esse potest, neq; uolatile, & pedestre, & aquatile. Neq; bipes, & quod pedibus caret. Fœmina autẽ & mas, in eis dẽ sunt speciebus. Sũt.n. in homine, qui idẽ est specie, in equo, in cane, inq; aliis similiter, quæ ex coniunctione & coitu gignunt. Non igitur diuisiuæ differẽtię, mas & fœmina sunt. Nec igitur specie diuersus ẽ mas à fœmina, quare neq; uir à muliere.

De Libero nr̃o arbitrio ex sentẽtia Aristo. Cap. xlv.

DE libero arbitrio eiusmodi quædam sententia ferebat. Si ipsa natura nõ oĩno similis est, sed differẽtiã habet, naturaliter .n. qdã apti, quidã inepti sunt. Maximã uero uim natura habet, ut tales uel tales nascant. Post naturã autẽ mores, ex quibus utriusq; electio & propositũ tale fit: quomodo amplius in nostro arbitrio erit electio & propositũ uitę, dubitaret quispiã. Nã & si quis causam tribuãt doctrinæ, ne discere quidem in nostro arbitrio est. Id autẽ dico in nobis esse, hoc est liberã uoluntatẽ, cuius oppositũ & possibile est etiã in nostro arbitrio, quale nos esse uolumus liberum arbitrium. Præterea id quoq; magis in dubiũ reuocari posset, an nihil sine causa fiat. Idq; omnibus uideat. oportet.n. ut iis, quæ in præsentia à nobis fiũt, causa prẽeat. Sed ĩpossibile est, ut eadẽ sit causa oppositoꝛ. Quod si id ueꝛ est, oĩa ergo q̃ fiunt, ex necessitate fiũt. Prẽiactę. n. sunt eoꝛ causę. Id aũt ita habere necessariũ est, nisi quidã motus sine causa reperiatur. Atqui reperit, & est. Quo demõstrato, tum liberã uoluntas cõseruabit, tum casus, & q̃ in fortuna sunt. Videt quippe etiã Aristoteli, quidã motus esse absq; causa, ut in quinto postnaturaliũ legit. Assertio autẽ & cõfirmatio, ut sit motus aliquis sine causa, inde habebit, si demonstratũ fuerit in entibus non ens insersum esse & coniunctum quodammodo. Si enim non ens in entibus quodãmodo est, est id, quod p accidẽs existit. Nõ ens.n. quod etiã esse cõtingit, dictũ p accidens aliquid eẽ, erit certe motus aliqs sine causa, quo exñte, iã demõstratũ erit ppositũ. Non ens uero esse quodammodo in entibus actu, facile, siquis aiaduertat, cognoscet. Si.n. entiũ, q̃dã sunt sempiterna, alia aũt, q̃ corrũpunt, non ob aliã causam differẽtia hoꝛ in ipsis esse põt, q̃ ob non entis cõmunicationẽ. Propter.n. mistionẽ eius & tẽperamẽtũ prẽsentiãq; ĩfirmitas atq; imbecillitas iis, q̃ sempiterna nõ sunt, aduenies ꝓhibet ipsa semp esse, & eodẽ modo semp habere. Si.n. nihil ex non ente in entibus esset, nihil bene gigneretur. Quòd si ob nõ entis mistionem & corruptibilia talia sunt, & præterea ipsa falsa & mendacia: sed sunt quædam in entibus corruptibilia &, corrumpuntur, & falsa sunt, certe aliquid non entis est in ipsis. Et enim cõuerso quoque modo rectum est assumptum. Si non ens non est in entibus, nullum ens corruptibile erit. Est igitur non ens. Si igitur non ens in rebus generationi subiectis insersum & ĩmistum est, res

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

est,res autem,quæ fiunt,causæ quædam præcedunt, quæ nec ipsæ sempiternę sunt. Est igit in ipsis quoq; causis aliquid non entis. Atq; ea est causa, quam per accidens esse dicimus. Id enim quod est per accidens, existens in eisdem,cum tanquam in causis fuerit, erit profecto causa per accidés. Quoties enim post aliquā causam sequatur aliquid, non ut hoc fiat existéte causa,tunc id quod prędedit hoc,quod secutum est,causa per accidens uocatur,hoc est,non causa.Quod igitur hanc causam secutum est, sine causa factum est. Non enim propter peculiarem causam.Id uero, si in rebus externis fiat,fortunam facit & casum,si uero in nobis, liberum arbitrium. Natura quippe & mos uidentur causæ electionis ac propositi nostri esse, sed quatenus in his quoq; est non ens, eatenus etiam in electione. Quocirca eligimus quádoq; ea,quorum causa in nobis non præiacta est, propter imbecillitatem atq; infirmitatem naturę humanæ.Alioqui enim,semper ob eadem moueremur:sed natura non entis,ut dixi,in quibus fuerit,ab iis aufert ęternitatem, & actum semper secundum eadem.Quæ igitur sine causa & non antecedente causa eligimus, hæc sunt quæ in nostro arbitrio esse dicuntur, quorum etiam oppositā possibilia sunt,propterea quod causa non prędiacta est.Quę si antecederet,omnino,ut hoc fieret, necessitatem præberet.Idcirco plerunq; nonnulli,qui eiusdé naturę sunt, & in iisdem moribus educati,differentes inter se euadunt,propter proposita & electiones, quę sine causa sunt.Ipsum autem non ens cum entibus admistū est, neq; omnibus,neq; in quibus est, multum,uerum in paucis entibus,& parum.In iis enim entibus īmistum est,in quibus ętern itas non est,id autem est,quod circa terram est,& is locus minimus est:si ad uniuersum mundum conferatur.Si enim terra,ex sentétia Astrologorum,puncti rationem habet, ad totum cœlum: sed circa hanc & quæ in hac sunt,est non ens:certe circa rem admodum paruam uersabitur.Atq; in his etiā obscure ac tenuiter est quodammodo, & nō utplurimum.In iis enim quę generātur,est id, quod dicitur, ut plurimum,cuius causa est Natura, quantum autē relaxatur è natura, & potentia ipsius, ut necessario fiant,quę secundum eam fiunt,id est,quod dicitur,rarum,uel ad minus,in quo est contingens & aliter habens.Circa hoc etiam uersatur infirmitas,quæ à non ente oritur.Neq; igitur in necessariis est non ens, quare neq; contingens,neq; frequens uel ut plurimum, quatenus ita se habet,sed in oppositis eorum. Hęc uero sunt rara uel ad minus.In his uersantur res fortunę & casus,& quæ proprie in nostro arbitrio esse dicūtur.Eę enim electiones uel proposita, quorum aut natura aut educationes aut mores causę sunt, ita in nostro arbitrio esse dicuntur,tanquam per nos fiant. Electiones autem sine causa, quæ sunt secūdum non ens,ipsæ id quod proprie in nostro arbitrio esse dicitur, tuentur, cum fiant propter naturæ imbecillitatem.Idq; in nostro arbitrio est, cuius etiam oppositū eligere contingebat,eum,qui hoc elegit. Id igitur,qđ propter non entis præsentiam,debilitauit continuitatem causarum,quę in nobis sunt,continet liberum arbitrium,& hunc locum tenet,ut causa fiat,in quibus necessaria causa deest, propter nō entis in ente mistionem atq; complexum.

De iis,q̄ in nr̄o arbitrio sunt,secūdū Aristo.cap.xlvi.

EX omnibus,quæ procreātur atq; constituuntur à Diuina illa potestate,q̄ in generabili corpore ab affinitate & propinquitate diuinitatis recedit, quam etiam naturam uocamus, prędstantissimum ac nobilissimum homo existit. Solum quippe hoc animal perfectissime ex omnibus,quæ apud nos sunt, in hoc orbe,animaliū potestatum particeps est, is autem intellectus est.Et solum animam rationalé habet,qua deliberare, & q̄rere potest de iis, quæ ab ipso agenda sint.Nec more aliorum animaliū, quę,quia potestate eiusmodi carent,irrationalia appellamus, quę imaginationes occurrentes sequūtur,iisq; assentiuntur,& inconsiderate faciunt omnia, quæ faciunt. Solus enim homo inter reliqua omnia animalia,post oblatam sibi imaginationem de re aliqua tanquam agenda, potest quærere de ipsa & consultare,siue assentiri rei,quę apparuerit,oporteat,siue minime.Vbi uero deliberauerit atq; iudicauerit, ita impellitur & ad agendum & non agendum utrum.Et utrum antepositi, à cōsilio inchoat.Propterea solum ex omnibus animalibus, in suo arbitrio habet,ut agat, quoniam nō agendi idem potestatem quoq; habet.In eius enim uoluntate posita est electio agendorum,siquidem deliberare,& iudicare in eius arbitrio est.Est autem liberum arbitrium in iis,circa quę deliberatio quoq; uersatur. Sed deliberamus neq; de prędteritis,neq; de prędsentibus, uerum de futuris & contingentibus non fieri,& quorū causa est intellectus & cogitatio.Hæc enim à nobis fieri possunt,& non fieri. In iis igitur est liberum arbitrium. Atq; est principiūm & causa eorum quę à se fiunt,ipse homo,id præcipuum à natura habens præter omnia alia,quę ab ea gignuntur, quoniam solum rationale est natura & deliberatiuū.Rationale.n.in hoc essentiā habet.Quod si causa é principiū eor̄ quor̄ est causa, ipse autē homo é principiū eor̄ q̄ facit,causa igit eor̄ erit.Qñ igitur principiū principii q̄rere ac dicere absurdū est(nō.n.simpliciter id est principiū, cuius est aliud principiū)non igitur electionis & uoluntatis & talis iudicatiōis hominis causa alia effectiua antecedere potest.Non.n.amplius principiū maneret.Sed rer̄, q̄ ab ipso fiūt, ipse causa est,iudiciū ité & propositum, & causa hor̄ effectiua.Illor̄ autē, non amplius aliud quid.Si.n.principiū ea sunt, & principii proprie dicti non est principiū & causa.Vt.n.fit & gignat hō principiū quoddā est,ut uero hęc uel illa eligat,minime.Ea enī est essentia,ut talé potestatē in se ipse habeat.Quid enim amplius utilis eēt deliberatio, si p̄iactas rer̄ q̄ à nobis gerūtur,causas haberemus?Quo ité aliis aiantibus p̄staret homo,sublata cōsultādi utilitate? Inutilis enim esset,nisi in nostro arbitrio foret ex cōsilio anteponere aliquid, & antepositū eligere. Si quis.n.dicat imaginationé cōsultādi de re, q̄ apparuit,causam esse, nihil absurdi dicet.Qđ si quis etiā agēdi hoc aliquid nō cōsilii sed imaginationi causam adscribet,certe tollet cōsilium,quod habemus,tanquā imaginatio alicuius causa esset.Quare si cōsultandi causa est res,q̄ apparuit iudicii aūt consiliū,impulsus ipsa iudicatio, ipse autē impulsus rer̄,quæ fiūt,nihil in iis igitur est sine causa.Ceu uero cōsultatio ac deliberatio aliquid in nr̄o arbitrio eē oñdit,ita pœnitētia quoq; post q̄sdā res gestas,vt nos ip̄i & nr̄um ꝓpositū accusemus,facit.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

eiuſmodi cauſa enim teſtatur nos fuiſſe auctores agẽdi rem illam geſtam. Siquis autẽ aliam cauſam quæret, ut hoc aliquid ex conſilio eligamus, tollet conſilium. Si enim conſultatio in eo conſiſtit, ut poſsimus iudicare, & eligere quodcũq; nobis optimum ex conſilio apparuerit, qui id à conſilio auferet, cõſilii nomen ſolũ modo relinquet. ſiquis enim dicat, omnibus extrinſecis circunſtantibus ſimilibus, aut eadem electurum eſſe aliquem aut acturum, iam ſine cauſa erit aliquid. Horum autem, ut aliquid ſine cauſa fiat, impoſsibile eſt. eadem autem eligere iiſdem circunſtãtibus, indicare, in extrinſecarũ cauſarum poteſtate res, quę à nobis geruntur eſſe, recte non dicet, nec uerum. Neque enim neceſſe eſt, ut homo eadem ſemp eligat, iiſdẽ adſtantibus omnibus, neq; ſine cauſa eſt actio, etiam ſi non per eadem fiat. Conſilium enim & electio, iudiciũ item & homo, eiuſmodi actionis cauſæ ſunt, cum ipſe homo habeat in ſe poteſtatem cõſultandi de preſentibus, poteſt etiam ex iiſdem non eadem eligere. neque id paruifaciendum eſt, neque eſt poſtulatũ hoc, quod dicimus. Si enim unus ipſi ſcopus eſſet, ad quem iudicii relationem faceret, ueriſimile eſſet, ut ipſe ex iiſdem ſemper idem eligeret, eãdem ſemper habitudinem habens & conſeruans ad propoſitum ſibi ſcopũ, ad quem adſpiciens iudicium ferret de ipſis. Quoniam uero fines plures ſunt, ad quos aſpiciens iudicium & electionem de rebus agendis facit. Nanq; ſuaue, & utile, & honeſtũ ante oculos habet. Hęc autẽ inter ſe differũt. Neq; oía circũſtãtia ſimilẽ habitudinẽ ad unũquodq; hoꝝ hñt. Sed ipſe iudiciũ ferẽs de ipſis, & electionẽ faciẽs, modo ad ſuaue, modo ad honeſtũ, qñq; ad utile. neq; ſemp eadẽ faciet, neq; ſemp eadẽ eliget, & ſi eadẽ oía circũſtent. Verꝝ ea ꝓpetuo, q̃ ad iudicatũ ſcopũ maxime tẽdere uideant. Soluet etiã ꝑ hoc ratio ea, q̃ imaginationi cauſam reꝝ, q̃ geruntur, adſcribit, quoniam ꝓter, id quod melius ſibi apparuerit, nullus unquam faciet. Plures quippe ſunt ſcopi, ad quos imaginationis iudicatio ꝑtinet. Quòd uero, neq; ſiquis mala eligat iiſdẽ circũſtãtibus, ut ea coacte eligat, ſequat, & externas eſſe iudicii cauſas, hinc patet. In unaquaq; n. electione licet ipſum uidere, anteq̃ agat aut anteponat aliquid, oppoſitũ etiá eligere poſſe. Nõ. n. táquá oppoſita his eligere nõ poſsit, ea eligit, ſed quia ꝓbabiliora ipſi uiſa ſunt. Licet ſane illi, qui nõ coactá eſſe electionem demõſtrare uelit, & ſuꝑ hoc cõtendat, etiá id, qđ rationabile nõ uidetur, eligere. Prẽterea, ſi nõ ſemꝑ ſimiles habitu ſumus, ſecũdũ quẽ deliberamus, nõ ſemꝑ eadẽ eligemus ex circũſtantibus exiſtentibus ſimilibus. Si uero cũ circũſtant eadẽ cũ diſsimilibus, nõ eorundem electio eſt, patet, electionis ſimiliũ cauſam nõ ſunt ipſa circũſtantia, q̃ ſimilia ſunt: Sed eũ, quẽ circũſtant, q̃ ſimilis ſibi ẽ. ꝯino autẽ q̃ eſſe liberꝝ arbitriũ rationibus demõſtrare enitatur, cũ adeo ꝑſpicuũ ſit, certe ille diiudicare neſcit, quid ſit notũ, quid nõ, Patet. n. hoc, ut diximus, multis ex rebus, tũ ex eo, ꝙ deliberamus, ꝙ mutamus cõſiliũ, ꝙ cõſultamus, ꝙ q̃dá dánamus, ꝙ adhortamur, laudamus, uituperamus, honoramus, ꝙ punimus, ꝙ docemus, ꝙ ĩperamus, ꝙ uaticinamur, ꝙ ꝑcamur, aſſueſcimus, ꝙ demum leges cõdimus. Cũ. n. hiſ oíbus & ſimilibus, uniuerſa hominũ uita utat, teſtat nihil aliud æque hoís ꝑter alia aíalia ꝓpriũ eẽ, ac libertũ arbitriũ. Quòd uero ut q̃les moribus euadamus, in nobis principiũ habemus, unde electiones quoq; diuerſas facimus, patet, quoniá ꝑ mores nos quales efficiamur. Moꝝ autẽ maxima pars in noſtro arbitrio eſt. Ná & ſi quis dũ adhuc puer ẽ, ĩmoderate ueſcit, natura tñ oés hoíes, ubi ꝓfecti ſunt, honeſta dignoſcũt, ac diſpiciũt. Nullus itaq; naturaliter ſe hñs, ignorat, q̃ iuſta, q̃ iniuſta, q̃ itẽ honeſta, q̃ turpia ſint. Neq; id ipſos latet, ex quadã cõſuetudine aut turpiũ aut honeſtoꝝ, ſe euadere electiuos & actiuos. Qui igit exercere aliquid aut diſcere uolũt, ut ꝑ mores ad ꝓpoſitũ peruẽniant, cõuertunt, táquá haud neſcii, quid poſsint mores, ad aſſequendũ propoſitũ. Cui. n. obſcurum eſt, ex exercitatione reꝝ modeſtaꝝ, modeſtiá ac tẽperátiam cõparari? Si igitur neq; honeſta ab iis, qui ſecundum naturã adhuc hñt ſe, nec uitio excęcati ſunt, nõ ignorãtur, ſiquidẽ uia ad ipſa in noſtro arbitrio eſt & nota, in noſtro igitur arbitrio erit, ut quales moribus euadamus, & habitus cõparemus, à quibus uel hęc eligemus & faciemus, uel refutabimus. Aptitudo aũt ac dexteritas, q̃ ad aliquos ſunt, donec in ꝓpria natura hominẽ cõſeruant, ad facilioré recuperationẽ hoꝝ cõducunt ſolũ, uel difficilioré, ad q̃ naturaliter apti ſunt bene aut male. oés. n. homines, qui ſecundũ naturã hñt, & qui ſtabiles ſunt ad iudiciũ & electionẽ, poſſunt uirtutẽ acquirere, & poſſunt ꝑ ſe. Quare fit, ut multis, qui optime ad uirtutẽ apti natura ſunt, quidá peius ac minus apti prẽſtantiores euadant, naturę defectum ſua poteſtate ac facultare reſarcientes.

De *fortuna*. Cap. *trigeſimumſeptimum*.

FOrtunã & caſum inter entia cõnumerari, ſatis teſtari poteſt, cõis oĩum hominũ, quę de ipſa habet, anticipatio. Quid uero ſit utrunq; eoꝝ, & circa quę entia uerſet, nõ amplius ipſa multitudo doctrinæ placitoꝝ cõpos eſt. Neq;. n. ſecũ ipſi, neq; cũ aliis cõueniũt de his, cũ tñ eſſe utrunq; eoꝝ cõi ſententia fateant. Diſcutiendũ igitur & ꝓpendendũ eſt, quænã utriuſque natura ſit, & circa quas res fiãt. Vident itaq; hęc quoq; inter cauſas cõnumerari. Ná & fortuna uidetur eſſe cauſa eoꝝ, q̃ à fortuna: & caſus eorũ, q̃ à caſu fiunt. Cũ igitur cauſę quatuor ſint, de quibus ſæpe differere ſolemus, materialis, formalis, effectiua, & finis, in his neceſſe eſt utrunq; eoꝝ eẽ, ſi modo cauſę ſunt. fortunam itaq; & caſum ceu materiã rerũ, q̃ per ipſa fiunt, cauſas eẽ nullus (arbitror) affirmabit. Nã fortuna nõ eſt ſubiectum quoddá effiguratũ & formatum ab aliquo, ut materia, quę manens ac ſubſiſtens formam excipit, & eſt cauſa eorum quę fiunt, tanquam exiſtens in iis, quæ ex ipſis efficiuntur. Fortuna uero & caſus in iis, quæ per ipſa fiunt, non exiſtunt. Id enim quod ꝑ fortunam efficitur, non habet in ſe fortunam. Et idcirco neque ut forma, & quod quid erat eſſe, cauſę ſunt iis, quæ per ipſa fiunt. Forma enim in eſt in eo, cuius cauſa eſt, & fit in materia & manet. Horũ autẽ neutrum. Atqui neq; ceu finis & id cuius cauſa, fortuna & caſus cauſę eſſe poſſunt. Nulli enim eorum, quę gignũtur, fortuna ſcopus eſt. Vnicuiq; enim eorum, quæ fiunt, finitus ac certus ſcopus eſt. Horum autem utrunque indefinitum eſt. At qui ſi in nulla harum trium cauſarum fortuna cõſiſtere poteſt, aut nullius rei cauſa eſt, aut certe inter effectiuas ponenda erit. Verum cauſæ effectiuæ, alicuius rei cauſa faciũt ea, quę ab ipſis fiũt,

atq;

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

atq; est ipsis certus quidam ac definitus finis proposi tus, ceu natura, & ars, atq; electio. Sed nihil hoꝝ idem cum fortuna & casu est. Aliud enim quiddam utrūq; hoꝝ esse uidet, & ab illis diuersum. Pręterea, illa defi nita ac certa sunt, & ad aliquá ré definitam ac certam ducūt. Fortuna uero, uaria, incerta & inordinata est. Si igitur aliquarū rerū causæ esse uident, nec cū ulla ex causis cōueniūt, aut penitus nihil sunt, aut certe alius causarū modus quærendus est. At ea oīno non esse siquis asserat, absurde id faciet, cū res sint, q̄ tantū in entibus posse credunt. Qui uero pōt eé alius p̄ter p̄dictos causarū modos? Num igit in causis aliæ sunt per se, alię per accidens? Sunt enim quędá causæ quoq; per accidens. Id enim quod causæ per se & proprie alicuius, accidit, causa per accidens est, & ipsum eius p̄cipuè ac principaliter causa erat, cui hoc cōtigerat. Medicus quippe causa est p̄ se sanitatis, albus uero per accidés, si id medico accidés fuerit. Præterea p̄ accidés Medicus é cá effectiua gracilitatis, exēpli causa, si illi, q̄ curat, id accidés fuerit. Quoniam igitur causarū, q̄dá per se, quædá p̄ accidés, & inter causas p̄ se poni non potest ipsa fortuna, reliquum est ut ad causas per ac cidés reuocet. Quæ enī finita ac fixa sunt, p̄ accidens esse nō possunt. Quę autē p̄ accidés, indefinita atque instabilia sunt, cuiusmodi fortuna quoq; esse solet. In definita enī, q̄ causę p̄ se & ꝓprie accidere possunt, oīa & ipsa causæ per accidés fiūt. Sed si fortuna est causa p̄ accidés, oportet, ut alicui causarū, q̄ ꝓprie dicunt, acci dat. Quoniā igit fortuna alicuius rei effectiua esse ui det (Quę enī p̄ fortunā sunt, à fortuna dicimus fieri & facta esse, certe) opus est, ut in aliqua effectiuarū causa rū īnsit, si modo locū causarū seruatura sit. Atqui cau sę ꝓprie effectiuę sunt, Natura, Ars, & ꝓpositū siue ele ctio. oīa enī q̄ ꝓprie, finite, ac certe effectiua sunt, gratia alicuius finis ea, quę ab ipsis fiūt, efficiūt. Sed uidemus oīa, quę alicuius rei causa fiūt, ab aliquo horū fieri. Ho rū igit alicui accidit ipsa fortuna. Quoniā uero in re bus uoluntariis uidet esse fortuna (ea enī à fortuna fie ri dicimus, quorū gratia si statuerimus agere aliquid, ut ea assequamur, in qbus bonā fortunā dicimus: aut si non assequamur, de quibus infortunium prædica mus) fortuna igitur res secundum uoluntatem ac pro positū sequet, & in his causa erit p̄ accidés. Quoties enim nobis aliquid ex ꝓposito agentibus, non ꝓposi tus finis occurrat, ut uolebamus, sed aliud quid per ac cidens fiat, actio illa ex proposito, causa est eius, quod occurrit, sed nō propositi: tunc dicimus id p̄ fortunā factū esse. Fodienti enī agrū ex ꝓposito plātādi gratia si ex fossione, occurrat thesauri alicuius inuētio, à for tuna dicimus inuentionē thesauri factā esse. Non ta men à fortuna, si huius rei causa fodiebat. Tunc enim nō p̄ accidés ipsa fossio inuentionis thesauri causa eēt, quemadmodū neq; ipsa plantatio. Nunc uero est p̄ ac cidens. Non enim huius rei gratia fiebat. Fortuna igi tur est id qđ ex proposito & uoluntate fit, cū causa ali cuius rei fiat p̄ accidens, indefiniti autē semp̄ causa est. Atqꝫita id, qđ alicuius rei gratia fit, fieri poterit, & erit fortuna Causa p̄ accidés, nō simpliciter tamē, sed in ef fectiuis, q̄ alicuius rei gratia fiūt, & q̄ ex ꝓposito fiūt. Nō enī dicimus à fortuna in iis, q̄ à Natura fiūt, quo ties aliud qd p̄ter naturę scopū gignat, ut mōstra. Nā horū quoq; id qđ natura fit, est causa p̄ accidés. Non tamē id fortunæ adscribendū est. Quinetiā, ne in iis q̄dé, quorū, quæ ex arte fiunt, causę p̄ accidés fiūt, ut in uersis, neq; in iis inquam fortuna causa est. Fortuna igitur est in iis, quę ex ꝓposito fiūt. Quoties itaq; id qđ ex ꝓposito fit, alicuius rei lętę ac felicis causa p̄ ac cidés fuerit, ut fossio inuentionis Thesauri, bonā for tunā id uocamus: cū rei malę cā extiterit, infortuniū. uelut siquis inter fodiēdū ab aliquo serpēte ictus fue rit, qui inter fodiendū inuentus sit, cū alioq; is locus eiusmodi serpentibus infestari nō soleret. Si enim, cū esset serpentiū copia, hic inconsiderate foderet, nō for tuna est ictus horū causa, sed illius improuida temeri tas. Et fortuna quidé eiusmodi causa est. Casus autē solet etiā in iis, q̄ à fortuna fiūt, p̄dicari. Veruntamen potius in rebus naturalibus. Quoties enim rei, quę na tura fit, aliud quid occurrat, nō id, cuius gratia fiebat, temere & casu id factum esse dicimus, uelut monstra. Cum enim nō cuius finis gratia fiebat, id quod fit, na turaliter fiat, temere id & casu factum esse dicimus. Et id, quod consequutū est quoniā quòd frustra fit est, causa p̄ accidés, casu factū esse dicimus. Et penitus oē id, quod ré, q̄ naturaliter fit, cōsecutū est, nō existēs cu ius gratia fiebat, temere & casu factū esse dicitur. Ita la pis, q̄ delapsus sit atq; eo modo ceciderit, ut locū ad se dendū p̄bere possit, casu hūc sitū habuit, q̄ sequutus est naturalē lapidis ꝓpulsionē ꝓpter grauitatē. Simi liter equus, q̄ pabuli auiditate ad hūc locū se recepit, & ꝓpterea incolumis ab hostibus euasit. Naturalis. n. ille cibi appetitus, salutis causa extitit, cū ipse tamē nō uenerit, ut seruaretur. Illi uero, q̄ ita finiūt fortunā, esse scilicet causam ignotā humanæ rationi & abditā, naturā fortunę nō cōstituūt, sed in quali hominū habi tudine ad causas. fortunā esse statuūt. Nam hoc pacto idē alicui erit à fortuna, alicui non: si hic eius causam nouerit, ille autem ignoret. Prętereà, quoniam causę plures sunt eiusdem rei, quadripartito enim diui sæ sunt, quarum quasdam, scire cōtingit, quasdā igno rare: fiet ut idem simul eidem sit à fortuna, & nō à for tuna, si ipsius causas q̄sdā cognoscat, quasdā ignoret. Non enim definitum est, propter cuius causarū igno rantiam, fortuna sit. Si enim dicant, non causam qui busdam hominibus ignotam esse fortunam, sed eam, quę uniuersaliter omnibus ignota sit: certe nihil quic quam esse fortunam fatebuntur, si concedant esse ua ticinandi artem, quam res aliis ignotas cognoscere sta tuant. Si enim id distinguere & definire uolentes, di cāt fortunam esse causam ignotam inscientibus & im peritis, hac ratiōe igitur ea, quę ex scientiis & artibus fiunt, ipsis inscientibus & artium ignaris à fortuna erunt. Neq; enim qui faber non est, rerum fabrilium causam nouit, neq; qui non est musicus, musicarum. Neq; alius ullus artis ignarus ea, quę ex arte sunt, co gnoscit. Ars enim in cognitione eorum, quę ex arte fiunt, consistit.

De Fato, Cap. quadragesimumoctauum.

DE fato considerandum est ac perspiciendum, quidnam sit, & in quibus. Esse enim fatum, satis cōis hominū anticipatio declarat. Natura enim non est uana, neq; mutabilis. Quippe Anaxagoræ fi des haud est habenda, qui communi opinioni refraga ri ausus est. Ait enim nihil esse ipsum fatum penitus,

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

sed uanum esse ac temerarium id nominis. Quid uero sit fatum & in quibus uersetur, communis opinio satis explicare non potest. Neq; enim secum ipsi, neq; cum aliis de hac re conuenire possunt. Iuxta occasiones enim & circunstantias sententiam quoq; de fato mutant. Quandoq; enim rem quandam insuperabilē & ineuitabilem fatum esse statuunt, & omnia entia, omniaq; quę fiunt, ipsi fato subiiciunt. Quandoq; uero eos audire licet dicentes aliquid pręter fatum esse & præter parcam. Et quàm sępissime, quibus neq; fortuna dextre cadit, neq; consilia aut propria proposita stabiliuntur, ad fatum, tanquam ad quoddam asylū confugiunt, & culpam rerum, quę non recte aut gerū tur aut gestæ ab ipsis sunt, à se in fatum trāsferunt, & omnia ii tunc affirmant fieri secundum fatum. Vbi uero fortuna in melius ceciderit, non amplius in eadem sententia manent. Quibus uero ex sententia aliquid cesserit à fortuna, sibi potius, quam fato causam illius rei adscribūt. Alii sunt, qui omnium rerum felicium, aut sibi aut Deo causam attribuunt: in aduersis uero fatum inclamāt & criminantur. Sunt præterea quidam pręstigiatores, qui cum multitudinis imbecillitatem de fato animaduerterint, & iudicium eorū, quę fato fiunt: facilitatem, item ipsius plebis ex amore sui contractam, & q̄ nullius rei honestę sibi conscia sit, ut comprobent omnium erratorum fatum culpandum esse, omne, quod fit, fato fieri pronunciāt. Arte quoq; eiusmodi simulant, qua profitentur omnia, quæ quo quo modo futura sint præsciri & prędici posse, q̄ nihil eorum sine necessitate quadam fiat, quod Fatum uocāt. Et adscitis sociis & adiutoribus, qui etiā ipsius artis auctores sunt, seducunt ac decipiūt hoīes quàm plurimos, in circunstantiis & calamitatibus ipsos adorientes, qui prope modum precantur, ut id ita se habere appareat. Quod consuetudine quadam & usu circa res eiusmodi, & collatione contēplationeq; consecutionis in talibus rebus, faciunt. Prædicūt.n. quędam commode & ingeniose eorum, quę consequenter iis qui ita habent, futura sunt, idq; tanquam ex arte circa fatū ita esse pronunciant. Et mercedes non paucas pro tali peruersa arte colligunt. Libenter enim dant, qui experiuntur, tanquam adiutoribus ac defensoribus proprioru errorum. Quibus suis nugis bonam hominum partem deceperunt, qui propter socordiam quę rere prætermittunt quonam modo hæc habeant, & quis ordo fati in Entibus, ut omnia secundum fatum fieri dicantur. Verum quoniam, ne illi quidem, qui summopere fatum inuocant, in actionibus uitę omnia ipsi fato credere uidentur (satis enim ostendit, ueritatas eos qui falsa credunt sibi repugnare) nos igitur altius ducto exordio uidere par est, quænam sit natura fati, & ī quibus & quādiu uim habeat. Ac primo quidem circa quas res id uersari dicendū sit, inspiciamus. Id enim, ubi declaratum fuerit, operæpreciū erit etiam reliquis quęsitis de ipsa. Ipsum igitur fatum omnibus rebus adiungere, & omnia entia secundum fatum esse dicere, tam sempiterna, quàm nō, neq; alioqui rationabile est, neq; ab iis, qui maxime fatum decantant ceu causam omnium rerum, quæ fiūt, admissum ac concessum. Neq; enim rationi consentaneum est, ut sempiterna secundum fatum esse dicamus. Ridiculum quippe est, si quis dimetientem cosstæ incommensurabilem cē secundū fatum asserat, aut triangulum propterea duabus rectis æquales habere angulos extrinsecos: & penitus ea, quę semper secundum eadem & eodem modo se habent, absurdum est siquis secūdum fatum, ita ipsa habere asseueret. Quin etiam ne omnia quidem, quæ gignuntur. Quęcunq; enim horum ordinatam & certam generationem habent & motum, ipsa quoq; extra fatum posita sunt. Non enim fato sol in hyberno aut ęstiuo solstitio uertatur, neq; ullum astrorum fato causam suę lationis acceptam fert. Sed uelut iuxta essentiam & subsātiam libera sunt à tali causa, ita quoq; in propriis actibus. Quare rerum sempiternarum, aut quæ secundum eadem & eodem modo semper se habent, nullo pacto fatum causa existit. Sed uidetur in rebus generationi & corruptioni subiectis fatum uersari. In iis enim quę quantum ad naturalem apparatū pertinet, apta sunt & accōmadata ad opposita, uis fati uersari uidetur, in altero oppositorum cohibens ipsa & conseruans, secundum quandam ordinis cōsequentiam. Quæ enim sine fato non ita se habere posse uidentur, ea à fato in hoc ordine conseruari uidentur. Talia autem sunt nō alia entia, q̄ ea, quæ sunt in generatione & corruptione. Quare in his fatum uersabitur. Verum quoniam ex his quædam ex arte & ratione quadam artificiali, quædam ex proposito, quędam ex natura fiunt: considerandum est, in quonam horum sit fatum, si utin omnibus sit, impossibile est. Res sane, quę ex arte fiūt, si quis secundum fatum & esse & fieri asserat, nequaquam opinionibus de fato consentiet. Ridiculum quippe est lectum aut fato factum esse dicere, aut lyrā modulationi accommodatam secundum fatum. Ita enim omnis ars fatum esse dicetur. Quin ne ea quidē quorum causa est propositum, fato esse possunt. Horum enim in nobis principium est, non autem extrinsecus. Fatum uero in nostro arbitrio nō est. Nam etsi fatum circa ea uersetur, circa quę uersatur quoq; liberum arbitrium, tamen differt à libero arbitrio. Quæ igitur ex arte & proposito fiūt, à fato auferenda sunt. His autem ablatis, relinquuntur ea, quorum generationis causa est, Natura in quæ fatum imperium habere uidetur. Si quis enim exactius ac diligentius disquirere uoluerit eas sententias, quæ de fato recitatæ sunt, non circa alia neq; in aliis ipsas inueniet fatum constituere, quam in iis, quæ naturaliter fiunt. Et in iis pręsertim, animalibus, & quę ex collatione eorum, quæ generantur. Neq; enim usitatum est, ut mutuam elementorum transmutationem fato fieri dicamus. Cum itaq; fatum in iis uersetur, quæ supra memoramus, cumq; id declaratum sit, consequens hinc esse quærere, utrum tale existat, ut necessarium atq; ineuitabile sit, ut poeta inquit, Non quisquam fatum bonus aut sit pessimus ille Deuitare potest, ubi primum uiderit auras. an uero tale sit, ut possit declinari, nec penitus in se necessitatem habeat. Ex communi quidē hominum de hac re iudicio, neutrum horum firmiter statuere possumus. Quaandoq; enim fatum decantant ac celebrant, tanquam necessarium. Quandoq; autem non prorsus fatum continuitatem conseruare credunt. Nam qui multis uerbis conati sunt ostendere fatum necessarium esse, omnia ipsi attribuentes, in actionibus postea uitę non uidentur ipsi fidem

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

habere. Nam fortunam plerunq; inclamant, fatentes hanc diuersam causam à fato esse. Quin deos nunquã precari cessant, ceu aliquid ab illis propter preces possit etiam prẽter fatum effici. Sed consultant quoq; de rebus à se agendis. Atqui cum hẽc quoq; fato fieri dicant, tamen consiliarios arcessunt, & oracula quoq; adire non uerentur. Tanquã possint, si prædidicerint, cauere ab aliquo, quod fato decretum sit. Quamobrẽ quoniam hi sibi refragantur, circa res maximas adeo aperte dissensionem habentes, merito igitur fictæ illæ rationes, quas ad horum concordiã adducunt, à uero & à fide prorsus alienæ sunt. Videtur porro in iis, quẽ generantur & corrumpuntur, contingentia quoq; esse, quẽ, ut nihil necessario fiat, in iis, in quibus sit, causa est. Perquirendum igit ac discutiendũ de ea, siue sit siue non sit. Hæc enim natura definita, ad reperiendam fati substantiam, nobis summopere conducit. Satis sane est, communis usus ad constitutionem contingentis naturæ. Nullus enim ne eorum quidem, qui omnia ex necessitate fieri affirmant, in uita & actionibus uitæ non testatur posse quẽdam eorũ, q̃ fiunt, nõ fieri: & eorum, quẽ non fiunt, fieri. Quinetiam id ratione ostendere perfacile est. Multa enim eorum quẽ fiunt, partim à fortuna, partim à casu fieri, in confesso est. Esse autem aliquid etiam in nostro arbitrio, id uero adeo perspicuum est, ut ne illi quidem, qui res fati tanquam necessarias corroborare enituntur, huic placito reclamare possint. Atqui, si aliquid est in nostro arbitrio, idq; circa ea uersatur, circa quæ uersari fatũ contingit: iam tollitur, fatum esse ineuitabile, insuperabile, necessarium. Quorum enim nos principia sumus, ut eligamus, uel non, hæc impossibile est, ut coacta ac necessaria esse dicãtur. Atqui necesse est eos, qui asserunt fatũ esse, circa ea uersari dicere, circa q̃ uersant, q̃ in nostro arbitrio sunt. Siue. n. solos fines dicant secundum fatum fieri, siue actiones, quas fines sequuntur: contingit utroq; modo, ut circa eadẽ fatũ vnoq; modo sit, circa quæ uersantur, quæ in uoluntate nostra posita sunt. Si igitur quisquam actiones quoq; fato esse dicat, hinc patet positio. In his enim est quoq; liberum arbitrium. Si autem fines duntaxat, quorum gratia actiones sunt: sed post tales actiones tales fines sequuntur (non enim ea, quæ quomodocũq; facta sunt, sequitur idem finis) necesse est igitur, ut actiones quoq;, quas fines eiusmodi sequantur, fato coactas esse dicant. Non enim sequetur finis secundũ fatum, nisi antecesserint actiones, quẽ eo perducant. Et liberum etiã arbitrium circa hẽc uersatur. Esse enim aliquid in nostro arbitrio, hinc etiam colligi potest, si modo in euidentibus demonstrationes adducendæ sunt. Primo, ꝙ nihil eorum, quẽ à natura prẽcipue fiunt, frustra fiat. In hominibus autem est consultatio naturaliter, & præcipuũ etiam naturæ opus, siquidẽ ea maxime uidetur homo à reliquis animalibus distare: certe frustra & temere facta erit, si consultans, nihil ex consilio eligere potest. Verum tanquam id in nostra potestate sit, nos ipsi de rebus nobis agendis consultamus: non autem assensi imaginationibus, ut alia irrationalia animalia, eas sequimur. Cõsiliarios quoq; adhibemus, quos uideamus plus aliquid nobis ad iudicationem & electionem proposíti, prodesse. Iam uero de maioribus ac difficilioribus ipsos quoq; Deos consiliarios aduocare non ueremur, rogantes, ab ipsis discere aut per oracula, aut per consiliarios, aut per somnia quẽdam, utra nos potius eligere oporteat ex quæsitis. Satis autem, id quoq; comprobare possunt legum sanctiones, quibus doctrina quorundam imperatur & iubetur, quid sit agẽdum. Et honorantur, qui iis parent: mulctantur, qui minime. Atqui, si est aliquid in nostro arbitrio, Contingẽs quoq; est, siquidem in nostro arbitrio est, facere hoc uel non facere. Cũm uero id ita sit, impossibile est ut fatum sit necessarium, cum in iis uersetur, in quibus etiam liberum arbitrium locũ habet. Satis item possunt uota & preces, quæ Diis funduntur, cum alii auersionem & fugam alicuius rei, ab ipsis petant: alii bonorum largitionem, tanquam q̃dam contingant & esse & nõ, præter nostram petitionem à Diis, satis inquam probare possunt, esse quædam contingentia. Quinetiam ex naturali cuiusq; entis constitutione, id facile cognosci potest. Natura enim iis, quẽ ex necessitate sunt & fiunt, nullam aptitudinem ad opposita dedit, sed ineptiam ad impossibilia. Frustra enim habuissent aptitudinẽ ad mutationẽ in has res, cum impossibile esset ea aliter habere. Videmus enim ignem neq; frigiditatis potestatem in se habere, neq; niuem nigredinis, neq; grauia leuitatis, si modo eadem maneãt. Neq; sempiternis dedit, ut corrumpi possent. Quibusdam autem elargita est, ut non necessario in altero oppositorum essent definite, ac manerent. Atq; hẽc à natura præparationem mutationis in oppositum habent. Eiusmodi plurima sunt eorum, quẽ generantur & corrumpuntur, quibus non est alterum oppositorũ innatũ. Vnũquodq; enim ipsorum potest opposita pati, & non, id est contingit pati & non pati. Quod autem contingit mutari in oppositum, id non est ex necessitate in quocũq; ipsorũ prius fuerit. Liberq; igitur arbitriũ nõ omnia, quẽ fiũt ex necessitate fieri, probat: indicio quoq; est fortuna quæ continuitatem eorum, quæ serie quadam fieri uidentur, rescindere potest. Si igitur nihil minus euidens, quàm fatum, aliquid in nostro arbitrio esse, & ut multa à fortuna & à casu fieri, & omnino in rebus generationi obnoxiis, in quibus est fatũ, eé quoq; naturã cõtingentis, id uero tollit necessitatem: impossibile igitur est ut fatum sit res quædam necessaria, & quam transgredi impossibile sit. Atqui in confesso est oĩa, quẽ ꝑm fatũ fiũt, ꝑm ordinem & cõsequẽtiam quãdam fieri, & seriem quandam habere in seipsis. Non enim res fortunę, similes sunt euentis ipsius fati. Illæ enim instabiles sunt, & raro fiunt, & fere sine causa. Id uero, quod secundum fatum est, totum contrarium. Catenam igitur causarum ipsum esse dicunt. Quin neq; idem, quod ea, quẽ ex proposito fiunt, fatum esse uidetur. eius enim continuitas à nobis & nostro proposito sẽpenumero rescinditur. Atqui in generabilibus & corruptilibus has uidemus esse causas, prẽter naturam, quẽ ipsa constituit ac fabricat Electionem, Casum, & Fortunam. In iis enim non est ars, cum quorum nullo fatum idem esse uidetur. Reliquum igit est, ut fatum nihil aliud sit, quàm propria natura uniuscuiusq;. Non enim in uniuersali & cõmuni est fatum, ut simpliciter in animalibus, hominibus, sed in singularibus, ꝑ Socrate, & Callia. In his autem propria natura principium, & causa talis est eius ordinis, qui secundum eadem fit. Ab hac enim fere semper uitæ & uitarum decessiones fiunt, nisi impedita ab ali

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

quo sit. Videmus enim corpus quod tale uel tale ex natura sit ī morbos cadere & in corruptiōes, qualis est naturalis constitutio. Non tamen ex necessitate. Possunt enim tollere hunc ordinem, tum curationes, tum aeris mutationes, & iussa medicorum, & consultationes deorum. Eodem autem modo in anima quoq; inuenire aliquis potest prēter naturalem apparatum, differentes fieri & actiones & electiones & uitas. Mos enī hominum, ut inquit Heraclitus, Deus est, hoc est, Natura. Quàm sæpissime enim naturaliter præparationibus & dispositionibus actiones quoq; & uitas & uitarum multationes similes esse contingit. Rixatorum enim & audacium, uiolenta quędam mors est cū plurimum. Hoc enim est fatum & natura ipsius. Intemperantis autem & uoluptatibus dediti, mors est in immodesta intemperantia. Fortis & patientis mors propter laborum & ærumnarum tolerantiam. Auari propter nimium studium & anxiam curam indifferētis, hoc est diuitiarum, tum quia iniusti sunt, & se ipsi negligunt, ac supra uires laborant. Quare de iis dicere solent, ipsum sibi mortis causam prębuisse. Cum igitur eiusmodi sit quod secundum fatum est, neq; artem uaticinandi inutilem esse dicemus, quę adhuc præuidet id quod naturaliter futurum est, & opem fert quoniam consilium dat, & iubet naturæ deterioris cō secutioni aduersari. Quin neq; natura fortunę tollitur, sed habitu quarundam causarum coincidit cum iis, quę fiunt ex proposito. Multo etiam magis Deus, & eius auxilia, & nostrę preces ac rogationes, propriū locum seruabunt, cum eiusmodi sit, id quod fato fit. Conueniet etiam cum his id quod dicitur, multa etiā prēter parcam fieri & præter fatum, ut alicubi poeta ostendit inquiens, Num prēter fatum tenebras penetrabis Auerni? hęc etiam opinio uatibus fauebit, in q̄bus prędicunt, non omnia se assequi. Quòd si non hāc opinionem homines de fato habere contingit, non est mirū. Multitudo enim in nominum formationibus quidem non male res assequitur. In particulari autem & in definiendo & exactius examinando, plerunq; errat, ac labitur. Illud enim naturę, hoc scientię opus est. Iam uero de nomine fati Aristoteles mentionem facit, in primo Meteororum, hoc modo, Sed omnium hoq; causa censenda est, quia fiunt per tempora fato decreta ac certa, uelut in temporibus anni, hyems. Ita ambitus cuiusdam magni pars est hyems. uidetur autem dicere fatum Naturam esse, hæc enim sunt tempora fato decreta ac statuta, hyems & reliqua, quæ naturales cum habeant mutationes, non habent ipsas ineuitabiles & coactas. Quinetiā in quinto naturalis auscultationis, ita rursum meminit de fato, Num ne igitur etiam generationes uiolentę sunt & non statutæ fato, quibus contrarię sunt naturales? Et iterum liquet, eū fati nomine in rebus quę naturaliter fiūt, uti. Si enim rei fato non decręte dicit contrarium esse id, quod secundum naturam est, illi uero quod est secundum fatum, id quod non est secundum fatum, contrariū est: ergo idem erit id quod secundum naturam est, cū eo, quod est secundum fatum. Non enim possibile est ut uni, quod est non secundum fatum, plura contraria esse dicantur. Et id, quod secundum fatum est, aperte ipsi contrarium est. Et quod est secundum naturam, diuersum est ab eo, quod est secundum fatum. Apertissime uero Theophrastus ostendit in Callisthene idē esse, quod secundum fatum est, cū eo, quod est secundum naturam. Polyzelus quoq; in libro, qui de Fato inscribitur.

)(

Alexandri

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ALEXANDRI APHRODISIENSIS

DE MISTIONE,

ANGELO CANINIO ANGLIARENSE

INTERPRETE.



VI VERO fieri poteſt, ut aliquis admittat ac concedat, in eiuſmodi corporum craſi ſeu temperamento, unumquodq; eorum quę temperãtur, propriam conſeruare poſſe ſuperficiem, ut ſimul nulla eius particula ſit per ſe ab altero ſeiuncta, ſimulq; conſeruet quęq; ipſarum ſuperficiem ſuam, quam ante craſin quoq; habebat: Id enim fabuloſis figmentis multo mendacius eſt. Quod Chryſippus ponit eatenus, q; poſſint, quæ temperata ſunt, denuo ſegregari. Id enim aſſerere, poſſe uidelicet ipſa temperata denuo ſeiungi ac ſegregari, aut etiam nullo pacto poſſe aliqua temperari, longe eſt incredibilius & præter omnium ſententias, q; affirmare ſimul per ſe tota mutuo penetrare quædam corpora, ita ut nulla eorũ particula per ſe exiſtat, ſimulque unũquodq; ipſorum a propria circumplecti ſuperficie, a qua comprehendebatur etiam ante miſtionem. An corpus enim per corpus permeare queat, magna eſt controuerſia, & haud ſcio, an ulla ſit maior, & in philoſophię placitis, et in diſputationibus, quę de miſtione & craſi haberi ſolent. Non ſolum enim mutuo diſſenſere ſuper hoc placito, qui unicam omnibus, quæ gignuntur, corporibus, materiam ſubĳci ac uelut ſubſterni aſſerũt, ab illis, qui ipſam ex diſcretis ſeparatiſque corporibus conſtituũt (quorum nonnulli indiuidua corpora multitudine infinita, quæ duntaxat figura & magnitudine inter ſe diſcrimen habeãt, principia atq; elementa eſſe contendunt, atque horum compoſitione, qualiq; complexu, ordine item ac ſitu, alia gigni, quam opinionem primi Leucippus & Democritus ſecuti fuiſſe uidentur, poſteriores uero Epicurus, quique in eandem iuere ſententiam. Quidam ex ipſis, non iuxta alios, ſed ſimilium partium quædam aiunt infinita eſſe corpora, ex quibus ſenſilium corporum generatio proficiſcitur. Id quod Anaxagoras atq; Archelaus ſenſiſſe uidentur. Iam uero quidam, ut impartília quædam corpora principia atq; elementa omnium rerum eſſe dicerent, adducti ſunt. Quinetiam opinio quę dam eſt, quæ ex planis corporum generationem conſtituat: Alia itidem, quæ ex numeris) Non ſolum inquam ĳ mutuo diſſenſerunt, ex principiorum, quæ diuerſa ſunt, conſecutione, craſeis quoque diuerſe fieri aſſeuerantes, ſed cum illis etiam non conuenerunt, qui unitam ac coniunctam eſſe materiam affirmant. Eſt præterea inter eos diſcreta quædam & ſeparata diſſenſio. Vt autem inter eos tantæ eſſent controuerſiæ, placiti difficultas in cauſa fuit. Nam, cum perſpicuũ ſit, poſſe corpora quædã inuicem tẽperari, omnes propemodũ, qui de natura rebuſq; quę natura gignunt egerũt, ad inueſtigandũ huius rei cauſam acceſſerũt. Verũ, quando difficilis admodum eius inuentio erat, atque omnibus, quæ redderentur, cauſis, peculiares quædam difficultates annexæ erant, ſinguli in diuerſas abiere ſententias. Quamobrem non ab re fortaſſe fuerit, ut nos quoq; de ipſa diſceptemus, atq; ea, quę dictu probabília magis uidebuntur ex ĳs, quæ de craſi diſputata et pronũciata ſunt, quęque, ut ita ſe res habere uideretur, anſam præbuerint, indicemus atq; explicemus oratione. Democritus igitur exiſtimans eam, quæ craſis appellatur, fieri proximo corporum ſitu, quæ diuidantur, in minutasque parteis temperentur, & uicino ſitu miſtionem efficiant, negat initio eſſe aliqua uere temperata, ſed eſſe eam, quę craſis uidetur, proximum corporũ inter ſe ſitum per minutas parteis, conſeruante tamen eorum utroq; propriam naturam, quam etiam ante miſtionem habebant, uideri autem ea temperata eſſe, quod ſenſus, propter eorum, quæ apponuntur, paruitatem, nullum ex ipſis ſolum percipere queat. Vere autem ac philoſophice nõ ueriti ſunt explicare, quid abſurdi eos, qui hoc modo craſeis fieri autumant, comitetur. Eiuſmodi uero proximo ſitui craſeis attribuũt, atque adiudicant, qui ſimilares parteis materiam rerum, quæ gignuntur, eſſe affirmant. Verum Epicurus declinare uolens id, quod a Democrito pronunciatum eſt, ſequi eos mauult, qui proximo rerum, quæ temperantur ſitu craſin fieri aiunt, ipſe quoq; proximo quorũdam corporum ſitu craſeis fieri aſſerens, non tamen ipſis corporibus, quę mi-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ſcentur, in diuiſione conſeruatis, ſed in elementa atq; atomos reſolutis, ex quibus quodlibet eorum compoſitum quodammodo, hoc uinum erat, hoc aqua, mel aliud, illud deniq; aliud aliquid in qualitates horũ corporum, ex quibus ipſa inter ſe temperata conſtabant, compoſitione gignẽtium temperatum corpus non commiſtis aqua & uino, ſed aquificis atomis, ut ita dixerim, cũ uinificis corruptionibus, & generatione aliquorum craſin fieri Epicurus affirmat. Cum dicat enim in elemẽta reſolutiones cuiuſq; fieri, & eſt ex elementis compoſitio, ipſorum autem corruptio. Eorum itaq;, neq; qui ad proximum ſitum cauſam craſeos referunt, neq; qui reſolutioni in elementa attribuunt, communem ſeruant conceptum ſiue anticipationem, quam de craſi habemus. Quandoquidem craſis eſſe uidetur in temperatorum unitione, ut nulla temperamẽti particula non permiſta ſit alicui corporum, ex quibus ipſum temperamentum conſtat. Nec ſane proximus ſitus eſt unitio, nec corruptio & reſulutio in elementa, amplius eſt miſtio, nam miſtio conſeruatis ipſis fieri uidetur. Non.n. ipſa miſcent, qui hoc modo craſin fieri aſſerũt, ſed ea, ex quibus ipſum temperatum conſtat, hoc eſt elemẽta. Quod ſi ex ijſdem elementis, & aqua, & uinum gigni poteſt quali cõpoſitione & complexione, facta genitorum ex ipſis corruptione, nullo pacto amplius horum craſis fiet, quoniam per reſolutionem in elementa corrumpuntur atq; abolentur ea, per quę craſis eorum, quę temperantur, conficit. Fit enim craſis differentibus quibuſdam qualitate, tollitur autem ea differentia, quæ in hoc ſpectatur, ab illis, qui ipſam habent in eorundem quali compoſitione habẽt, ſublata eorum compoſitione. Fortaſſe autem ex ſententia quoq; eorum, qui ex planis corpora procreant, craſis fit per reſolutionem quandam in elementa. Quod ſi hæc de principijs opinio aliquid in ſe contineret rationi conſentaneum, forſitan latius ac uerboſius agendum de craſi fuiſſet, quæ hoc modo fieri dicitur. Quando autem ea conuincitur & penitus confutatur, ſuperuacuum eſt amplius quærere, an proximo partium ſitu, aut atomorum, aut planorum, ſiue denique impartilium quorundam corporum miſtione, craſis fiat. Quocirca de mutua eorum, qui eiuſmodi primordijs utunt, diſſenſione ac opinione ſuper ipſa craſi, ſermonem longius trahere non eſt operæpretium. Non enim ad peritiæ, multæq; ac uariæ lectionis oſtentationem hoc opus teximus, ſed ad inueſtigandum atq; inquirendum, quo pacto aliquis aſſerens fieri corporum craſeis, conſentiat ſenſui, & communibus anticipationibus, quas de ipſa retinemus. Deſcendamus porro ad eos, qui cõmuniter unitam eſſe materiam aiunt, eamq; unicam atq; eandem uniuerſis rebus, quæ gignuntur, ſubſternunt. Quorum etiam ijs omnibus, quæ leuius & futilius prolata ſunt, omiſſis, quæ præcipue rationi innixa eſſe uidentur, aggrediamur ac diſcutiamus, ipſis tamen prius expoſitis. Ex ijs itaq;, qui unitam eſſe materiam affirmãt, uidentur preſertim & de craſi, Stoici ipſi differere. Cum autem inter eos quoq; ſententiarum diſſimilitudo ſit (alij enim eorum aliter craſeis fieri dicunt) opinio, quæ apud ipſos ſummopere probari & commẽdari uidetur, ea eſt, quę a Chryſippo prolata fuit. Nam qui eum ætate ſecuti ſunt, plerique in Chryſippi ſententiam eunt, quidam uero, cum Ariſtotelis ſententiam intelligere potuerint, multa tamen quæ a Chryſippo de craſi pronunciata ſunt, ipſi quoq; admittunt. Quorum unus & Soſigenes eſt, qui Antipatri æqualis fuit. Quibus cum undequaque aſſentiri non poſſent, propter controuerſiam ac diſſenſionem quæ in alijs eſt, in multis rebus differentes, digladiari comperiuntur. Porro Chryſippi ſententia de craſi eſt huiuſmodi. Vnitam eſſe ſupponit uniuerſam ſubſtantiam, ſpiritu quodam per eam totam penetrante, per quẽ ſibi ipſa cohæret ac perdurat, communeſque cum eo affectiones habet. Ex omnibus autem, quæ miſcentur, corporibus, quaſdam miſtiones proximo ſitu fieri affirmat, duabus quibuſdam aut pluribus ſubſtantijs in eundem aceruum compoſitis ac coniectis & proxime appoſitis per motum, ut aiunt, ratione uacantem, ſeruante tamen utraq; ipſarum in eiuſmodi proximo ſitu iuxta ambitum ac circũſcriptionem, propriam & ſubſtantiam & qualitatem, uelut in fabarum triticiq; uicina & proxima congerie fieri ſolet. Nonnullas uero confuſiones eſſe per omnes parteis, uerum ſubſtãtijs ipſorum & qualitatibus, quę in eis ſunt, mutua abolitione deperditis, quemadmodum fieri ait in medicis pharmacis, per corruptionem eorum, quæ miſcentur, alio quodam ex ipſis genito corpore. Quaſdam denique fieri miſtiones affirmat, per totas quaſdam ſubſtãtias atq; harum qualitates, inter ſe contra extenſas, hac lege tamen, ut ſubſtantias, quæ initio erant, & qualitates, in tali miſtione conſeruent. Quam ſolam ex miſtionibus, proprie craſin eſſe aſſeuerat. Contra extentionem enim duorum pluriumue corporum inter ſe integrorũ per integra, ita ut ſeruet quodlibet ipſorum in eiuſmodi miſtione propriam ſubſtantiam & qualitates quæ in ipſa ſunt, ſolã ex miſtionibus craſin eſſe affirmat. Nam proprium eſſe dicit temperatorum, ut a ſe poſſint denuo ſegregari. Id qđ fieri hac duntaxat ratione poteſt, ſi temperata ipſa in miſtione proprias naturas conſeruent. Has uero eſſe miſtionum differẽtias, per communes animi conceptiones

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

mi conceptiones comprobare conatur, præsertim cp cum nos, ut ait, uim quandam dijudicandæ ueritatis a natura acceperimus, aliam imaginationem habeamus de ijs, quæ per motum quendam rationis expertem in unum aceruũ congesta sunt, diuersam item de illis, quæ confusa & corrupta sunt, dissimilem denicp de tẽperatis & mutuo per omnia contra extentis, ita ut conseruet quodque ipsorum propriam naturam. Quam profecto imaginationũ differentiam non haberemus si omnia, quæ quoquo modo miscentur, congesta inter se essent per motum ratione carentem. Porro eiusmodi contra extensionem eorum, quæ temperantur, fieri arbitratur, permeãtibus per se mutuo corporibus, quæ temperantur, nulla ut particula in ipsis sit, quæ non omnia participet, quæ in temperata hac mistione cõueniunt. Necp enim amplius, nisi hoc adfuerit, crasin, sed proximum situm, id esse aiunt. Vt uero id ita fieri existimemus, probationibus atcp argumentis corroborant, qui huius opinionis patrocinium suscipiũt. Primum, cp multa corpora suas conseruent qualitates, tam si in minoribus perspicuis magnitudinibus, ẽp si in maioribus extiterint, ut cernere est in ipso thure, quod cum in euaporatione attenuetur, maxime suam conseruat qualitatem. Præterea, cp multa sint, quæ cum per se ad aliquam peruenire magnitudinem nequeant, ab alijs tamen adiuta, ad eam ipsam perueniunt, aurum enim ipsum propter quædam admista medicamina, plurimum diffundi atcp eousque attenuari, quo per se impulsum accedere non poterat. Quinetiam nos ea, quæ soli facere nequimus, cum aliorum ope conficimus. Nam flumina traijcimus alijs innixi, quæ nostrapte natura transmittere nuncp ualuissemus. Sarcinas etiam quasdam atcp onera, una cum alijs portamus, quorum portionem ad nos pertinentem ferre non possumus. Et uites cum suapte natura stare nequeant, eriguntur mutuo annexæ atcp alligatæ. Quæ cum ita sint, non mirum esse aiunt, etiam corpora quędam mutuo a se adiuta, ita inter se per omnia uniri, ut ipsa conseruata una cũ propijs qualitatibus, integra per integra inter se contraextendantur, licet quædam magnitudine minora sint, ẽp ut per se possint tam late diffundi, suascp conseruare qualitates. Ita enim & uini cyathum multa aqua temperari, ab ipsa adiutum ad tantam productionem. Quod uero hoc ita sese habeat, tanquam clarissimis testimonijs utuntur, cp anima, cum proprinm, ut corpus quocp quod eam excipit, subsistentiam habeat, per totum corpus penetret, dum cum eo mista est, seruata tamen propria animæ substãtia. Nihil enim est animę expers in corpore, quod anima prędituũ sit. Similiter item se habere plantarum naturam. Sed et habitum in ijs, quæ ab eo comprehenduntur. Ignem quoque ipsum aiunt integrum per integrum pertransire ferrum, seruante utrocp suam substãtiam. Quin etiam ex quatuor elementis asserunt duo, ignem scilicet & aerem, cum tenuia, leuia, & penetrabilia agiliacp sint, per duo reliqua, terram & aquam, quæ crassa, grauia, obtusa ac uelut pigra sunt, permeare, integra per integra omnibus suam naturam & continuitatem conseruãtibus. Noxia etiam medicamina, & odores eiusmodi, temperari putãt cum ijs, quę ab ipsis patiuntur & lædũtur, ipsis integris per integra appositis. Lucem etiam cum aere temperari Chrysippus astruit. Atcp hæc quidem est Chrysippi opinio de crasi, aliorumque eiusdem sectæ philosophorum. Sed mirandum est, cur, cum ad rerum, quæ asseruntur, demonstrationes, communibus animi conceptionibus utendum esse dicant, tanquam uim quandam naturalem dijudicandæ ueritatis habeant, nulla re minus utantur ad suorum placitorum positiones. Nam ea quæ de crasi ab ipsis dicuntur, tantum abest, ut naturalibus conceptibus utantur, ut potius nulla ex parte id faciant. Nam, corpus per aliud corpus penetrare, ut totum toti contra extendatur, non solum comnunibus anticipationibus consentaneum non est, sed impossibile esse, communiter notum est. Naturalis enim est notio & conceptus, id quod plenum semel est, nõ aliud quicquam amplius capere posse. Non amplius enim plenum esse posse, quod spatium in se habeat alicuius similis susceptiuum, oculis ipsis patet. Propter quam naturalem & communem anticipationem uel conceptum, iam quibusdam rationi consentaneum uidetur, existere susceptiuum illud corporum, quem nuncupamus locum. Quomodo enim quisquam, nisi inanes quasdam uoces confingere & comminisci uoluerit, cogitatione complecti poterit, ut corpus aliquod plenum sui, nec ullum in se uacuum habens interuallum, capiat in se aliud corpus sui item plenum? Si enim per poros quosdam permeare ipsa per se uicissim dicat, aut uacuos dicet esse poros, qui corpus excipiunt, aut alia quædam in corpore uacua. Quod si plenum est alterius cuiusdam corporis, si eo exeunte & loco cedente corpori, qui ingreditur, hoc fit, ne sic quidem corpus erit qua corpus, quod in se corpus aliquod accipiat, quandoquidẽ alterum alteri cedit, & succedit. Quod si remanente corpore, qui nam fieri potest, ut pori repleti corpore, in se ipsi aliud aliquod corpus admittant, atcp excipiant? Sensu quippe patet, ne minutissima quidem corporis uasa repleta, posse in se corpus capere, cp impeditæ ac præclusæ sint transitus ipsorum uiæ. Prętera, si per repletos corporis po-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ros datur corporis transitus, superuacuum est dicere esse poros. Nam alia quoq; corpora præter poros, poterunt corpora capere. In summa autem transitus per poros, non crasis est, qualem ipsi uolunt, sed proximus situs, aut ipsi dicunt, per motum ratione carentem. Nisi forsitan aliquis totum corpus faceret poros. Hac enim duntaxat ratione id, quod per poros permeat, per totum permeabit corpus, si totum corpus fuerit porus. Verum id absurdum est. Porus enim est alicuius, hoc est relatiuum, & aliud est quod habet, aliud quod habetur: porus siquidem est spatium quoddam uacuum eius, quod poros habet, corporis. Quocirca si totum erit porus, hac ratione nihil erit: cum uero non sit, nec miscebitur, & temperabitur amplius, nec etiam per poros. At si hoc quidem modo negant corpora se mutuo capere, sed quatenus plena sunt ipsa penetrare per se mutuo affirmant, primo quærendum est, an ne quodlibet corpus undique coaugeat simile. Ipsa enim quanta tali compositione ac mutua connexione, id, quod ex ipsis coalescit, maius alterutro compositorum reddunt. Lineæ enim per punctum inter se coniunctæ, longitudinem augent, & producunt. Ita enim compositę necessario aliquid habebunt pręter iuncturam & contactum. Plana etiam ipsa idem præstant, si per lineam connectantur, nam corpus efficiunt, quod tripliciter & undecunq; dimetiri possumus. Corpus itidem si cum alio, quod similes dimensiones habeat, componatur, necessario ipsum adauget. Verum si id est corporibus peculiare & proprium ipsorum, illi uero, qui corpus aliquod per corpus penetrare asserunt, et minus quandoq;, interdum æquale id, quod ex ambobus constat, reddere, hoc e medio tollunt, iam dubio procul corporis naturam euertent. Abolito enim proprio alicuius, una etiam res interit, cuius erat proprium id, quod perit. Continget autem iuxta ipsos, uacuum fieri locum, qui tunc occupabatur, ab eo corpore, quod hoc modo in aliquo existit, ut corpus in quo hoc fit, non occupet amplius ullum alium locum, sed eo contentum sit loco, qui etiam ante huius mistionem repletus erat. Locus enim, qui ab eo occupat̃, uacuus erit duobus corporibus, cum alterum in alterius locum cesserit. Quid enim erit, quod necessario existat in loco illius, quod in corpus commigrauit? Quæcunque autem rursus in mutua mistione eorum, quæ temperari dicuntur, augentur inde elicit̃, ne corpus quidem esse, quod corpus in se capiat, Quandoquidem alium quendam locum occupauit, nec contentum fuit loco eius, quod dicitur ipsum in seipso accipere, corporis. Non esse porro corpus, id quod secundo in seipso primum capit corpus, indicio est diuisio, quæ mutuo a corporibus, quæ temperantur, efficitur. Diuidẽtia enim dispescunt & discriminant: ea uero, quæ diuiduntur, locum et spatium sibi ipsa prę parant, tanquam nequeant per continuum & indiuisum subiectum corpus, ad aliquid peruenire, ac progredi. In summa autem oportebat id corpus, quod alterum corpus in se accipit, nihilo maius fieri. Id enim est recipere in se aliquid, sed nullius corporis mistio æqualẽ uni ex mistis magnitudinem seruat. In quibus enim ęqualis remanere magnitudo uidetur, in illis non est corporum mistio. Sed uel forma est & materia id, quod sumitur, ut anima & corpus, uel corpus & affectio, ut ferrum & caliditas, uel trãsmutatio alicuius fit, quale est aliud, ut in cinere, sed nec affectiones, nec formæ, sunt corpora. nec aliud sane corpus in se accipere potest. Nam si mutuo se corpora capere possent, non amplius ad motum ipsis antiperistasi, hoc est contrario statu, esset opus. Neque enim sine motu corpus pertransit per corpus. Præterea nonne rationi & ueritati dissentaneum est, asserre breuissimum & minimum corpus adæquari & contraextendi maximo? Vt uini cyathũ multis aquę mensuris æqualem magnitudine fieri. Similiter etiam absurdum est conari comprobare, propterea q thus & alia, quæ euaporãtur, in euaporatione magis comburi & incendi appareant. Nam thus, & quæ similiter adolentur, & in aliud quoddam corpus mutantur exilius hoc modo latiorem accipiũt diffusionem. sed quę temperantur & miscentur, & ex ipsorum sententia suam seruant naturam, temperantur ut possint denuo segregari. Quocirca nihil ad defensionem uel leuem cõsequentiam absurdorum ea, quę uane dicuntur, horum adductio & citatio proderit. Nam corpus transire per corpus, quod ad explicationem craseos usurpant, falsum est ac præter omnium cõceptus, & naturales, ut ipsi aiunt, ueritatis iudicandæ potentias. Multo autem falsius est, dicere corpora quędam duo, pluraue, posse undicunque ex tenta & producta inter se, & mista per integra, tum ipsa seruari, ut initio erant, nec proprias qualitates amittere. Hoc enim apud ipsos crasis a confusione discriminatur, q in ipsa confusione unum quoddam ex ijs, quæ confunduntur, efficitur, nullo tamen eorum, qui in confusione sunt, neque quoad substantiam, neque quoad qualitates conseruato. In crasi uero utrunq; ex corporibus, quę in temperamẽto sunt, adhuc seruatur incorruptum et incolume, et quantum ad subiectum, & quantum ad qualitates pertinet, integris tamẽ mutuo temperatis corporibus. Quod asserunt uolentes tueri, posse temperata iterum segregari. Cum uero hoc fieri nequeat, quod ipsi dicunt, impossibile etiam iuxta ipsos erit, uel

crasin

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

crasin per omnia esse,uel posse separari,quę semel temperata sunt. Si enim integra per integra ipsa temperata mista sunt,nec alterum ipsorum in mistione ullam particulam habet,quę alteri mista nō sit,impossibile certe est, utrunque eorum a sua superficie circundari ac circumplecti. Quæcp enim particula ipsorum, quæ suam superficiem retinet, impermista alteri erit.Necp potest uini superficies aquæ esse,aut superficies aquę,ipsius uini.Si enim ita esset crasis non erit mistio per integra, sed potius dicent, crasin, proximum partium partibus situm esse. Quod declinare uolentes, aliud crasin,aliud mistionem esse affirmāt.Quod si nulla particula mistorum suum ambitum & superficiem retineat, sed sit totum similare factum corpus,non amplius certe erit proximus situs, sed per tota crasis, non tamen incorrupta & salua manebunt ea,quæ initio erant in mistis,sed erunt confusa & simul abolita. Si itacp ea,quæ segreganda essent,seruari oportebat, nec esse cōfusa (hoc enim apud eos crasis a mistione distat) necessarium autem est confusa esse, quæ per integra tota mista sunt,impossibile igitur ea, quę per tota integra mista sunt iuxta ipsos,segregari posse.Præterea si necesse est ea,quę temperata sunt,per tota mista esse quæ uero per tota mista sunt, impossibile est non esse confusa,quę autem confusa & corrupta sunt, impossibile est ipsa seruari, nec igitur qualitates etiam ipsorum seruabuntur.Quando unum quoddam est factum ex confusis & corruptis. Necesse est autem unū corpus, ut aiunt, ab uno habitu cōprehēdi.Quocirca ex hoc etiam iuxta eos, mutuo separari non poterunt,quæ temperata sunt. Quare si ex eorum dictis separari alia ab alijs non possunt, quæ temperata sunt, quoniam fieri per tota crasis non potest sine corruptione, inseparabilia autem esse dicunt ea, quæ corrupta sunt, cum tamen in quibusdam separari uideamus, patet non eo modo fieri crasin,qui ab eis affertur.Prętera si diuidentibus se mutuo temperatis crasis fit (idcirco enim in humidis præcipue est crasis, quoniam facile diuiduntur,& facile alterum per alterum penetrat,diuidens ipsum,ut cernitur unum, quod in aquam infunditur cum ea temperari) si igitur diuidentia se mutuo, indiuisas a se relinquunt quasdā partes,non amplius erunt partes illę tēperatæ. Impermistas.n.esse oportet eas partes,quę diuisę nō sunt. Quandoquidē crasis & mistio quę iuxta eā fit p diuisionem fit, & eam pro termino habet. Sic autem rursus fiet crasis facto proximo situ, sed non totis mutuo per totum penetrātibus ipsis temperatis.Quod si nihil,quod diuisum nō sit, in crasi reliquerunt,erunt certe undique diuisa, nec in partes,sed in diuisiones sectio fiet, siquidē nulla ipsorum particula circa diuisionem relicta est. Prætera,si unumquodque in quæ quodcp diuiditur, ex his compositis rursum fit, accidet, ut quæ sic diuiduntur,non ex partibus nec ex corporibus, sed ex diuisionibus composita sint. Diuisio nanque non corpus,sed corporis affectio est.Quemadmodum autem consequens est eorum, qui in infinitum sectionem esse dicunt, ut impossibile sit dicere aliquod undique diuidi actu corpus: ita consequitur eos,qui per tota misceri corpora dicunt, ut in infinita actu diuidantur ipsa corpora. Si enim aiunt in infinitum diuisibilia esse ipsa corpora, cp nunquam sectio deficiat, sed semper ex ijs, quæ dissecta sunt, aliqd supereresse,quod secari possit,impossibile certe erit corpus aliquod undicp diuidi,ita ut nihil supersit ex ipso, quod sectionem admittere possit. Si uero hoc uerum est, nunquam ea, quæ temperantur, per tota temperata erunt. Si autem temperantur inter se,& extenduntur sese diuidentia uicissim,nullę ut partes relinquantur ipsorum, quæ diuisæ non sint.Nam iuxta eas parteis,quę diuisæ non sunt, nondum inter se temperata erunt.

Deest forte aliqd. Si uero dicant ea ratione in infinitū diuisibilia esse corpora,cp in infinitū diuidi possit omne diuisum corpus, iā ex ipsorum sententia,ipsa temperata inter se in infinita actu diuisa erunt.Si enim undicp temperata sunt, undicp certe diuisa sunt. Vndicp autem diuisa iam diuidi amplius non poterunt, infinita ergo actu erunt. Quod si etiam magnitudines, in quas diuisa sunt, ipsæ quocp erit unumquodque eorum, quæ sic miscentur,infinitum. Id enim quod ex infinitam aliquam magnitudinem & dimensionem habētibus, componit, infinitum est.Fit enim utruncp temperatorum ex ijs,quæ infinitam quandam magnitudinem habent:quandoquidem ex ijs,in quæ aliqd secatur,componi ipsum necesse est. Atcp ita continget, etiam plura esse corpora alia infinita. Verum si ea,quę relinquuntur,in quę sectio facta est undique diuisorum,magnitudines non sunt (nec enim minima quædā & indiuisibilia corpora esse dicent) erit profecto ipsis magnitudo ex ijs, quæ magnitudines non sunt,composita: ex quo sequitur,lineæ partes esse ipsa puncta dicere. Quomodo autem conseruant communem de crasi conceptum aut anticipationem, qui asserunt habitum cum habentibus ipsum mistum esse, & naturam cum plantis,lumencp cum aere,& animam denicp cum corpore ipso,cum ea temperari presumptum sit, quæ suapte natura ante crasin subsistere possint? Propterea enim ipsi aiunt,temperata ipsa denuo segregari posse, atcp hoc crasin a confusione & corruptione differre. Nā necp habitus ullus separari ab eo potest,in quo est, ut per se consistere

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

queat, nec plantarum etiam natura unquam citra plantas subsistet. Lumen uero quomodo cogitare possumus a diaphanis corporibus seiunctum? Neque anima eiusmodi est, ut separari possit. Quandoquidem formam materialem citra materiam & corpus esse impossibile est. Sed neq; ignis ferro, ut ipse dicit, admiscetur, quemadmodum neque humoribus neq; lignis. Penitus enim absurdum est, si quis materiam formæ admistam esse affirmet. Materia autē ignis sunt ea omnia, quę ardent, ignemque admittunt, sed hoc differt, q̄ hæc incorruptibilis, illa minime. Quo fit, ut quædam exticnta diu eandem formam retineāt, quam initio habebant, non penitus tamen absq; decremēto, nam aliquid ex illis ab igne consumitur et corrumpitur. quocirca hæc quoq;, si diutius in igne maneāt, deperdun tur et propriam formam amittunt. Illud uero, quo modo auribus tolerandum est, uniuersam substantiam spiritu quodam per totam ipsam penetrante unitam esse dicere? Ab eoque contineri, & per eum durare, communesq; cum eo affectiones habere? Cum enim ueriſſimam propriamq; causam unitionis uniuersi ignorent (ea autem est diuini, & in circulum currentis, ætheriſque corporis natura, quę ambitu suo uniuersam materialem, affectibus obnoxiam, & uariabilem substantiam circumplectens, per continuum et perpetuum motum, aliamque alias habitudinem erga ipsam, mutuas corporum, quæ gignuntur, uariationes certo fixoq; ordine efficiens, continet, connectit, et conseruat uniuersum) hāc inquam cum ignorarint ipsi, nec eos, qui ipsam norūt, sequi potuerint, cū opinionibus quibusdā præoccupati ac præclusi essent, uinculis quibusdam et causis et cuidam spiritui per totam substantiam penetranti, ipsius unionem attribuunt. Quæ opinio præterquam q̄ mendacium usurpet, corpus scilicet aliquod per corpus penetrare, aliis etiam rationibus, ut falsa sit, conuincitur ac confutatur. Manifeste enim quædam corpora sunt, quę actu in se spiritum continere nullo pacto possunt. Nam aqua ipsa tantum abest, ut per se totam mistum aliquem spiritum habeat, ut potius, si aliquid in ipsa aliquando esse contigerit, uel suffocato in ipsa animali aliquo, quod uim respirandi habeat, uel aliam ob causam fuerit, ne breui quidem in ipsa manere possit, sed repente ui quadam reiiciatur ac segregetur, licet in fundo ipso subsederit. Cum uero id ita sit, quin uerum esse poterit, uniuersum unitū esse, & cohærere sibi spiritu quodam per totum ipsum penetrante? Præterea rationi consentaneum erat, conglutinationem illam, qualis qualis sit, a spiritu contractam, in omnibus corporibus esse. Quod nō ita est. Corporum enim quędam continua, nonnulla discreta sunt. Quocirca rationi magis consentit, dicere, unumquodque ipsorum per propriam formam cohærere sibi, & ad se ipsum unitum esse, quatenus est cuique ipsorum essentia, & communes affectus ipsorum mutuo conseruari, tum propter materiæ communionem, cum propter circumpositi ipsi diuini corporis naturam, q̄ per spiritum, a quo connectantur ac coniungantur, & continuitatem ad proprias & peculiares partes hæbeant, cumq; appositis sibi copulentur. Vi nanque impulsus ab aliquo spiritus, propter suæ naturæ ad id aptitudinē, q̄ nihil, cum facile cedat, possit mouenti resistere, a motu illo incirato uim aliquā capit. Impassibilis uero est propria natura. Humidus item est ac facile diuiditur, ut alia quoq;, quibus fuerit admistus, propterea facile diuidantur. Quamobrem nonnulli uacuum quoddam & inane esse ipsum arbitrati sunt, & naturam quādam contactu carentem. Quidam multa in se uacua habere crediderunt. Quod si, ut non concidant, sed durent, sibiq; cohæreant, causa est spiritus, qui ea sustentat, iam patet corpora, quæ collabuntur, carere spiritu illo connectente ac sustentante. Quomodo autem initio seruabitur diuisio corporum, quandoquidem diuisio est segregatio & separatio unitorum, manent autem iuxta ipsos, omnia secum eodem modo unita, quamuis diuisa fuerint? Præterea nonne uidebunt omnia, esse inuicem apposita, facileq; ab ipso spiritu & segregari & uniri posse? Cum tamen quædam continua sint, nec citra diuisionem, unquam segregari alia ab alijs queant. Ad hæc, si spiritus ex igne & aere genitus per omnia permeat corpora, ut cum omnibus ipsis temperatus sit, ex eoq; cuiusque ipsorum pendeat essentia, qui poterit amplius simplex aliquod corpus esse? Quomodo autem, si posterius est id, quod ex simplicibus quibusdam componitur, ipse ignis & aer erit, ex quibus mistis spiritus procreetur? Quo impossibile est corpus ullum carere. Si enim ex illis oritur spiritus, & sine spiritu aliquod eorum esse impossibile est, neq; ullum ex ipsis antequam spiritus gignatur, existet, neq; spiritus ipse gignetur non existentibus ijs, a quibus ortū ducit. Quomodo uero quispiam in frigido esse aliquod actu calidum affirmabit? Quomodo etiam ipsa contrarium simul admittere motum dicet? Non certe per quem sustentat ea, in quibus est, quorum, ut aiūt, spiritu moto, simul ex ipso & in ipsum, & iuxta aliquā speciem motus fit. Iuxta nullam enim cōplecti animo possumus, aliquid simul per se in contraria moueri. Sed apparet eos, qui ita loquuntur, ut dixi, cum ratione complecti materiæ formam nequirent, quatenus species & forma est unumquodque entium, quod est, & ab alijs differt per formam, cum nihil

inter se

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

inter se discriminis, quatenus materiam habent, re
tineant, quodq; conseruentur, ac eadem, quę sunt,
maneāt, apparet inquam propter has causas ipsos
cuidam attribuere spiritui, tāquam per omnia, pe-
netranti, & cuiusq; essentiam, & q; conseruetur at-
que perduret. Sed quispiam, cum ad hanc oratio-
nis partem peruenerit, eos nec iniuria culpare pos
set, q; cum duo omnium rerum primordia esse as-
serant, materiam & deum, quorum alterum age-
re, pati alteram, immistum materiæ esse deum af-
firmant, perq; eam uniuersam pertransire, ipsam-
que figurare, formare, atque hoc modo exornare.
Si enim deus, ex eorum sententia, corpus est, cum
spiritus sit intelligibilis & sempiternus, & materia
item est corpus, primo iterum corpus per corpus
penetrabit, deinceps spiritus is, uel aliquid ex qua-
tuor simplicibus erit corporibus, uel collatio & cō
positio ex ipsis, ut ipsi quoq; fatentur (ex aere. n.
& igne ponunt ignem habere substantiam) uel si
aliud aliquid sit, erit certe diuinū corpus ipsis quin
ta quædam substantia, citra demonstrationem ul-
lam, aut leuem defensionem, quę adduci possit ab
illis, qui ponētibus hanc sententiam inter suas con
tradicunt ac redamant, uelut admiranda & incre-
dibilia pronūciet. Quod si ex quatuor aliquid fue-
rit, uel aliquid ex illis compositum, corpus certe
ex materia genitum, antequā gignatur, per ipsam
penetrabit, & similia alijs & sibi ipsi ex ea procrea
bit. Præterea posterius erit deus q; materia, quan
doquidē omne materiale corpus materia ipsa est
posterius. Id enim quod ex principio oritur, poste
rius est. Tale autem corpus, est deus. Neq; enim
idem est, quod materia. Cum uero talis sit, necessa
rio alterutrum ipsis duntaxat dicendum erit. Si n.
genitus est (genitus autē est e materia) uel aliquid
simplicium corporum erit, uel aliqua ex illis com-
positio. Præterea quæreret quispiam, an possibi-
le sit eorum, quę ex materia gignuntur, creatorem
dicere deum, qui per uniuersam eam permeat, in
eaq; uersatur. Nanq; ad hoc comprobandum ad-
ducunt in medium, q; non eodem modo, quo na-
turales, fiāt res artificiales. Absolutiones enim na-
turales, non in superficie, sed per tota formantur
& effinguntur, partes quinetiam eorum intrinse-
cæ pulcherrime ingeniosissimeq; fabrefactæ sunt.
Res uero artificiales, ita effigiatæ & effiguratæ
sunt, ut in statuis cernimus. Interiores enim partes
informes atq; impolitæ sunt. Propterea itaq; aiūt,
rerum arte effectarum extrinsecum esse & segre-
gatum agentem, at in rebus naturalibus, in mate-
ria inesse uim & potentiam, quæ informat ac gi-
gnit ipsas. Verum hæc non uidemus ijs, quæ gi-
gnuntur, consentanea esse. Omnibus enim in re-
bus, quę a natura procreantur, extrinsecus aliquid
est, quod principium ortus ipsarum habet, quod-
que primæ in materia transmutationis causa est.
Nā & simplicia corpora mutuæ & alternæ inter
se uariationis, extrinsecā habent causam. Frigidi-
tas enim et caliditas propter cœlestium corporum
aliam alias erga ipsa habitudinem contractæ, ge-
nerationis ipsis & abolitionis, mutuęq; uariationis
causæ sunt. Quinetiam plantæ atq; animalia quę-
libet a quodam foris existente, a materiaq; seiun-
cto, ex qua quodq; ipsorū gignitur, & principium
generationis accipiunt, & per ipsam conglutinan
tur & compaginantur omnia. Ea etiam, quæ in lo
cis sublimibus constant separata, segregatum ha-
bent ipsum agens. Neque enim id, quod calefit, ac
propterea mutatur, ipsum excalfacit. Frigidum. n.
est, quatenus excalfit. Ea deniq;, quæ e semine na-
scuntur, extrinsecum habēt gignens, per adiectio-
nem spermatis. Quod ita, quæ ex materia fiunt, gi
gnuntur, quomodo amplius deus ipsorum agens
erit, quoniam cum materia immistus ac tempera-
tus sit? Eius enim, quod in rebus naturaliter ge-
nitis agit, aliud quid prima est causa extrinsecus
existens. Dei uero nihil est actiuum primum. Vi-
dentur autem ex suis ipsi uerbis, deum materiæ
formam esse dicere. Si enim ita deus materiæ im-
mistus est, ut corpori anima in animalibus, iuxta
eorum sententiam, & si materię potentia est ipse
deus (aiunt enim eum materiam, quæ in poten-
tia est, facere) certe formā ipsis dicent esse deum,
ut anima est corporis, & potentia eius, quod po-
tentiā in se continet. At si hoc ita sit, quo pacto am
plius materia informis erit iuxta rationem suam?
Cum & q; permaneat, & q; materia sit, potentiæ,
quæ in ipsa est, acceptum referat. Præsertim uero
in inflammatione apparet, ut ipsi asseuerant, de-
um materię formam esse, siquidem in igne, qui so
lum iuxta eos existit, tunc & materia & deus soli
conseruātur. Erit enim tunc ipse deus forma, quæ
in materia ignis est. Quod si id ita est, ignis uero
in alia quędam corpora immutatur formam uari-
ans, tunc profecto deus abolebitur, & corrumpe-
tur, quandoquidem abolita priori forma, in aliud
corpus commutatur materia. At si mutationis eius
modi deus author & causa est, iam iuxta eos de-
us se ipse corrumpet. Quo quid absurdius dici un
quam aut excogitari potest? Præterea nonne di-
uina prouidētia indignum est, deum asserere per
uniuersam subiectam omnibus materiam penetra
re, & in ea uersari, qualis qualis fuerit, ac pręcipu-
um hoc munus habere, ut semper aliquid procre-
et & effingat, quod ex ipsa gigni possit, deumque
uermium & culicum creatorem facere, & non se-
cus ac figulum aliquem in luto uersari, & quodcū
que ex eo fieri possit, effingere? Præterea, si cor-

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

pora,quę temperantur,alterum ab altero pati neceſſe eſt (propterea enim neutrum eorum perit, quoniam utrunq; dum patitur,agit quoq; ex altera parte) corpora autem,quæ per ſe uiciſſim tranſeunt,temperantur mutuo, iam utraq; & agent & patientur. Hæc igitur ut in medium afferrem adductus ſum eorum gratia, qui Ariſtoteli reclamãt atque aduerſantur de quinto corpore, & legibus, quæ pro rerum diuinarum dignitate prolatę ſunt, ipſi enim propter ambitionem inſtare conantur, ſuorum autem dictorum abſurditatis & falſitatis ne principium quidem intelligunt,e quibus nobiliſſima & maxima philoſophiæ dogmata pendẽt, comprobationem autem ab admirabili illo placito ſumunt, corpus ſcilicet per corpus penetrare. Tractatio enim apud eos de craſi nõ alia in re uerſatur.Sed & ea quoq;, quæ de anima ab ipſis pronunciata ſunt,hinc annexa ſunt. Illud quoque toties decantatum fatum,atq; etiam rerum omnium prouidentia,hinc fidem ſumunt. Sermo præterea de primordijs, de deo, & uniuerſi unitio, & affectionum erga ipſum cõmunio. Omnia enim hæc ipſis præſtat deus per materiam tranſiens: ex hoc autem,corpus penetrare p corpus.Ex quo omnia propemodum apud ipſos phyſiologię quęſita dependent. Quod & præter communeis animi conceptiones dicitur,& præter omnium philoſophorum ſententias iuxta ipſos ſumit probationem. Vt ſunt multæ ſenſui perſpicuæ, aſſerere ſcilicet ferrum,cum incenſum atque ignitum fuerit, non eodem modo incendi atq; igniri,ut ea,quæ igni materia ſunt, ſed per totũ ipſum tranſmittit in ignem exiſtimare,una cum materia illa, in qua ferro admotus, excalfaciebat & inflammabat ipſum. Atqui nonne præter alia, hoc quoq; a ratione penitus alienum eſt, dicere. Flammæ materiam ſine extrinſeca ſuppeditatione & adiectione, non conſumi, ſed conſeruari tandiu in igne, qui ferro admiſtus eſt, donec inflãmatum ferrum manſerit? Cum tamen pateat flammam continua materiæ ſuppeditatione indigere,tãquam tunc, dum gignitur eſſentiam habeat, propter ſubiectæ materiæ celerem conſumptionem. Deus autem cum materia temperatus eſt,& ſi hoc eſt,ab ipſa quoq; ex altera parte patitur. Vnde ſequitur,& materiã agere & deum pati, ſed hæc. Si enim ferrum nunquam igni materia eſt, quamnam ardentem materiam dicere oportet? Omnino autem quoniam ferrum ab aliquo igne incenditur, qui eſt in aliqua materia, ſi per ferrum penetrat ignis, oportet eum materiam ſeruare,& quatenus ferro adhærebat,per ipſum penetrare, ſed neque ligna, neq; carbones, neq; ulla alia ſubiectorũ materia, quæ igni ferrum inflammanti ſubijcietur,in ferro eſt.reliquum igitur eſt,ut ipſe ſeparatus a materia in ferro ſit. Sed ſi ſeparetur, neceſſe eſt ipſum in migratione materiam aliquam aſſumere, nec eſt ulla alia,niſi ferrum.Quatenus enim in ipſo humiditas eſt, eatenus materia igni fit. Durius utiq; & aſperius eſt inflammatum ferrum, poſtquam extinctum fuerit, q̃ prius, tanquam conſumpta ab igne ea humiditate, quæ in ipſo erat. Et incenditur etiam, donec humidatis aliquid in ipſo ſuperſit.Non igitur aliter,q̃ ligna ipſa inflammatur ferrum.Sed hæc hactenus.Ad primum enim ſermonem reuertamur. Nam ſi quæ de craſi ita prolata ſunt,a ratione & ueritate prorſus abhorrent, alio certe modo craſeis fieri dicendum eſt. Reliqua autem eſt præter has, quæ penitus negligendæ ac pro nihilo faciendæ ſunt, opinio ea, cuius author Ariſtoteles fuit. De hac itaque diſputare auſpicemur,et, quænã ea ſit,explicemus,atq; iudicemus. Pleriſq; enim philoſophis ignota eſt, propter breuitatem,qua,cum de ea loquitur, uſus eſt ipſe philoſophus. Primo ſane definiamus, quænam ſint, quę mutuo temperari dicantur,& poſſint. Ex eius enim rei definitione,multa,quę ſermonem de craſi interturbant, deijcientur. Eſt itaq; miſtio & craſis in ijs,quę ſuapte natura ſubſiſtere poſsũt.Quare uidẽtur denuo ſegregari poſſe,quæ miſta ſunt, quoniam ex talibus conſtant. Quod ſi nihil aliud præter ſubſtantiã ſubſiſtere poteſt, ſubſtantiarum certe miſtio erit & craſis. Si id autem uerum eſt, mentitur Anaxagoras,qui omnia in omnibus miſta eſſe affirmat.Nã affectiones ipſæ ſeparari non poſſunt,ut per ſe conſiſtere ualeant.Quocirca miſtio et craſis non erit affectionum,nec inter ſe,nec cum illis,quorum affectiones ſunt.Sed neque formæ ſubſtantiarum. Nam licet ſubſtantiæ & ipſæ ſint, non per ſe tamen ſubſiſtunt. Neq; enim ſine materia aliqua ipſarum eſſe poteſt. Nec materia item miſceri poteſt. Abſq; enim forma nunquam actu exiſtit. Non igitur in alijs eſt q̃ in ſubſtantijs miſtio & craſis. Nec aliæ etiam ſubſtantiæ miſceri poſſunt,præter ſeparabiles,& quæ ſuapte natura ſubſiſtere ualent,locumq; occupant. Eiuſmodi autem ſunt ipſa corpora. Hoc igit cum definitum ſit,dehinc quęrẽdum eſt,an idem ſit miſtio & craſis,an uero aliquid diſcriminis retineant. Hoc autem differre uidentur,q̃ latius patet miſtio, quam craſis.Nam craſis ipſa eſt quædam miſtio.Miſtionum enim quædam per proximum ſubſtãtiarum ſitum,& contractum fit, quã miſtionem per compoſitionem fieri dicimus.Non omnis tamen compoſitio eſt miſtio.Compoſitio quippe ex ſimilibus quandoque & eiuſdem ſpeciei fit, miſtio contra e differentibus & indifferentibus. Quare aceruus tritici, ſolum eſt compoſitio. Sed frumenti & farum

barum

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

barum congeries, iam præter compoſitionem, miſtio nem quoq; aſſumpſit. Miſtio uero ut craſis fit, non ſer uatis amplius iis, quę miſcentur, & mutuo apponunt, ſed in ſubiecto unitis. Quamobrem in facile diuiſibi libus & humidis miſtio eſt, ut craſis. Quemadmodũ autem non quorunlibet cõpoſitio miſtio erat, ita nec quorunlibet humidorum unitio, craſis eſt & miſtio. Neq; enim aqua cum aqua temperatur, quanqnam cum ea uniatur, neq; oleum cum oleo, ſed uec oleum cum aqua. Hoc uero propter uiſcoſam & lubricam na turam accidit. Cum uero eiuſmodi ſint ea, quę uniun tur, ut habeãt qualitates, iuxta quas ea, quę iuxta actio nem & affectioné fit, hoc modo fiunt. Verum quoniã aliud eſt generatio & corruptio, & aliud craſis (craſis quippe rerum quarundam, quæ cõſeruantur, miſtio eſſe uidetur neq; enim ſi alterum corruptum fuerit, & in potentius migrauerit, eſt craſis, ſed huius corru ptio, illius uero auctio eſt. Quocirca nec alimentum temperari dicitur cum eo, quod alitur. Neq; ſi utraq; corrupta fuerint ea, quę miſcentur, amplius eſt craſis, nam craſis eſt quorundam, quæ ſeruantur, miſtio) Conſequens eſſet, ut poſtquam de generatione actum eſt & corruptione, de craſi ſermo haberetur. Commu nem nanq; materiam habent, iuxta quam uelut ali quid corrumpitur, ita temperatur quoq;. Conueniũt præterea in tranſmutatione propter contrarietatem, actione tamen interueniente & affectione. Hoc ue ro craſis à generatione & corruptione diſpeſcitur ac ſeiungit, qđ in iis integrũ alterę in alterum trãſeat, & contrarietates aſſumat, per quas id, quod paſſum eſt, penitus priſtinas ſuas deponit & amittit. In iis uero, quæ temperantur, nõ idem mos eſt, nec ratio eadem, ſed quoties plura corpora, q̃ & agendi uicisſim & pa tiendi uim habẽt, in idem coeãt, ita uero ſeſe habeãt, ne contrarietatibus adeo alterum ſuperari ab alte ro poſſit, ut abeat in illius migrans naturam, tunc in quam hæc corpora propter uirium ac poteſtatũ ęqua litatem, per quam dum agunt, mutuo quoq; patiun tur, eatenus progrediuntur, donec abiecta contrarieta tum excellentia, propter quas diuerſa erant & contra ria, unicam ex oĩbus illis poteſtatibus qualitatem effe cerint, unita ſimul atq; una eademq; facta ea materia, quæ utriſq; uel omnibus ipſis ſubiiciebatur. Fit autẽ talis miſtio quam craſin uocamus, in humidis corpo ribus, nam & ea craſis, quæ in ſiccis fieri uidetur, nõ citra humiditatem fit. Vniuntur enim humida, ſi com ponantur, ſuasq; amittunt ſuperficies, niſi forte quid uiſcoſum lubricumq; fuerit. Cum itaq; corporibus, quæ in materia ſunt, propter humiditatem in proxi mo ſitu unitis conuenit, ut contrarietatem æqualem eiuſdemq; poteſtatis habeant, tunc mutuo inter ipſa fit, & iuxta qualitates & iuxta poteſtates vnitio, quod eſt craſis. Vtrũq; enim eorum, quę ita ſe habent, pro pter contrarietatem, quæ in ipſis ineſt, & materiæ cõ munitatem, mutantur & patiuntur, ſed propter con trarietatum ęqualitatem, non tantam mutationem fa ciunt, ut alterum idem fiat, quod alterum. Agens enĩ cum ex altera parte patiatur ab eo, in quem agit, nec remanens ſibi ſimile, prius poſſe agere deſinit, quàm illud penitus excedat & ſuperet. Atq; id eſt craſis. Eſt enim intercedente actione & affectione corporũ iux ta ſe inuicem poſitorum per tranſmutationem, citraq; corruptionem, unitio. Humidis autem ad maturio rem tranſmutationem & craſim plurimum cõducit, quod facile diuiduntur. Diuidentia nanq; ſe mutuo ante unitionem, & paulatim adiuncta, cum facilius & celerius alia ab aliis patiantur, celeriter unum quod dam corpus cõficitur, & quod da ſubiectum & quod ad qualitatem attinet. Quod quidé corpus actu neu trum ex miſtis eſt, poteſtate uero utrũq;, idq; tantum deeſt, ut actu ea, quæ miſta ſunt, conſeruet, ꝙ id per actionem & affectionem ſublatum eſt per poteſtatem utriuſq; ipſorũ. Quocirca exigua admodum indiget ope ad eiuſmodi tranſmutationem. * Quo niam ſi talia penetrant, non omnia ſeparata facta ſunt. Adiectione enim aliqua ad perfectionem, non genera tione penitus & tranſmutatione indiget. Quamobré ſi aliqua, quæ ad eiuſmodi perfectionem conducere poſſunt, illis admoueantur, facile in ſuam naturam re currunt. Non tamen ut eadem ſit aqua, aut idem ui nũ, quod prius erat id, quod denuo ſecernitur. Neq; enim initio in miſtione conſeruabatur. Proximus enĩ ſitus, non craſis fuiſſet. In iis enim, quæ tẽperata ſunt, unum eſt & ſimilare totum id, quod ex craſi fit. Sed poteſt ab eiuſmodi miſtione in aquam facile mutari, cum in eam initio mutatũ ſit, & ex talibus miſtum in eiuſmodi qualitate. Nam quemadmodum ſi in lac, quod eſt ſimilare corpus, habetq; in ſe poteſtate hu midum aliquod & ſolidum, candens lapis iniiciatur, utrunque ipſorum ex ipſo ſegregat, gignens aliquo modo, partimq; eorum in caſeum, partim in ſerum conuertit, non partem aliquam in ipſo lacte actu exiſtentem ſecernens & ſegregans ſed ab omni particu la utrunq; ipſorum generans. Ita facere putãdũ eſt ſpõ giam in uas demiſſam, quod uinum aqua temperatũ cõtineat. Propria enim qualitate ab omni miſtione ge nerans id, quod facile pura & mera aqua fieri per eam poteſt, & propter tantam talemq; poteſtatẽ ſecernens in priſtinum ſtatum reducit. Nam uelut in muſto quod ſimilare corpus eſt, modica accedens decoctio ex eo omni, gignit & ſecernit ſpiritum & uinum. Nã hęc in eo prius actu non fuiſſe, patet ex eo, ꝙ in humi do ita ſpiritus contineri actu non poſſit, ut pauloante oſtẽdimus: ſed quoniam id, quod gignitur, ſtatim to tum ſecernatur in decoctione. Ita exiſtimandũ quoq; eſt ea, quæ ſeparant à temperatis, ex quibus aliqua tẽ perata ſunt, nõ ea, quę actu inſint, ſecernere, ſed muta re poteſtate quadam & perficere ea, quę poteſtate pro pter craſin in ipſis inſunt. Nam quemadmodum in il lis ſuperficialis alicuius generatio fit (non enim lacte in contrarias iis, quas habebat, tranſmutato qualita tes, partim ſerum, partim caſeus fit, ſed ꝙ quæ poteſta te inerant, ita tamen ut modica ad exeundum in actũ ope indigerent, in actum conuertantur) Ita etiam in temperatis tranſmutationem fieri putandum eſt. Se quitur autem ex eiuſmodi temperatorum tranſmuta tione, ut ſecerni poſſe ipſa uideantur, quoniam initio ex miſtione talium eſt generatio corpori, quod hæc patitur. Verum ea, quę ſeparatio temperatorum & ſegregatio dicitur, nec ſimilis eſt ſegregationi, quæ in uicino ſitu congeſta ſunt, nec eadem rurſum cum eo, quod per corruptionem. & generatio nem & tranſmutationem in contrarium, ſecerni tur, ceu ex aqua cernimus in aerem ſecretionem fieri,

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

uerum fit ſecretio per quendam medium modum. Neque enim ea, quę actu inſunt, diſcernuntur, nec in contrarium ſubiecti mutata ſecernuntur. In his enim idem ſpecie remanet poſt ſecretionẽ id, quod ſupereſt, ut prius erat, quantitate duntaxat imminuta. In temperatis uero non eodem modo: quoniam unũquodq; eorum, quæ poteſtate ſunt in corpore, quod ex miſtione factum eſt, excernatur, muteturque in perfectionem, qua defraudatum fuerit, propterea quod ęqualiter & agebant & patiebantur à ſe mutuo. Ob quam affectionem, in his quoque prædicatur ipſum ſeparari. Quod ſi ea, quę per eiuſmodi tranſmutationem perficiuntur, non gigni, ſed ſeparari dicẽdum eſt ratione conſentiente: aliaque item quæ de generatione craſeos dicta ſunt, conſequuntur ſuppoſita principia, & mutationibus generationibusque corporum conſentanea ſunt, ac ſeruant denique communes de craſi conceptiones ſeu anticipationes, ſolus igitur Ariſtoteles ueram de craſi rationem reddidit. Diuidi autem primum mutuo ea quæ temperantur, & proximo paulatim ſitu impaſſibilia magis facta uniri & aſſimilari iuxta formam & qualitates, ſenſu etiam perſpicuum eſt. Donec enim utrunque temperatorum in ſua adhuc ſubſtantia manet, diſcretio ea, quæ inuicem ab ipſis fit, ex colorum quoque differentia perſpicitur. Nam cum humida ſint, facileque diuiſilia & diſſimilia, ab ictu, qui fit dum alterum alteri infunditur, principium ſumunt diuidendi ſe mutuo, quòd ſi impari pondere fuerint, gratia exempli, id quod grauius ex ipſis eſt, diuidens fertur deorſum, leuiſſimi uero particulę grauioribus cedẽtes loco, ad ſuperficiem ire accelerant. Quam localem migrationem præcedentem ſiſtit affectionum tranſmutatio, uniens ipſa una in omnibus ſimilitudine. Quod etiam uiſu clarum eſt. At quoniam ad confirmationem eius dogmatis, corpus ſcilicet penetrare per corpus, utuntur etiam animalium incrementis, quæ per alimentum fiunt, id quoque diſcutiamus. Si enim augmentum alimento adhibito ubique fit, atque ubique augentur ea, quæ augentur, certe alimentum ubique per ſubiectum corpus diſpergetur & diuidetur. Impoſſibile autem eſt ubique diſperſum eſſe, unum cum ſit, per omne & ad omne delatum. Sed ſi per totum corpus defertur alimentum, corpus exiſtens, neceſſarium eſſe uidebitur, corpus penetrare per corpus, quando quidem hoc tantum modo poſſibile eſt, adiectionem, quæ per alimentum fit, in toto nutrito corpore fieri. Non hoc autem modo alimentum & incrementum fieri (nihil enim quod impoſſibile eſt, unquam fit) age Ariſtotelis expoſita de incremento atque alimento ſententia, oſtendamus. Loquar autem de iis, quæ uere ac proprie augeri dicuntur (In his enim dubitatio procedit) talia autem ſunt animalia & plantę. Quęcunque ſane in iis, quę ita augentur, conuenire oportet, quęque obſeruare ii debent, qui de augmento agunt, primum exponere neceſſarium eſt. Hęc enim declarata, plurimum ad eorum, quæ dicenda ſunt, iudicium conducent. Omnia igitur, quę augentur, accedente extrinſecus aliquo, augentur, nam ex alimento proficiſcitur incrementum. Pręterea per particulam incrementum accipiunt. Neque ſimile eſt rerum, quæ naturaliter augentur, incrementum, quale in rebus, quibus extrinſecus aliquid adiicitur atque affingitur. Non enim alicuius eorum, quę augentur, pes augetur ſolus, ſed omnium particularum auctio per analogiam fit. Id enim quod augetur, idem manens, ſeruansque propriam naturam, augmentum capit. Neque, niſi remaneat, id quod augeri dicitur, augmentum eſt, propterea quod in magnitudinem maiorem tranſmutatur. Ob id enim nihil eorum, quę temperantur, augeri dicitur, cum mutentur in aliud quoddam corpus & in magnitudinem maiorem, ut fieri cernimus in tranſmutatione aquæ in aerem. Sed hic generatio eſt & corruptio, aquę corruptio, aeris uero generatio: illic autem miſtio eſt & craſis. Nec etiam quodlibet eorum, quæ ad augmẽtum conducunt, augetur, ſed id augetur, quod ſeruatur & remanet. Præterea, quod in ſe auctiuam & nutritiuam uim habet. Propterea enim alimentum ipſum non augetur, quanquam ſit corpus & augmenti cauſa, ſed id augetur, in quod alimentum concernitur. Ipſum enim alimentum tranſmutatur, illud uero conſeruatur. Nutritiua etiam poteſtas, quę tranſmutat & concernit alimentum. Cum igitur ita ſese habeant, quę augentur, quæritur, quoniam augmentũ aliquo adiecto fit, quidnam ſit id, quod adiicitur & apponitur. Vel corpus enim uel incorporeũ eſſe oportet, quod adiicitur. Sed neque per incorporeũ augmentum fieri, conſentaneum rationi eſt: neque per corpus eſſe uidetur. Per incorporeum quidem, quoniam alimentum non eſt incorporeum. deinde ſequetur, ſi quis per incorporei alicuius adiectionem fieri augmentum dicat, ut locum occupet. Non occupabat autem locum id, quod auxit ipſum. Quem enim locum occupat poſtea id, quod augetur, is erit ante augmentum ipſius uacuus. Solius enim corporis eſt, occupare locum. At ſi adiecto corpore dicatur fieri augmentum, corpus certe per corpus penetrabit, & in corpore erit. Quoniam quatenus aliquid auget, eatenus augmentũ capit: ſed per totum augetur id, quod augetur, quare per totum capit augmentum. Sed ſi corpus exiſtens per totum ſe augmentum capit, oportebit per totum ipſum penetrante adiecto, hoc eſt alimento, eius augmentum fieri. Nam ſi dicat quiſpiam p uacua quędam & inania tranſire ipſum alimẽtum, neceſſe eſt hoc fateri, totum corpus, quod nutritur, eſſe uacuum. Si enim iuxta quod eſt alimenti tranſitus, uacuum eſt iuxta hoc: ſed per omnia eſt alimenti tranſitus: (ſi quidem per omnia augetur) totum igitur uacuum erit. Verum ſi quis ea, quæ in iis, quę augentur, inſunt, obſeruare, omnesque dubitationes ſoluere uoluerit, primũ, quid ſit id, quod augetur, & per quales particulas eorum, quę augentur, facta adiectione tota augeantur, conſtituendum definiendumque eſt. Quoniam igitur in iis, quæ augentur, quædam ſimilares, nonnullę diſſimilares partes ſunt (diſſimilares quidem ſunt, quæ ex differentibus particulis conſtant, ut uultus & manus. Similares autem, caro, oſſa, muſculus, ſanguis, uena, atque omnes demum, quarum particulæ cum toto uniuocæ ſunt) Et ex ſimilaribus componuntur diſſimilares, non contra. Non enim in uultum caro, Sed ex carnibus & oſſibus eſt uultus. Augmentum itaque adiectione ſimilaribus facta, fit. His enim auctis,

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

ctis, sequitur etiam dissimilarium incrementum. Neque enim alimentum, quod concernitur, uultus aut manus factum, concernitur, sed in carnem & os & quodque aliorum similarium mutatum & concretum in iis, causa est incrementi totius corporis. Si igitur augmentum fit seruato tamen & superstite eo, quod augetur (augentur autem similaria) patet iam ipsa seruari & manere oportere. Consequens itaque est, ut dehinc uideamus, quomodo aliquis hæc manere dicens, uerum dicat. Qua enim manere hæc possibile est, eatenus ipsorū quoq; augmentum fieri dicendum est. Omne autem, quod ex materia & forma componitur, iuxta utraque ea, ex quibus constat, esse dicitur, iuxta materiam scilicet & iuxta formam: ex iis uero constant similaria ipsa, iuxta quæ animalium augmentum fieri asserimus. Quocirca hæc quoque dupliciter accipi possunt, & dicitur unumquodque ipsorum, modo iuxta formam, modo uero iuxta materiam. Cum enim dicimus carnem fluere, & in continua secretione & concretione uersari, iuxta materiam his affici affectionibus carnem dicimus. Quando uero carnem manere eandem dicimus, accepta à forma & iuxta formam ipsa carne, hæc de ea testamur. Omnia enim quę in materia essentiam habent, secundum materiam alias alia fiunt, quoniam non una eademque numero manet, sed continue & perpetuo per particulas uariatur, aliasque alia fit. iuxta formam autem unum idemque numero unumquodq; manet. Nam iuxta formam caro eadem numero manet, & si ex subiecta materia partim defluat, partim influat, tamen id quod manet, unā eandemque seruat carnis formam, & successiua manſione, ne penitus corrumpatur, impedimento est. Nā carnis essentia intus est. in tanta autem magnitudine, non idem manet propter materiæ fluxum. Sed in tali forma, idem manet, donec aliquid carnis supersit. Cum hęc igitur ita se habeant, cumque positum constitutumq; sit, id quod augetur, remanere oportere, si aliquis secundum materiam carnis augmentum fieri asserat, certe tollet, ut idem conseruatum quod augetur, augmentum capiat. Ipsa enim materia semper nūc uno, nunc alio modo uariatur. Quod siquis secundum formam asserat augmentum fieri, nil amplius orationi impedimento erit. Idem enim manet. Manentis autem erat. Cum autem hoc positum sit, quæ augentur, secundum formam augeri, dehinc uidendū est, quomodo facta augentis in ipsa concretione, augeantur. Si igitur iuxta materiam & augmentum & concretio fieret, necessarium fuisset dicere, per omnem partem augeri ea, quę augentur, siquis dicat per totam materiam adiectionem fieri ab alimento, quæ non aliter fieri poterat, si modo eadem maneat materia, quàm corpore per corpus transeunte, cum corpus sit ipsum alimentum. Verum quoniam iuxta formam est augmentum, non amplius necesse est, & si per totam formam augeatur, hoc fieri corpore per corpus permeante. Neque enim initio remanet prę-existens, ut augenti corpori per ipsam transitus detur, sed fit ipsum alimentum materia carnis, uerum concreta per partes quasdam carnis prę-existentis & manētis, formamque gerentis, si minor fuerit aut ęqualis defluenti seruat tantum id, in quod digeritur & concernitur, nutriens ipsum, & uetans totum corrumpi & collabi propter fluxum continuū. Quoties autem materia, quę à nutritiua potestate cōficitur ac cōsumitur, copiosior fuerit, quam ea, quæ consumitur & defluit, tunc præterquam quod nutritur subiectum, augetur quoque. Quando autem ratione quantitatis non solum conseruat, sed coauget, per uniuersas parteis digestione & concretione facta, tunc omnia augentur. Quoniam nutritiuę potestatis, quæ alimentum alterat, & assimilat, concernitque nutrito, proprium est, quemadmodum conseruare id quod ab ipso nutritur, ita etiam ipsum cum propria conseruare figura. Aut potius ex hoc sequitur cōseruatio. Tūc enim proprie & uere conseruatur aliquid, quoties una cum iis omnibus, quæ natura in eo insunt, restat incolume. In quorum numero est figura. Vnū quodque enim animatum & ipsum propriam quandam figuram obtinet, & singulæ quoque ipsius partes, q̄ cōseruant. Figura porro quoties cōcreto alimento, non manet eo loco, in quo sita est, nec subiecto, quod secundum eum est, sed propellit id, quod à frō te est, illudque item aliud eatenus, donec quæque ipsius particula per analogiam adhibito nutriēte & augente ęquali incremento accepto, cum eadem figura maneat, quam habebat etiam ante concretionem nutrientis. Quemadmodum enim cum terra sit corpus graue, quod deorsum & ad medium fertur, suaq; natura & proprio medio Vniuersi medium & centrum occupat, si pondus uel maius quid ex altero hemisphærio locetur in ipsa, terram obstantem & præexistentem non penetrabit, quæ in medio manet, ut sui motus centrum in uniuersi medio habeat, sed deorsum uersus præexistentem terram eousque particulam anteriorem terræ propellit, donec id, quod grauitatis terræ centrum est propter ponderis adiectionem, in uniuersi medio consistat. Id enim grauium corporum, & quę deorsum feruntur, naturaliter peculiare est. Quod ubi sit, Terra ipsa simul sphæricam figuram conseruat, quam prius obtinebat. Ita quoque in similaribus usu uenire censendum est, quæ ex concretione alimenti augentur, ut simul ac alimentum concretum cum nutrito & illi assimilatum fuerit, ab omnibus partibus nutriti progressus quidam & migratio fiat, hac tamen lege, ut aliud non propellatur, donec totum in ea figura fuerit post adiectionem ex alimento, in qua prius quoq; erat. Velut enim augentur & conseruantur figurę dissimilarium partium nutriti in incremento similarium, ita quoq; dissimiliarium figuras conseruari existimandū est: quòd alimentum, quod per particulas ab ipsis concernit, à nutritiua potestate in omnia ipsa ex proportione transuehatur, secundum quam proportionem una cum salute corporis, unumquodq; ipsorum totum augetur. Atq; ut id, quod à natura & nutritiua potestate in crescentibus fit, intelligamus, simile esse existimandum est, ut si quis aquam, quæ per canalem aliquem defluit, mente & cogitatione complectere-tur: qui canalis eandem figuram conseruat, sed propter humiditatem & mollitiem, quoties quidem humor, qui per eum defluit, tenuior & exilior est, contrahitur, & figuram in minore magnitudine conseruat. Quoties uero copiosior fuerit, dilatatur undecunq;

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

& maiorem molem accipit. Velut enim in eiusmodi canali, aqua non est id, quod augetur, cum ea initio ne maneat quidem, sed aliud quid fit, modo copiosior, modo tenuior: Sed figura, quæ in aqua est manet, & contractionem & productionem assumit, Ita quoque fieri in iis, quæ naturaliter augẽtur, existimandum est. Materiam nanque, in qua est forma quę augetur, ãlias aliam fieri oportet, propter fecessus continuos. Formam autem autem, quæ in materia fluente est, ad proportionem figuræ canalis, minui cum minor materia & tenuior fuerit: augeri, cum maior à materia concretio fiat, una cum propriæ figuræ conseruatione. Forma enim eadem in maiore materia maior est ea, quę in minore existit. Vt figura quoque Canalis, qui propter humiditatẽ æquabiliter fluit, ea, quę tenuior per ipsum delabitur. Concretio autem alimẽti in nutritis fit per transmutationem ipso assimilato rei nutritæ, non quòd idem fit primo cum re nutrita, dehinc cum ipsa concernatur. Id enim generatio carnis, non alimentum esset. sed ultimum alimentum, quod in sanguine præditis, sanguis est, in aliis aliquid quod cum eo proportionem habeat in singulis nutritis, per uasa conuenientia delatum in ipsa & influens, à potestate, quę in unoquoque est, transmutatur & assimilatur nutrito. Oportet uero eximare id fieri, ut, cum in uinum infundatur aqua, uis ea, quę in uino est, semper aquam in id infusam vinum faciens conseruatur & uinũ auget: Id quod ignis quoque præstare cernitur, ubi aliquid ustile ipsi admotum est. Cum igitur ita fiat augmentũ, patere iam arbitror, neq; augmentum quicquam conducere iis, qui corpus per corpus penetrare asserunt ad incredibilis & mirabilis illius placiti confirmationem.

FINIS.

Errata sic corrigito.

Pag. 125. lin. 22. ferri, lege feriri.
Pag. 134. lin. 61 ferre., lege fere.

In lib. de Mistione.

Pag. 21. à tergo. lin. 21. assere, lege asserere.
Pag. eadem. lin. 33. consequentiam lege consequentium.

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

INDEX OMNIVM CAPITVM HVIVS LIBRI.

Subſtantiam animæ cognitu difficilem eſſe.	Cap.	*primum.*
Animam eſſe ſubſtantiam & formam.	Cap.	*ſecundum.*
Animam eſſe entelechiam primam.	Cap.	*tertium.*
Animam eſſe entelechiam corporis naturalis, ſimplicis & organici.	Cap.	*quartum.*
Quomodo intelligendum illud, potentia uitam habentis.	Cap.	*quintum.*
Animam eſſe incorpoream.	Cap.	*ſextum.*
Quomodo ab aliis quibuſdam Anima differat.	Cap.	*ſeptimum.*
Corporis temperaturam Animæ differentia ſequitur.	Cap.	*octauum.*
Animæ functionis ſimul quoq; corporis eſſe.	Cap.	*nonum.*
Seriem inter animæ potentias eſſe.	Cap.	*decimum.*
De vtilitate trium potentiarum animæ.	Cap.	*vndecimum.*
Animam dum mouet corpus, non moueri.	Cap.	*duodecimum.*
De intellectu materiali.	Cap.	*decimumtertium.*
Quid ſenſus differant ab intellectu.	Cap.	*decimumquartum.*
De intellectu, qui eſt in habitu.	Cap.	*decimumquintum.*
De intellectu actiuo.	Cap.	*decimumſextum.*
Intellectum, ex ſententia Ariſtotelis, ſempiternum eſſe, & immortalem.	Cap.	*decimumſeptimum.*
Quomodo ſe ipſe intellectus intelligat.	Cap.	*decimumoctauum.*
Cur Ariſtoteles intellectum, qui extrinſecus aduenit, admiſerit.	Cap.	*decimumnonum.*
Intellectum non pati.	Cap.	*vigeſimum.*
Ariſtotelem ex proprio ingenio hæc de intellectu pronunciaſſe.	Cap.	*vigeſimumprimum.*
Quomodo nos intelligamus.	Cap.	*vigeſimumſecundum*
Quid ſit, & ex quo componatur intellectus noſter.	Cap.	*vigeſimumtertium.*
An immortalis ſit intellectus, & ſeparari poſſit.	Cap.	*vigeſimumquartum.*
Animam eſſe incorpoream.	Cap.	*vigeſimumquintum.*
Quorundam argumentorum dilutio.	Cap.	*vigeſimumſextum.*
Plures eſſe animæ poteſtates, non unam tantum.	Cap.	*vigeſimumſeptimum.*
Animam in ſubiecto non eſſe.	Cap.	*vigeſimumoctauum.*
Qualitates non eſſe corpora.	Cap.	*vigeſimumnonum.*
Forma & materia an ſit ſubſtantia	Cap.	*trigeſimum.*
Aduerſus eos, qui nullum ex quatuor corporibus, quæ elementa uocamus, ſuapte natura ſubſiſtere aiunt.	Cap.	*trigeſimumprimum.*
Aduerſus eos, qui per radios uiſionem fieri affirmant.	Cap.	*trigeſimumſecundum.*
Aduerſus eos, qui per aeris intenſionem uiſionem eſſe uolunt.	Cap.	*trigeſimumtertium.*
Aduerſus eos, qui per imaginum occurſum uiſionem fieri autumant.	Cap.	*trigeſimumquartum.*
Aduerſus eos, qui ex defluxu & à uiſu & à re uiſa uiſionem fieri aſſeuerant.	Cap.	*trigeſimumquintum.*
Lumen non eſſe corpus.	Cap.	*trigeſimumſextum.*
Corpus per corpus pertranſire impoſſibile eſſe.	Cap.	*trigeſimumſeptimum.*
Quomodo iuxta Ariſtotelem uiſio fiat.	Cap.	*trigeſimumoctauum.*
Colorem eſſe terminum pellucidi.	Cap.	*trigeſimumnonum.*
	Cap.	*quadrageſimum.*

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

INDEX.

De primo domestico ax sententia Aristotelis.	Cap.	quadragesimumprimũ.
Virtutes mutuo uinculo nexas esse, seq; inuicem sequi.	Cap.	quadragesimũsecũdũ.
Iustitiam & ius naturalia esse.	Cap.	quadragesimũtertium.
Non sufficere uirtutem ad felicitatem.	Cap.	quadragesimũquartũ.
Fœminam & marem non esse specie diuersos.	Cap.	quadragesimũquintum.
De libero nostro arbitrio ex sententia Aristotelis.	Cap.	quadragesimũsextum.
De iis, quæ in nostro arbitrio sunt, ex Aristotelis sententia.	Cap.	quadragesimũseptimũ.
De fortuna.	Cap.	quadragesimumoctauũ.
De fato.	Cap.	quadragesimumnonũ.

SERIES CHARTARVM.

* A B C D E F G H I K L M

A B. Omnes terniones præter * unio

F quaternio, & M A B sunt duerniones.

Venetijs apud Hieronymum Scotum.

1546

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

UVA. BHSC. SC 05826 (1)

UVA. BHSC. SC 05826 (1)